Bibliothèque numérique
medic@

Galien / Hippocrate / Chartier, René (éd.). Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus II / tome 2

Paris, 1638.
Cote : 13 A (anciennement 933)

PARIS biu Santé

Licence ouverte. - Exemplaire numérisé: BIU Santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?00013x02



OPERVM

HIPPOCRATIS

COI, ET

GALENI

PERGAMENI, MEDICORVM

OMNIVM PRINCIPVM,

TOMVS II.

Τὰ εἰσαγωγικὰ, quæ in artem medicam introducunt.

RENATVS CHARTERIVS VINDOCINENSIS,

Doctor Medicus Pariſ. REGIS *Chriſtianiſſimi Conſ. Medicus, ac Profeſſor Ord. plurima interpretatus, vniuerſa emendauit, inſtaurauit, notauit, auxit, edidit.*



LVTETIÆ PARISIORVM.

M. DC. XXXVIII.



TOMO II

Τὰ Εἰσαγωγικὰ Hippocratis & Galeni opera continentur.

HIPPOCRATIS iusiurandum. pagina 1.
Galeni Pergameni Paraphrastæ Menodoti suasoria ad artes oratio. 5.
Galeni, De optima doctrina, liber. 16.
Galeni, De Historia philosophica, liber 1. 21.
Galeni fragmentum, ex Ioanne Grammatico. 59.
Galeno ascriptus liber, Quod qualitates incorporeæ sint 1. 60.
Galeni fragmentum, ex Simplicio. 67.
Galeni fragmentum, ex Auerroë. 69.
Galeni Notæ in Hippocratem, ex Ioanne Stobæo. 72.
Galeni, De Sophismatis penes dictionem, liber. 73.
Galeni, Linguarum exoletarum Hippocratis, explicatio. 79.
Erotiani Dictionarium. 108.
Herodoti Dictionarium quarundam dictionum Hippocratis. 140.
Hippocratis lex. 145.
Hippocratis, De Arte, liber. 146.
Hippocratis, De prisca Medicina, liber. 153.
Hippocratis Præceptiones, liber. 165.
Galeni, De Constitutione Artis Medicæ, ad Patrophilum, liber. 170.
Galeni, Ars Medica, liber. 196.
Galeni Definitiones Medicæ, liber. 232.
Galeni, De partibus artis Medicæ, liber. 282.
Galeni, De Sectis ad eos qui introducũtur, lib. 286.
Galeni, De optima Secta ad Thrasybulum, liber. 299.
Fragmentum Galeno ascriptum, seu sermo aduersus Empiricos Medicos. 339.
Galeni, De subfiguratione Empirica, liber. 340.
Hippocratis, De Medico, liber. 348.
Hippocratis, De decenti habitu, liber. 352.
Galeni, Quòd optimus Medicus sit quoque Philosophus, liber. 356.
Galeno ascripta introductio, seu Medicus, liber. 360
Concisæ Notæ, ac variæ Lectiones. 400.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ὅρκος. σελὶς α'.
Γαλήνου Περγαμήνου παραφραστοῦ τοῦ Μηνοδότου προτρεπτικὸς λόγος ἐπὶ τὰς τέχνας. γ'.
Γαλήνου, περὶ ἀρίστης διδασκαλίας, βιβλ. α'. ιϛ'.
Γαλήνου, περὶ φιλοσόφου Ἱστορίας, βιβλ. α'. κα'.
Γαλήνου τομίον, ἐκ τοῦ Ἰωάννου τοῦ Γραμματικοῦ. νθ'.
Γαλήνου, ὅτι αἱ ποιότητες ἀσώματοι, τὸ βιβλίον προσγεγραμμένον α'. ξ'.
Γαλήνου τομίον, ἐκ τοῦ Σιμπλικίου. ξζ'.
Γαλήνου τομίον, ἐκ Ἀβερρόεως. ξθ'.
Γαλήνου χαρακτηριάζοντα εἰς Ἱπποκράτην, ἐκ τοῦ Ἰωάννου Στοβαίου. οβ'.
Γαλήνου, περὶ τῶν παρὰ τὴν λέξιν Σοφισμάτων, βιβλίον. ογ'.
Γαλήνου, τῶν Ἱπποκράτους γλώσσων ἐξήγησις. οθ'.
Ερωτιανοῦ τὸ ὀνομαστικόν. ρη'.
Ηροδότου λεξικὸν τῶν παρ' Ἱπποκράτει λέξεών τινων. ρμ'.
Ἱπποκράτους νόμος. ρμε'.
Ἱπποκράτους, περὶ τέχνης, βιβλίον. ρμϛ'.
Ἱπποκράτους, περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς, βιβλίον. ρνγ'.
Ἱπποκράτους παραγγελίαι, βιβλίον. ρξε'.
Γαλήνου, πρὸς Πατρόφιλον, περὶ συστάσεως ἰατρικῆς, βιβλίον. ρο'.
Γαλήνου τέχνη ἰατρικὴ, βιβλίον α'. ρϛϛ'.
Γαλήνου, ὅροι ἰατρικοὶ, βιβλίον. σλβ'.
Γαλήνου, περὶ τῶν τῆς τέχνης ἰατρικῆς μορίων. βιβλ. σπβ'.
Γαλήνου, περὶ αἱρέσεων τοῖς εἰσαγωμένοις, βιβλ. σπϛ'.
Γαλήνου, πρὸς Θρασύβουλον, περὶ ἀρίστης αἱρέσεως, βιβλίον. σϛθ'.
Γαλήνῳ τομίον προσγεγραμμένον, ἢ λόγος πρὸς Εμπειρικοὺς ἰατρούς. τλθ'.
Γαλήνου, περὶ ὑποτυπόσεως τῆς Εμπειρίκης. βιβλ. τμ'.
Ἱπποκράτους, περὶ ἰητροῦ, βιβλίον. τμη'.
Ἱπποκράτους, περὶ εὐσχημοσύνης, βιβλίον. τνβ'.
Γαλήνου, ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος, βιβλίον. τνϛ'.
Γαλήνου εἰσαγωγὴ, ἢ ἰατρὸς, βιβλίον α'. τξ'.



ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΟΡΚΟΣ.

HIPPOCRATIS IVSIVRANDVM.

1. Sacramentum medicum religiosè ſeruandum. 2. Præceptoribus Medicis gratias referendas. 3. Medicorum liberos, & his conſcriptos in arte Medica erudiendos. 4. Ægris diætam præſcribendam. 5. Venenum nemini dandum. 6. Abortum non prouocandum. 7. Innoxiè, ſanctéque viuendum, ac medendum. 8. Lithotomiam expertis committendam. 9. Ægris opitulandum, non nocendum, caſtéque viuendum. 10. Arcanum ſilendum. 11. Sacramenti ſeruati præmia. 12. Violati Iuſiurandi pœnas.

1. IVRO Apollinem Medicum, & Æſculapium, & Hygiam, ac Panaceam; Deos omnes, omnéſque *Deas* teſtes facio, *me*, ratum pro viribus, iudicióque meo Iuſiurandum hoc, háncque ſyngrapham effecturum.

1. ΟΜΝΥΜΙ, Απόλλωνα ἰητρὸν, καὶ Ασκληπιὸν, καὶ Υγείαν, καὶ Πανάκειαν, καὶ θεοὺς πάντας, καὶ πάσας, ἵστορας ποιεύμενος, ἐπιτελέα ποιήσειν, κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμὴν, ὅρκον τόνδε καὶ ξυγγραφὴν τήνδε.

2. PRÆCEPTORI quidem ei qui me hanc artem docuerit, peræquè ac meis progenitoribus honorem præſtiturum, réſque meas egenti impertiturum; ortos ex eo liberos mares germanis fratribus æquales æſtimaturum; eóſque hanc artem, ſi addiſcere velint, abſque mercede ac ſyngrapha edocturum.

2. Ηγήσασθαι μὲν τὸν διδάξαντά με τὴν τέχνην ταύτην, ἴσα γονεῦσιν ἐμοῖσιν, καὶ βίου κοινώσασθαι· καὶ χρεῶν χρηίζοντι μετάδοσιν ποιήσασθαι· τὸν γόνον τὸν ἑωυτοῦ, ἀδελφοῖς ἴσον ὁπηνίκα ἄρρεσι, καὶ διδάξειν τὴν τέχνην ταύτην, ἢν χρηίζωσι μανθάνειν, ἄνευ μισθοῦ καὶ ξυγγραφῆς.

3. CONCISORVM præceptorum, *ſuſorum* documentorum, cæterorúmque ad vniuerſam diſciplinam ſpe-

3. Παραγγελίης τε καὶ ἀκροήσιος, καὶ τῆς λοιπῆς ἁπάσης μαθήσιος μετάδοσιν

ποιήσασθαι ὑοῖσί τε ἐμοῖσι, καὶ τοῖσι τῦ ἐμὲ διδάξαντος· καὶ μαθηταῖσι συγγεγραμμένοις τε, καὶ ὡρκισμένοις νόμῳ ἰητρικῷ, ἄλλῳ δὲ οὐδενί.

A

tantium, tum meos, & eius qui me docuerit filios, tum discipulos stipulatione conscriptos, & lege medica sacramento addictos participes facturum, alterum præterea neminem.

4. Διαιτήμασί τε χρήσομαι ἐπ' ὠφελείῃ καμνόντων κατὰ δύναμιν & κρίσιν ἐμὴν, ἐπὶ δηλήσει δὲ, καὶ ἀδικίῃ εἴρξειν.

4. VICTVS quoque *rationem* vsúmque ad ægrotantium salutem, pro facultate, iudicióque meo præscribam, eos à prauitate, ac iniuria prohibiturus.

B

5. Οὐ δώσω δὲ οὐδὲ φάρμακον οὐδενὶ αἰτηθεὶς, θανάσιμον· οὐδὲ ὑφηγήσομαι ξυμβουλίην τοιήνδε.

5. NEQVE verò cuiquam venenum mortiferum etiam rogatus dabo, neque huiusce consilij auctor ero.

6. Ὁμοίως δὲ οὐδὲ γυναικὶ πεσσὸν φθόριον δώσω.

6. SIMILI autem modo neque mulieri pessum abortiuum concedam.

7. Ἁγνῶς δὲ & ὁσίως διατηρήσω βίον & τέχνην τὴν ἐμήν.

7. VERVM castè sanctéque vitam meam, meámque artem tuebor.

C

8. Οὐ τεμέω δὲ οὐδὲ μὴν λιθιῶντας· ἐκχωρήσω δὲ ἐργάτῃσιν ἀνδράσι πρήξιος τῆσδε.

8. CALCVLO verò laborantes haudquaquam secabo, sed viris operatoribus hanc operationem obeuntibus committam.

9. Εἰς οἰκίας δὲ ὁκόσας ἂν ἐσίω, ἐσελεύσομαι ἐπ' ὠφελείῃ καμνόντων, ἐκτὸς ἐὼν πάσης ἀδικίης ἑκουσίης, καὶ φθορείης τῆς τε ἄλλης, & ἀφροδισίων ἔργων, ἐπί τε γυναικείων σωμάτων καὶ ἀνδρώων, ἐλευθέρων τε καὶ δούλων.

D

9. IN quascunque autem ædes introiero, *eas* ad ægrotantium opem ingrediar, ab omni scelere voluntario, & corruptela, tum cetera, tum operum venereorum, in corporibus mulierum, ac virorum; liberorum, ac seruorum procul remotus.

10. Ἃ δ' ἂν θεραπείῃ ἢ ἴδω, ἢ ἀκούσω, ἢ καὶ ἄνευ θεραπείης κατὰ βίον ἀνθρώπων, ἃ μὴ χρή ποτε ἐκλαλέεσθαι ἔξω, σιγήσομαι, ἄρρητα ἡγεύμενος εἶναι τὰ τοιαῦτα.

10. AT quæ inter curandum, aut etiam citra curationem, in hominum vita vel videro, vel audiero, quæ foras nequáquam efferri oporteat, ea arcana esse ratus silentio prætermittam.

11. Ὅρκον μὲν οὖν μοι τόνδε ἐπιτελέα ποιέοντι, καὶ μὴ ξυγχέοντι, εἴη ἐπαύρασθαι καὶ βίου καὶ τέχνης, δοξαζομένῳ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποισιν εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον.

E

11. HOC igitur iusiurandum mihi haud irritum facienti, neque violanti, tum vita & arte frui, tum meam gloriam apud omnes homines æuo sempiterno celebrari contingat.

12. Παραβαίνοντι δὲ καὶ ἐπιορκοῦντι, τἀναντία τούτεων.

12. INFRINGENTI vero, ac pejeranti his contraria *oboriantur*.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 7 sur 413

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΓΑΜΕΝΟΥ
ΠΑΡΑΦΡΑΣΤΟΥ ΤΟΥ ΜΗΝΟΔΟΤΟΥ
ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΣ ΛΟΓΟΣ ΕΠΙ ΤΑΣ ΤΕΧΝΑΣ.

GALENI PERGAMENI
PARAPHRASTAE MENODOTI
SVASORIA AD ARTES ORATIO.

ARGVMENTVM ORATIONIS.

Ratione homines Deorum ſocietatem inire, brutis præcellere, atque non fortunæ, non corporis, ſed animi bona comparanda eſſe edocet; plurimiſque tum ſententiis, tum exemplis ad bonarum artium, ac potiſſimum Medicinæ ſtudia, adoleſcentes exhortatur.

CAPVT PRIMVM.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Rationis in homine præſtantia artium omnium adeptione proditur.

NIHILNE prorſus rationis inſit animantibus quæ bruta nominantur, equidem abditum eſt; fortaſſis enim etſi non eâm, quæ voce *effertur*, quámque exteriorem nuncupant, at eam certè quæ animo *concipitur*, quámque interiorem vocant, omnia, quædam tamen magis, quædam verò minus participant. Hiſce tamen *brutis* quamplurimùm homines præſtare, manifeſtum nobis eſt, qui tum artium, quibus ipſum animal fungitur, multitudinem, tum ſolum hominem ſcientiæ capacem, quamcumque voluerit artem, addiſcere conſpicimus. Cæteræ etenim animantes artium expertes propè omnes exiſtunt, paucis duntaxat quibuſdam inter eas exceptis, ſed & hæ natura magis, quàm inſtituto artes conſequutæ ſunt. At homo earum quæ illis *inſunt* artium nullam negligentia prætermittit, ſed & textoria araneolas imitatur, & *plaſtices opera* quemadmodum apes fingit, &, quanquam pedeſtris ſit, natandi nihilominus artem exercet. Age verò diuinis artibus haud deſtitutus, medendi artem Æſculapij æmulatur; æmulatur & eam ipſam Apollinis, & quas habet Apollo cæteras omnes, iaculandi, canendi, vaticinandi, præterea *ſingulas* ſingulis Muſis proprias. Neque enim à Geometria, neque ab Aſtronomia alienus eſt; Imo quæ ſub terra *reconduntur*, quæque ſupra cœlum *eminent*, vt concinit Pindarus, ſpeculatur. Diuinorum denique bonorum maximum philoſophiam labore, ac induſtria conſequutus eſt. Quas ob res etiamſi cæteræ animantes rationis ſint participes, quâ tamen eas homo præcedit excellentiâ, ſolus rationalis appellatur.

A ΕΙ μὲν μηδόλως λόγου μέτεστι τοῖς ἀλόγοις ὀνομαζομένοις ζώοις, ἀδηλόν ἐστι· ἴσως γὰρ ἐν καὶ τῷ μὴ κατὰ τὴν φωνὴν, ἣν καὶ προφορικὴν ὀνομάζουσιν, ἀλλὰ τῷ γε καθ' ἑαυτὸν ψυχῇ, ἣν ἐνδιάθετον καλοῦσι, μετέχει πάντα, τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δ' ἧττον· ὅτι μέντοι πλῆθος ὅσον αὐτῶν διενοήθησαν οἱ ἄνθρωποι, προδηλον ἡμῖν ἐστιν, ὁρῶσι τό γε πλῆθος τῆς τεχνῶν, ὧν μετακεχείρισται τὸ ζῶον τοῦτο, καὶ ὅτι μόνος ἄνθρωπος ὑπεδέξατο παιδεύεσθαι, ἵνα ἂν ἐθελήσῃ τέχνην μανθάνειν· τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ζῶα ἀρδὴν ἄτεχνα πάμπαν ἐστὶ, πλὴν ὀλίγων δή τινων ἐν αὐτοῖς· ἀλλὰ καὶ ταῦτα φύσει μᾶλλον ἢ προαιρέσει, τεχνῶν δ' οὐτύχηκεν· ὁ δ' ἄνθρωπος οὐτέ τινος τῆς παρ' ἐκείνοις ἀμελέτητος· ἀλλὰ καὶ τὴν ὑφαντικὴν ἐμιμήσατο ταῖς ἀράχναις, καὶ πλάττειν καθάπερ αἱ μέλισσαι, καὶ τῷ νήχεσθαι, οὐκ ἀπαίδευτός ἐστι, κἂν πεζὸς ὢν· ἀλλὰ καὶ τὴν θείων τεχνῶν οὐκ ἀπολέλειπται, ζηλῶν μὲν τὴν Ἀσκληπιοῦ τέχνην ἰατρικὴν, ζηλῶν δ' Ἀπόλλωνος αὐτήν γε ταύτην, καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας ἃς ἔχει, τοξικὴν, μουσικὴν, μαντικήν· ἔτι τε τὴν μουσῶν τὴν ἑκάστης ἰδίαν· οὐδὲ γὰρ γεωμετρίας, οὐδ' ἀστρονομίας ἀφέστηκεν· ἀλλὰ, καὶ τὰ τῆς γῆς νέρθεν, καὶ τὰ ὑπερθε τοῦ οὐρανοῦ, καθὰ Πίνδαρος ἐπισκοπεῖ· ἐξεπονήσατο δ' ἐπὶ τοῦτο φιλοπονίας, καὶ τὸ μέγιστον τῶν θείων ἀγαθῶν, φιλοσοφίαν· ἀφ' ὧν ταῦτα οὕτω, κἂν λόγου μέτεστι τοῖς ἄλλοις ζώοις, κατ' ἐξοχὴν αὐτῶν ἐν ὁ ἄνθρωπος μόνος ὀνομάζεται λογικός.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 8 sur 413

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'. CAPVT II.

Fortunæ imago, inſtabilitas, dementia, pernicies.

Πῶς οὖν οὐκ αἰσχρὸν, ᾧ μόνῳ τῶν ἐν ἡμῖν κοινωνοῦμεν θεοῖς, τούτου μὲν ἀμελεῖν, ἑαυτοὺς δὲ τῷ τῶν ἄλλων, τέχνης μὲν ἀναλήψεως καταφρονοῦντα, τύχῃ δ' ἑαυτὸν ἐπιτρέποντα; ἧς τινὰ μορφὴν ἐμφανίσαι βουληθέντες οἱ παλαιοὶ, γράφοντες καὶ πλάττοντες αὐτὴν, οὐ μόνον ἐν εἴδει γυναικὸς ἠρκέσθησαν, καίτοι τοῦθ' ἱκανὸν ὂν εἰς οὐσίας σύμβολον, ἀλλὰ καὶ πηδάλιον ἔδοσαν ἐν χερσὶν ἔχειν αὐτῇ, καὶ τοῖς ποσὶν ὑπέστησαν βάσιν σφαιρικὴν, ἐτέρησαν δὲ καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἀνδρυκύμβοι ἀφ' ἑαυτῶν ἀπόντων, ὃ τῆς τύχης ἄστατον· ὥσπερ οὖν ἐν νηὶ χειμαζομένῃ σφοδρῶς, ὡς ἐπικλύζεσθαί τε τοῖς κύμασι, καὶ κινδυνεύειν βυθισθῆναι, μοχθηρὸς ἂν τις εἰκότως ἐπιτρέψας τὰ πηδάλια κυβερνήτῃ τυφλῷ· καὶ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον καὶ τῷ βίῳ, μειζόνων ναυαγίων ἐπὶ πολλοῖς οἴκοις γινομένων, ἢ ἐπὶ τοῖς σκάφη καὶ θαλάτταν, οὐκ ὀρθῶς γιγνώσκοντός ἐστιν ἐπιτρέπειν ἑαυτὸν, ἐν τοιαύταις ἐπιπτώσεσι πραγμάτων, τυφλῇ δαίμονι, μᾶλλον αὐτῇ βεβαίως ἐστηριγμένῃ· ἔμπληκτός τε γὰρ ἐστι καὶ ἄνους εἰς τοσοῦτον, ὡς πολλάκις τοῖς ἀξιολόγοις ἀνδράσι προσερχομένη, πλουτίζειν τοὺς ἀναξίους, οὐδὲ τούτοις βεβαίως, ἀλλ' ὅσον πάλιν αὖθις ἀφαιρεῖσθαι τὰ δοθέντα· ταύτῃ τῇ δαίμονι πλῆθος ἀνδρῶν ἀμαθῶν οὐκ ὀλίγον ἕπεται, μηδέποτ' ἐν αὐτῷ μένουσι ἀφ' ὧν τῆς βάσεως βλιμεκύλισεν, ἥτις αὐτὴν ἄγει καὶ φέρει καὶ καθ' ἁρπαγὴν ἐνίοτε, καὶ θαλάττης, ἔνθα συναπόλλυται μὲν ἀλλήλοις ἐπόμενοι πάντες αὐτῇ· μόνη δ' ἀβλαβὴς ἐκείνη διεξέρχεται, καταγελῶσα τῶν ὀλοφυρομένων τε καὶ καλούντων αὐτὴν, ὅτ' οὐδὲν ὄφελος· τὰ μὲν δὴ τῆς τύχης ἔργα τοιαῦτα.

NVM ergo turpe, quod cum diis vnicum nobis ineſt commune, id quidem negligentia prætermittere, ad alia verò properantes, artium perceptionem nihili ducere, & fortunæ ſeſe committere? Cuius prauitatem veteres quum indicare voluiſſent, eam non ſolùm ſub mulieris effigie picturis ac ſtatuis effingere (tametſi ſatis idoneum id erat dementiæ ſymbolum) contenti non fuerunt. Verùm etiam clauum ei manibus tradiderunt, globoſamque baſim pedibus ſubiecerunt, eam denique oculis orbarunt, his vt omnibus fortunæ inconſtantiam proderent. Quemadmodum igitur in naui vehementer adeo *tempeſtate* iactata, vt ne ipſa fluctibus obruatur ac in profundum demergatur, periculum ſit, improbè fecerit ſi quis cœco gubernatori gubernacula commiſerit: Eadem, vt auguror, ratione in vita (quum maiora pleriſque familijs, quàm in mari nauibus oboriantur naufragia) imprudentis eſt tot in aduerſis negotiorum caſibus, cœcæ deæ, ipſíque haud tutò ſtabilitæ ſeipſum concredere. Eò etenim vſque vecors ac demens eſt, vt poſthabitis multoties *viris* honore dignis, indignos locupletet, neque hos perpetuò *diuitiis beat*, ſed quoad rurſus *eas quas* pari *largita eſt* temeritate, donatas eripiat. Deam hanc non parua ineruditorum virorum turba comitatur nunquam eodem in ſtatu permanentem ob verſabilem *cui inſiſtit* baſim, quæ eam huc illuc per præcipitia, nonnunquam & in mare agit rapítque, vbi inuicem omnes qui ipſam ſequuntur, intereunt, ipſa verò ſola illæſa ac incolumis percurrit, miſeróſque eiulantes, eiúſque numen fruſtra inuocantes irridet, quòd nullum hinc ſubſidium affulgeat. Atque hæc ipſa ſunt fortunæ opera.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'. CAPVT III.

Mercurij effigies, pulchritudo, conſtantia, proſperitas.

Τὸν δ' Ἑρμῆν ἄτε λόγου μὲν ὄντα διακονίου, ἐργάτην δὲ τέχνης ἁπάσης, θέασαι πάλιν ὅπως ἐξ ὑπεναντίου τῇ τύχῃ, κεκοσμήκασι πάλιν οἱ γράφοντές τε καὶ πλάττοντες· νεανίσκος ἐστὶν ὡραῖος, οὐκ ἐπίκτητον οὐδὲ κομμωτικὴν ἔχων κάλλος, ἀλλ' ἀϋδὴς ὥστε σωμεμφανεσθαι τῇ τῆς ψυχῆς ἀρετῇ δι' αὐτοῦ· ἔστι δὲ φαιδρὸς μὲν ταῖς ὄψεσι, δέδορκε δὲ δριμὺ, καὶ ἡ βάσις, ὃ πάντων σχημάτων ἑδραιότατόν τε καὶ ἀμεταπωτότατον ἔχει, τὸ κύβον· ἔαδ' ὅτε δὲ καὶ αὐτὸν τὸν θεὸν τούτῳ τῷ σχήματι κοσμοῦσιν· ἴδοις δ' ἂν τοὺς θιασώτας αὐτοῦ φαιδροὺς μὲν ὁμοίως τῷ καθηγουμένῳ θεῷ, μεμφομένους δ' οὐδέποτε αὐτὸν, ὥσπερ οἱ τῇ τύχῃ, οὐδ' ἀπολιπομένους ποτ', οὐδὲ χωλεύοντας, ἀλλ' ἑπομένους τε, καὶ ἀσφαλῶς ἀπολαύοντας τῆς προνοίας αὐτοῦ.

AT Mercurium tanquam orationis dominum, artíſque omnis opificem rurſum contemplare, eum vt oppoſita fortunæ effigie cum pictores, tum plaſtæ ornauerint. Adoleſcens eſt primæ lanuginis, non aſcititiâ, neque fucatâ indutus pulchritudine, ſed in qua animi virtus ſtatim compareat. Eſt autem hilari vultu, acriter intuetur, & baſis *cui inſiſtit* omnium figurarum firmiſſimam, miniméque mobilem habet cubum, interdum verò ipſum Deum hacce figura exornant. Eius autem comites perinde ac ducem Deum hilares videas, qui nunquam hunc, vt qui fortunam, conqueruntur, nunquam ab eo deſeruntur, nunquam ſeiunguntur, ſed illum concomitantur, perpetuóque illius prouidentia fruuntur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'. CAPVT IV.

Miſeram ac præcipitem aſſeclarum fortunæ conditionem exemplis illuſtrat.

Τοὺς δὲ γε τῆς τύχης σωμεπομένους, ἀπόντας μὲν ἀρετῆς θεάσῃ καὶ τεχνῶν ἁπάντων, ὀλιγυμένους δ' ἀεὶ ἐλπίδων ἀεὶ, καὶ θεούσῃ τῇ δαίμονι σωθέοντας, τοὺς μὲν ἐγγὺς, τοὺς δὲ

QVI verò fortunam ſectantur, eos equidem omnes otioſos, & artium imperitos intueberis, ſed ſpe ſemper euectos cum curſante dea curſare, alios quidem propiùs, alios verò

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 9 sur 413

remotiùs, nonnullos denique & ab ipſius manu pendere. Inter iſtos omnes & Crœſum illum Lydum, & Polycratem Samium conſpicies, ac fortaſſis miraberis, vbi alteri quidem Pactolum auro fluere, alteri verò marinos piſces ſubſeruire aduerteris.. Cum his & Cyrum, & Priamum, & Dionyſium. Sed ex ijs paulo poſt, & Polycratem quidem in crucem actum, ſub Cyro autem Crœſum, Cyrum etiam dirutum conſpicies, conſpicies & Priamum carceribus incluſum, & Corinthi Dionyſium. Quod ſi & alios ſpectaueris qui currentem ipſam *Deam* remotiùs ſequuntur, nec tamen aſſequuntur, chorum hunc prorſus oderis. In eo ſiquidem multi ſunt plebicolæ, meretrices, ſcortatores, amicorum proditores; ſunt & *multi* homicidæ, ſepulcrorum refoſſores, & raptores; multi denique qui ne diis quidem ipſis perpercerunt, ſed eorum etiam templa ſpoliarunt.

A πρῤῥωτέρω, τινὰς δὲ καὶ τῆς χορείας αὐτῆς ἀξιωμένους· ἐν τούτοις ἅπασι καὶ τὸν Κροῖσον ἐκεῖνον τὸν Λυδὸν ὁρᾷς, καὶ τὸν Πολυκράτη τὸν Σάμιον· καὶ ἴσως θαυμάσῃς, τὸν μὲν τὸν Πακτωλὸν ἰδὼν ῥέοντα χρυσὸν, τοὺς δὲ καὶ τοὺς θαλαττίους ὑπηρετοῦντας ἰχθῦς· μὴ τούτων δὲ, καὶ Κῦρον θεάσῃ, καὶ Πρίαμον, καὶ Διονύσιον· ἀλλὰ τούτων αὐτῶν, ὀλίγον ὕστερον ὁρᾷς Πολυκράτη μὲν ἀνεσταυρωμένον, ὑπὸ Κύρῳ δὲ Κροῖσον, αὐτὸν δὲ τὸν Κῦρον ὑπ' ἄλλοις· ὁρᾷς δὲ καὶ Πρίαμον καθειργμένον, καὶ Διονύσιον ἐν Κορίνθῳ· εἰ δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἐπισκέψαιο τοὺς ἀπωτέρω μὲν αὐτοῦ θέουσαν διώκοντας, οὐ μὲν τυγχάνοντας γε, μισήσῃς ὅλως τὸν χορόν· εἰσὶ γὰρ ἐν τούτῳ καὶ δημαγωγοὶ πολλοὶ, καὶ ἑταῖραι, καὶ πόρνοι, καὶ προδόται φίλων· εἰσὶ δὲ καὶ φονῆς, καὶ τυμβωρύχοι, καὶ ἁρπαγες, πολλοὶ δὲ μηδὲ τῶν θεῶν αὐτῶν πεφεισμένοι, ἀλλὰ καὶ τούτων ἱερὰ συλήσαντες.

B

CAPVT V.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Artium Principes ac profeſſores quadruplici choro propè Mercurium felicitate frui.

ALTER verò chorus omnes quidem honeſti ac artium opifices neque *vagi* currunt, neque vociferantur, neque mutua pugna decertant, ſed in eorum medio Deus eſt, circúmque ipſum omnes pulchro ordine poſiti *conſiſtunt*, adeo vt ſinguli locum ab eo datum non deſerant. Illi quidem proximi Deo, & apud ipſum in circulo ordine collocati Geometræ, Arithmetici, Philoſophi, Medici, Aſtronomi, & Grammatici. Ab his verò deinceps ſecundus chorus, Pictores, Plaſtæ, Literatores, Fabri, Architecti, Sculptores. Hos autem ſubſequitur tertius chorus, cæteræ artes omnes partitè quidem ita diſpoſitæ. Omnes autem ad Deum communem eius imperio obtemperantes intuentur. Hîc præterea multos cum ipſo Deo ſpectabis, qui quartum quendam ordinem à cæteris ſelectum conſtituunt, non quales erant qui cum fortuna verſabantur. Non enim ciuilibus dignitatibus, non generis præcellentia, non facultatibus optimos hic Deus iudicare conſueuit, ſed eos qui honeſtè viuunt, qui ſuis in artibus ſunt principes, qui ipſius mandatis obſequuntur, quíque legitimè artes exercent, eos honoribus cuehit, eos cæteris præponit, eos denique ſibi perpetuò habet coniunctiſſimos. Chorum hunc, vt arguror, quum qualis ſit noueris, non ſolum æmulaberis, verùm etiam veneraberis. In eo eſt Socrates, Homerus, Hippocrates, Plato, corúmque amatores, (quos peræquè ac Deos colimus) tanquam proprætores quidam, ac Dei miniſtri. Cæterorum tamen omnium nullus ab ipſo vnquam neglectus eſt. Non enim præſentium ſolùm curam gerit, verùm & cum nauigantibus nauigat, naufragis etiam non defuturus. Quum itaque Ariſtippus aliquando nauigans, ſcapha perdita in Syracuſanorum littora eiectus eſſet, primùm quidem in arena geometricam figuram contemplatus animum erexit, ratiocinatus enim eſt ſe ad Græcos ac ſapientes viros, non ad barbaros peruenisſe. Deinde quum ad Syracuſanorum gymnaſium appulſus hos verſus pronunciaſſet.

C

D

E

Δ' ἕτερος τῶν χορῶν, πολῖται μὲν κόσμιοι καὶ τεχνῶν ἐργάται, οὐ θεοῖσι δὲ, οὐδὲ βοῶσιν, οὐδ' ἀλλήλοις μάχονται, ἀλλ' ἐν μέσοις μὲν αὐτοῖς ὁ θεός· ἀμφ' αὐτὸν δὲ ἅπαντες ἐν τάξῃ κεκόσμηνται χώραν ἕκαστος, ὡν ἔκρινεν ἔδωκεν, οὐκ ἀπολιπόντες· οἱ μὲν, ἐγγὺς τοῦ θεοῦ καὶ περὶ αὐτὸν ἐν κύκλῳ κεκοσμημένοι, γεωμέτραι τε ἀριθμητικοὶ, καὶ φιλόσοφοι, καὶ ἰατροὶ, καὶ ἀστρονόμοι, τε γραμματικοί· τούτων δ' ἐφεξῆς ὁ δεύτερος χορὸς, ζωγράφοι, πλάσται, γραμματισταὶ, τέκτονές τε καὶ ἀρχιτέκτονες, καὶ λιθογλύφοι· καὶ μετ' αὐτοὺς δὲ, ἡ τρίτη τάξις, αἱ λοιπαὶ τέχναι πᾶσαι, καθ' μέρη μὲν, οὕτω κεκόσμηνται· πάντα δὲ πρὸς τὸν θεὸν ἀποβλέπουσι κοινῷ τοῦ περὶ αὐτὸν προστάγματι πειθόμενοι· θεᾶσθαι δὲ καὶ ἔνθαδε πολλοὺς μετ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ· τεταρτίαν δὲ τινα τάξιν ἀπὸ τῶν ἄλλων ἔκκριτον, οὐχ οἵοι τινες ἦσθα οἱ μὴ τῆς τύχης· οὐ γὰρ ἀξιοῖ ἀνδράσι πολιτικοῖς, οὐδὲ γένους ὑπεροχαῖς, οὐδὲ πλούτῳ τοὺς ἀρίστους ὁ θεὸς οὗτος εἰθίσας κρίνειν· ἀλλὰ τοὺς καλῶς μὲν βιοῦντας, ἐν δὲ ταῖς ἑαυτῶν τέχναις προστεύοντας, ἑπομένους τε τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ, καὶ νομίμως τὰς τέχνας ἐργαζομένους, τιμᾷ τε καὶ προὶ τῶν ἄλλων ἄγει, παρὰ αὐτὸν ἔχων ἀεὶ· τοῦτον, οἶμαι, τὸν χορὸν νοήσας ὁποῖός ἐστιν, οὐ μόνον ζηλώσῃς, ἀλλὰ καὶ προσκυνήσῃς· Σωκράτης ἐστὶν ἐν αὐτῷ, καὶ Ὅμηρος, καὶ Ἱπποκράτης, καὶ Πλάτων, καὶ οἱ τούτων ἐρασταί, οὓς ἴσα καὶ τοῖς θεοῖς σεβόμεθα, οἷς ὑπηρέται τινες καὶ ὑπηρέται τοῦ θεοῦ· τῶν δ' ἄλλων ἀπάντων, οὐκ ἔστιν ὅστις ἠμελήθη ποτὲ παρὰ αὐτῷ· οὐ μόνον γὰρ τῶν παρόντων πεφρόντικεν, ἀλλὰ καὶ πλέουσι σύμπλους ἐστὶ, καὶ ναυαγοῦσιν, οὐκ ἀπολείπεται· Ἀρίστιππος γοῦν ἐπειδή ποτε πλέων, τῆς σκάφους ἀπολομένου ὑπὸ τοὺς Συρακουσίων λιμένας ἐξεβράσθη, πρῶτον μὲν ἐθαῤῥησε θαυμάσας ὑπὸ τῆς ψάμμου διάγραμμα γεωμετρικὸν, ἐλογίσατο γὰρ εἰς Ἕλληνάς τε καὶ σοφοὺς ἄνδρας, οὐκ εἰς βαρβάρους ἥκειν· ἔπειτα παρελθὼν εἰς τὸ Συρακουσίων γυμνάσιον, καὶ ταυτὶ τὰ ἔπη φθεγξάμενος.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 10 sur 413

Τίς τ̃ πλανήτῃ Οἰδίποδι, καθ' ἡμέραν
Τῷ νῦν, ἀσμενιστῆς δέξεται δωρήμασι;

προσιόντας τε τινας ἔφαν αὐτὸς, καὶ γνωρίζοντας ὁστις εἴη, καὶ πάντων ὧν ἐδεῖτο μεταδιδόντας ἑτοίμως· ὡς δ' εἰς Κυρήνην αὐτὸν τ̃ πατρίδα μέλλοντές τινες πλεῖν, ἐπυνθάνοντο μή τι τῆς οἰκείοις ἐπιστέλλῃ; κελεύειν αὐτοῖς ἔφη, ταῦτα κτᾶσθαι τὰ κτήματα, ἃ καὶ ναυαγήσασι συνεκναλυσθήσῃ.

A *Quis Oedipum dies vagantem ſingulos,*
Donis recipiet hoc die rariſſimis.

hoſpites habuit aliquos qui ad eum accederent, qui quiſnam eſſet, agnoſcerent, ac omnia quibus egeret, protinus impertirent. Vt verò Cyrenen patriam eius nauigaturi ſciſcitarentur ecquid familiaribus mandaret? præcipere ipſos, dixit, eas ſibi poſſeſſiones comparare, quæ cum naufrago ſimul enatauerint.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

CAPVT VI.

Præſtantius ac tutius eſt bonis inſtrui artibus, quàm diuitiis onerari. Diuites ignaros inſectatur Demoſthenis ac Diogenis ſententia omnium hominum abiectiſſimos.

Πολλοὶ δὲ τῶν κακοδαιμόνων, καὶ πάντα πρὸς τ̃ πλοῦτον ἀποβλεπόντων, ὑπ' τοιαύτης πραγμάτων πραγματείας ἠλιόμηνοι, χρυσὸν ἢ ἄργυρον ἕλκαλάμηνοί τε καὶ πρεσβύμηνοι τῷ σώματι, προσαπώλεσαν αὐτοῖς καὶ τὴν ψυχὴν, οὐδὲ τοῦτο δυνάμηνοι συνιδεῖν, ὅτι καὶ τῶν ἀλόγων ζώων, αὐτοὶ πρῶτοι τὰ τῆς τέχνης κεκοσμήμηκα μᾶλλον ἀσπάζονται· καὶ γὰρ τοῖς πολεμικοῖς ἵπποις, καὶ τοῖς θηρευτικοῖς κυσὶν πρὸ τῶν ἄλλων τιμῶσι· καὶ τοὺς μὲν οἰκέτας ὀκδιδάσκουσι τέχνας, πάμπολυ πολλάκις εἰς αὐτοὺς ἀργύριον ἀναλίσκοντες, ἑαυτῶν δ' ἀμελοῦσι· καίτοι σὺκ αἰσχρὸν, τ̃ οἰκέτην μὲν, ὀνίστε δραχμῶν εἶ) μυρίων ἄξιον, αὐτὸν δὲ τ̃ δεσπότην αὐτὸν, μηδὲ μιᾶς; καὶ τί λέγω μιᾶς; οὐδ' ἂν πρῶτος τις τ̃ τοιούτων λάβοι. Μήποτε αὐτοῖς μόνοις ἠπιώκασιν ὀκ πάντων μηδεμίαν ὀκμαθόντες τέχνην; ὅταν γὰρ καὶ τὰ ἄλογα τῶν ζώων ὐ τεχνικῆς ὑπομνήμασι παιδεύωσι, καὶ οἰκέτην ἀγαθὸν, καὶ ἄτεχνον, σώφρονος ἄξιον εἶ) νομίζωσιν, ὑπιμελοῦνται δὲ καὶ τῶν χωρίων καὶ τῶν ἄλλων κτημάτων, ὅπως ἕκαστον ὡς δυνάμην ὅ,τι βέλτιστον ᾖ, μόνων δ' ἑαυτῶν ἀμελοῦσι, μὴ δ' ὡ ψυχὴν ἔχοιεν γιγνώσκοντες, δῆλον ὅτι τοῖς ἀποβλήτοις τῶν οἰκετῶν ἐοίκασιν· ὥστε τὶς ὑπισχνεῖται αὐδρὶ τοιούτῳ, προσπέντως δ' εἴποι πρὸς αὐτόν· ὦ ἄνθρωπε, οἰκία μὲν σοι εὖ ἔχει, καὶ τ' αὐδραπόδα πάντα, καὶ ἵπποι δὴ, καὶ κύνες, καὶ χωρία, καὶ ὅσα κέκτησαι, ἀβλαβῶς κεῖται καλῶς, αὐτὸν δέ σε, σὺκ ἀγαθὴ κομιδὴ ἔχει· καλῶς οὖν καὶ ὁ Δημοσθένης ὁ Διογένης· ὁ μὲν, χρυσᾶ πρόβατα καλοῦντας τοὺς πλουσίους καὶ ἀπαιδεύτους· ὁ δὲ, τοὺς ὑπὸ τῶν χρημάτων συχνῶς ἀπεικάζων αὐτοῖς· ἐκείνων τε γὰρ τ̃ καρπὸν, σὺκ ἀνθρώπους, ἀλλὰ κόρακας ἢ κολοιοὺς ἐσθίειν· τούτων τε τὰ χρήματα, μηδὲν μὲν ὄφελος εἶ) τοῖς ἀξίοις, δαπανᾶσθαι δ' ὑπὸ τῶν κολάκων, οἵτινες ἐὰν οὕτως τύχῃ, πάντων αὐτοῖς ἀναλωθέντων, ἀπέμυττῶντες παρέρχονται, μὴ γνωρίζειν προσποιούμενοι· ὅθεν, οὐδ' ὁ τοῖς χρύσαις τοὺς τοιούτους εἰκάσας, ἄμουσός τις ἐῶ· καὶ γάρτοι καὶ οἱ ἀπὸ τῶν χρυσῶν ὑδρευόμενοι πρόσθεν, ἐπειδὴ μηκέτ' ἔχουσιν ὕδωρ, ἀναστρέφονται· καὶ ἔστιν εὔλογον, τοὺς ἀφ' ὧν δὲν ἄλλο ἢ τὰ χρήματα προσελέσθαι, ἅμα τῇ στερηθῆναι τούτων, εὐθὺς καὶ τῶν ἄλλων, ἃ ἀφ' τοῦτ' εἶχον, ἐστερῆσθαι· πῶς γὰρ ἂν καὶ παίδοιεν, ἴδιον μὲν οὐδὲν ἀγαθὸν κεκτημένοι, ἀεὶ δ' ἐπ' ἀλλοτρίοις καὶ τοῖς πρὸ τῆς τύχης, ἐπαιρόμενοι.

B AT pleríque miſeri, quíque ad diuitias, vt ad ſcopum, omnia referunt, in huiuſmodi rerum anguſtias prolapſi, aurum aut argentum corpori appenſum & circumpoſitum *geſtantes*, cum his & animæ iacturam fecerunt. Neque id animaduertere queunt, ſeipſos primos ex brutis animalibus ea magis diligere quæ artibus exornata ſunt. Etenim bellicos equos, & venaticos canes pretio cæteris anteponunt, quin etiam domeſticos ſeruos artibus erudiendos curant, plurimúmque ſæpe in eos *edocendos* argenti impendunt, ſeipſos autem negligunt. Num igitur turpe, ſeruum nonnunquam drachmarum decies millibus æſtimari, ipſum verò eius dominum ne vnica? Sed quid dico vnica? imò nullus talem gratis in famulitium acceperit. Num tandem ſe ſolos viliſſimos reddiderunt qui ex artibus omnibus ne vnicam didicerint? Quum enim & bruta animalia in artium ſtudiis inſtituant, & famulum ignauum ac inertem nulla re dignum eſſe ducant, curent autem & prædia, & reliquas poſſeſſiones, vt vnumquodque pro viribus quàmoptimum ſit, ſolos verò ſeipſos negligunt, animámne habeant ignorantes, planum eſt viliſſimis eos ſeruis eſſe ſimiles. Proinde eiuſmodi viro adſtans decenter vtique ipſi dixerit. O homo, domus quidem tibi bene habet, & mancipia omnia, & equi ſanè, & canes, & prædia, & quæcumque poſſides pulchrè diſpoſita ſunt, at tui ipſius curam non habes. Præclarè igitur & Demoſthenes & Diogenes; alter quidem diuites ac indoctos aureas pecudes vocitabat; alter verò ficis præruptis in locis naſcentibus ipſos comparabat. Illarum etenim fructibus non homines, ſed coruos, aut graculos veſci dicebat, horum quoque diuitum facultates honeſtis viris nulli quidem eſſe emolumento, ſed ab adulatoribus exhauriri, qui, ſi caſus ita tulerit, omnibus ab ipſis abſumptis, eos obuiam factos ſibi ignotos eſſe ſimulantes *Inſalutatos* prætereunt. Vnde nec qui fontibus iſtos ſimiles protulit, illepidus quidem erat, etenim & qui de fontibus aquati erant antea, quum aquam ampliùs non habent, his reducta veſte immeiunt. Ac rationi conſonum eſt, qui nulla re alia, quàm opibus ſunt ſpectabiles, ſimul atque his priuati fuerint, eos ſtatim, & cæteris quæ propter iſtas habuerant, priuari. Quid etenim haberent? proprium quidem bonum nullum poſſident, ſed perpetuò alienis & à fortuna manantibus efferuntur.

CAPVT VII.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Aduersus eos qui artium imperiti nobilitatem iactitant.

TALES autem sunt quidam & qui generis nobilitatem obiectant, ob eámque multùm superbiunt. Isti etenim propriorum bonorum penuria ad genus confugiunt, neque adeò agnoscunt eam sanè, quâ gloriantur, generis nobilitatem peculiaribus ciuitatis numis esse similem, qui apud quos æstimatio posita est, valent, apud cæteros adulterini sunt.

Non claritas generis in altum te extulit,
Malum est egere; non alebat me genus.

Præclarus itaque, vt eloquitur Plato, thesaurus parentum virtutes; sed præclarior posse Sthenelli dictum opponere,

Nos patribus loquimur multùm præstare vetustis,

Nam si qua nobis sit nobilitatis vtilitas, ea sola est, quæ domestico exemplo imitandi æmulationem nobis accendit. Vt si multùm à progenitorum virtute decedamus, molestia certè & illis fuerit (si quis ipsis sensus est) dedecus verò nobis ipsis tanto maius, quanto & genus illustrissimum. Enimuerò *qui* indocti prorsus obscuro *sunt* genere, hoc ipsum lucrantur, quòd permultis qui & quales sint, haud innotescant. Quibus verò splendidum ac insigne genus haud delitescendi ius concesserit, quid aliud ij quàm manifestiùs infelices existunt? At sanè etiam suo genere indigni magis damnantur, adeò vt, si quis stupidus natalium suorum claritatem commemoret, venia minùs dignum malum suum subijciat oculis. Non enim peræquè ac plebeios homines, & claro genere oriundos æstimamus, ac exploramus; sed illos quidem, etsi mediocres quidam sint, generis obscuritati penuriæ causam referentes approbamus. Hos verò, si nihil suis progenitoribus dignum habeant, etiamsi longè cæteris omnibus antecellant, nequaquam admiramur. Proinde si quis sapit, ad artis exercitationem accedat, per quam, etsi nobilis sit, suo genere non indignus apparebit. Ac, si talis non sit, suum ipse genus exornabit, priscum illum imitatus Themistoclem, qui cùm ob genus probris vexaretur, at ego, inquit, meis posteris generis princeps ero, meúmque à me genus incipiet, tuum verò in te desinet. Vides nihil prohibere, Scytham Anacharsim & admirationi esse, & tametsi genere barbarus esset, sapientem appellari. Is aliquando exprobranti cuidam, quod esset barbarus ac Scytha, mihi quidem, inquit, patria dedecori est, tu verò patriæ. Pulchrè admodum *hominem*, nulla æstimatione dignum, solúmque ob patriam gloriantem increpuit. Nam si rebus animum intendas, non propter ciuitates, ciues gloria florere comperies, sed id sanè contrarium, propter viros artibus percelebres, eorum patrias celebrari. Quæ enim erat Stagiræ celebritas, nisi propter Aristotelem? Quæ & Solorum nisi propter Aratum, & Chrysippum? Vnde & ipsarum Athenarum nomen tam longè peruagatum est? non soli fœcunditate, id namque sterile, sed viris illic prognatis, qui quum & plurimi & præstantissimi euasissent, patriam suæ gloriæ fecerunt participem. Disces autem manifestissimè verum id esse, si Hyperbolum &

ΤΟιοῦτοι δὲ τινες εἰσὶ καὶ οἱ τὴν εὐγλωσσίαν περιβαλλόμενοι, καὶ φρονιοῦντες ἐπ' αὐτῇ μέγα· καὶ γὰρ καὶ οὗτοι ἀποδέουσι τῶν ἰδίων ἀγαθῶν, ὅτι τὸ γλῶς ἠχοῦσιν, οὐδὲ τοσοῦτον γιγνώσκοντες, ὅτι ἡ ἀρετὴ εὐγλωσσία αὐτὴ ἐφ' ἧ σεμνύονται, τοῖς κτὶ πόλιν νομίσμασιν ἔοικεν, ἃ παρὰ τοῖς ἐπιχωρίοις ἰσχύουσι, παρ' ἄλλοις δὲ τὶ χίδηλα.

Οὐσὶ εὐγλωσσία σ' ἦρεν εἰς ὕψος μέγα,
Κακὸν δὲ μὴ ἔχειν, ὃ γλῶς οὐκ ἐβόσκέ με.

καλὸς ὦν, ἢ φησιν ὁ Πλάτων, θησαυρὸς, αἱ τῶν πατέρων ἀρεταί· κάλλιον δ' ἀντιτιθεῖναι δυνάσθαι τὸ τοῦ Σθενέλου λόγον.

Ἡμεῖς τοι πατέρων μὲν ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι.

Τοῦτο γὰρ μόνον ἐχρῆν ἂν, εἰ δή τις ἐστὶν εὐγλωσσίας χρεία, παρὸς οἰκείων παράδειγμα τὸ ζῆλον ἡμῖν γίγνεσθαι· ὡς εἰ γε καὶ ἀπολυτῶς τῶν τῶν προγόνων ἀρετῶν ἀπολειπόμεθα, λύπη μὲν ἂν εἴη κἀκείνοις, εἰ τις αὐτοῖς ἐστιν αἴσθησις· αἰσχύνη δ' ἡμῖν αὐτοῖς τόσῳ δὲ μείζων, ὅσῳ καὶ τὸ γλῶς περιφανέστατον· οἱ μὲν γὰρ ἀμαθεῖς πολλαπλασίοις ἀσήμοις τῶν γλώσσῃ, τοῦτο γοῦν αὐτὸ κερδαίνουσι, τὸ μὴ γινώσκεσθαι τοῖς πολλοῖς ὁποῖοί τινες εἰσὶν· ὅσοις δὲ, τὸ λαμπρὸν καὶ ἀφάσιμον τοῦ γλῶς, οὐδὲ τοῦ λαθεῖν ἐξουσίαν δίδωσι, τί ἄλλο, ἢ παρεμφανέστερον οὗτοι δυσχεραίνουσι; καὶ μὲν γε εἰ καὶ γιγνώσκονται μᾶλλον οἱ ἀνάξιοι τοῦ γλῶς· ὅς' εἴ καί τις ἠλίθιος ὤν, ὑπομιμήσκοι τὸ λαμπρὸν τοῦ γλῶς, ἀσυγγνωστότερον ἑαυτῷ τὸ κακὸν ἀποφαίνει· οὐ γὰρ ὁμοίως ἐξεπαίρομέν τε καὶ βασανίζομεν τοὺς ὑπὸ τυχῆς ἀνάξιους, τοῖς ἐκ γλῶς λαμπροῦ· ἀλλὰ τοὺς μὲν κατὰ μέτριοί τινες ὄντες, ἀποδεχόμεθα, τῇ δυσγλωσσίᾳ, τῆς ἐνδείας τοῦ αἰτίαν ἀναφέροντες· τοὺς δ' εἰ μηδὲν τῶν προγόνων ἄξιον ἔχοιεν, ἐνθένπω θαυμάζομεν, ἂν κ τῶν ἄλλων ἀπάντων πολὺ διαφέρωσιν· ὥς' εἴ τις δὴ φρονῇ, τέχνης ἀσκησάτω προσέτω· δι' ἣν, κἂν δυσγλωσσῇ, τὸ γλῶς οὐκ ἀνάξιος φανήσεται, κἂν μὴ τοιοῦτος ὑπάρχῃ, ὁ γλῶς αὐτὸς ὑποκοσμήσει, μιμησάμενος τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον Θεμιστοκλέα, ὃς ὀνειδιζόμενος ὅτι τῷ γλῶς, ἀλλ' ἐγὼ τοῖς ἀπ' ἐμοῦ τῆς ἄρξω, ἔφη, τοῦ γλῶς, καὶ, ὁ μὲν ἐμὸν ἀπ' ἐμοῦ γλῶς ἄρξεται, ὃ δὲ σὸν, εἰς σὲ τελευτήσει· ὁρᾷς ὡς οὐδὲν κωλύει τὸν Σκύθην Ἀνάχαρσιν καὶ θαυμάζεσθαί τε, καὶ σοφὸν ὀνομάζεσθαι, καίτοι βάρβαρος ὢν ὁ γλῶς· ἔστι ποτὲ πρός τινος ὀνειδιζόμενος ὅτι βάρβαρος εἴη καὶ Σκύθης, ἐμοὶ μὲν ἡ πατρὶς ὀνείδει, σὺ δὲ τῇ πατρίδι· πολὺ κάλλιον ὑπεπλήξας τὸν μηδενὸς ἀξίῳ λόγου, μόνον σ' ὅτι τῇ πατρίδι σεμνυνόμενον· εἰ γὰρ ὑπισήσας τοῖς παράγμασι τὸ νοῦν, οὐ πρὸς τὰς πόλεις, βλέποις ἂν οὐδὲν τοὺς πολίτας γινομένους· ἀλλ' αὖθ' ἡ τοὐναντίον, πρὸς τοὺς ἀγαθοὺς ἀνδρας ἂν τὴν τέχνας, ἐς τὰς πατρίδας αὐτῶν μνημονευομένας· τίς γὰρ ἦν Σταγείρων λόγος, εἰ μὴ δι' Ἀριστοτέλην; τίς δ' ἂν Σόλων, εἰ μὴ δι' Ἄρατόν τε, καὶ Χρύσιππον; ὅπου, καὶ τῶν Ἀθηνῶν αὐτῶν μέχρι πόρρω τὸ ὄνομα πεφοίτηκεν, οὐ δῆμε τινὸς τῆς ἀρετῆς, λεπτόγεως γὰρ, ἀλλὰ δῆμε τοῖς ἐν αὐτῇ φιλοῦσι, οἱ πλείστοι τε καὶ ἀρίστοι γεγόνασι, μετεδοσάν τι καὶ τῇ πατρίδι τῆς σφετέρου κλέους· μᾶλλον δ' ἂν ἀναργέσαιτο τοιοῦτον ἀγνοῆς ὄν, εἰ τὸν Ὑπέρβολον, ἢ

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 12 sur 413

τὴν Κλέωνα λελύσαμο, ποσοῦτον ἀπὸ τῆς Ἀθηναίων κερδήσαν- A Cleonem expenderis, qui tantùm *celebritatis* ab
τας, ὅσον αὐτὸς εἰς τὴν ἐφάνιαν κακῶν ὑπεκτήσατο · ἐφ' ὅτε Athenis consequuti sunt, quantùm quis ad suo-
σύας Βοιώτιον ἔθνος ἔνεπον, ὁ Πίνδαρος φησὶ · καὶ πάλιν rum scelerum illustrationem consequi potuerit.
ὁ αὐτός · Εἰ σκυφίζομεν Βοιωτίαν ἐφ' · ἀξιοῖ ὅλον ἀγε- *Bœotiam gentem sues olim vocabant*, vt canit Pinda-
δὸν ἔθνους τὴν ἐπ' ἀμαθίᾳ φόρον ἀπολύεσθαι ἀφ' τῆς rus; atque rursum ipse, si Bœotiam effugimus
ἑαυτῶν μουσικῆς. suem, æquum esse auguratus vniuersæ prope
gentis ortum ex imperitia probrum suæ musicæ
carminibus eluere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'. CAPVT VIII.

Corporis formam nihili ducendam esse, nisi eam animi comitetur pulchritudo, quam artes scientiæ, ac virtutes parturiunt.

Ἐπαινέσῃ δ' ἄν τις καὶ τὴν Ἀθήνησι νομοθέτην, ὃς τὴν B AT nonnullus Athenis legislatorem laudaue-
μὴ διδάξαντα τέχνην, σκώλυε τοὺς τοὺς παῖδας rit, qui vetuit parentem à filio ali, quem
τρέφεσθαι · τέχνης ἁπάσης κατ' σκῆνον μᾶλιστα τὸν χρό- nullam artem edocuisset. Quum enim omnes ar-
νον ἀσκουμένης, ὡῒ ὡραιότατα φαίνεται τὰ σώματα, tes eo potissimum tempore excolantur, quo
πολλοῖς συμβῆ περιβλέπτοις ἀφ' κάλλος γεγηθόσι, formosissima corpora conspiciuntur, plerisque
ἀμελῆσαι τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς, εἶθ' ὕστερον, ὅτ' οὐδὲν ὄφε- contigit, corporis pulchritudine factos percele-
λος, λέγειν, bres, animi sui cultum neglexisse, postea verò
quòd nullum inde emolumentum colligerent,
querulos protulisse,

Εἴθ' ὤφελεν ὃ κάλλος, ὅ με διώλεσε,
Κακῶς ὀλέσθαι. *Vtinam perisset forma quæ me perdidit*
B *Malè*

τὴν ἰδιωτικὴν μὲν ἐν τοῖς Σόλωνος εἰσέρχεται, σκῆπτεῖσθαι Tum ipsis & Solonis illud in mentem venit, quo
κελεύοντος ἐν τοῖς μάλιστα τὸ τέλος τοῦ βίου · εἶτα καὶ τῶν γήρᾳ vitæ finem imprimis spectari imperat. Deinde
λοιδορουμένων, δέον ἐαυτοῖς, καὶ τὴν Εὐριπίδου ἐπαινοῦσι λέγοντα, senectutem increpant quum seipsos debeant.
Euripidem quoque laudibus euehunt vaticinantem

----οὐ γὰρ ὄφελος εἶ)

-----Iuuat neminem
Formam parasse vltra moderatum modum.

Περαιτέρω δ' κάλλος, ἢ μέσῳ λαβόν.
ἄμεινον οὖν ὅστις ἐγνωκὼς τὴν μὲν τῆς μειρακίων ὥραν τοῖς Itaque satius est eos laudare qui venustam ado-
νέοις αἴτησιν ἐοικυῖαν, ὀλιγοχρόνιόν τε τὴν τέρψιν ἔχουσαν, lescentum formam verum floribus assimilem,
ἐπαινῶ τε καὶ τὴν Λεσβίαν λέγουσαν. momentaneis comitatam oblectamentis agno-
C uerunt. Lesbiam quoque celebrare canentem

Ὁ μὲν γὰρ καλὸς, ὅσον ἰδεῖν πέλεται · *Qui namque pulcher est, is est dum cernitur*
Ὁ δὲ κἀγαθὸς, αὐτίκα καὶ καλὸς ἔσται. *At qui bonus, fuerit cito pulcher quoque*

πείθεσθαι δὲ καὶ Σόλωνι τὸν αὐτὸν γνώμιμον συνδιακυμαίνω. Soloni etiam eandem proferenti sententiam con-
ὁ δὲ γῆρας, καθάπερ χαλεπὸν ἐφεδρεύοντα χειμῶνα, δεύ- cedere. Senectutem autem tanquam molestam
μονον οὐχ ὑποδημάτων μόνον καὶ ἐσθῆτος, ἀλλὰ καὶ οἰκή- hyemem imminere, quæ non calceamentis mo-
σεως ὑπαιθρείας, καὶ μυρίων ἄλλων, προσκυᾶσθαι τοῖς dò, ac vestitu, sed & commodo domicilio, aliis-
αὖθ', καθάπερ ἀγαθὸν κυβερνήτην ἐν πολλοῖς τοῖς χει- que rebus innumeris indigeat. Aduersus eam
μῶνα · μαίνεσθαι γὰρ ὃ, nobis, quemadmodum aduersus tempestatem
probo gubernatori, multò antè necessaria com-
paranda sunt. Calamitosum siquidem est illud

---ῥᾳδίως δὲ τε νήπιος ἔγνω. *----Res actas intelligit amens*

τοῖς τί γὰρ ἄν καὶ φαίη τις εἶ) χρήσιμον, ἀπάσκητον νέου D Ad quid enim dixerit aliquis vtilem esse inexer-
κάλλος; ἄρά γε εἰς πόλεμον; ἢ μὴν οὐχ ἁπλῶς τις ὑπο- citatam adolescentis pulchritudinem? Num ad
φωνήσαι τοῖς τοιούτοις, bellum? Non equidem inconsultè talibus quis
acclamauerit,

Ἀλλὰ σὺ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο. καὶ *At tu res votis gratas sectare iugales,* Et
Ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε. *Ito domum, rerúmque tibi sit cura tuarum.*

καὶ γὰρ, *-----ὁ Νιρεύς* Etenim *-----Nireus*

Κάλλιστος μὲν ἀνὴρ ἦλθεν Ἰλίον ἠλθεν, *Ad Troiam venit vir formosissimus vnus*
Ἀλλ' ἀλαπαδνὸς ἦεν----- *Verùm mollis erat----------*

καὶ ἀφ' τοῦτ' ἅπαξ αὐτοῦ μόνον ἐμνημόνευσεν Ὅμηρος ἐν Quamobrem eius semel duntaxat in nauium
νεῶν καταλόγῳ, τοὺς ὑπὸ δόξιν, ἐμοὶ δοκεῖ, τῆς τῶν καλλί- censu meminit Homerus, quo (mea quidem
στων ἀνδρῶν ἀχρηστίας, ὅταν αὐτοῖς ὑπάρχῃ μηδὲν ἄλλο E sententia) formosissimos viros inutiles esse de-
τῶν εἰς τὸν βίον χρησίμων · οὐδὲ μὴν εἰς πόσην χρημά- monstraret, quùm illis nihil suppetat aliud ad
των, εἴ τινες τῶν κακοδαιμόνων λέγειν τολμῶσι, τὸ κάλ- vitam vtile. Equidem ad pecunias comparan-
λος ὅστι χρήσιμον · ὁ μὲν γὰρ ἐλευθέριός τε, καὶ ἔνδοξος, das, etsi nonnulli improbi *contrarium* asserere
καὶ βέβαιος χρηματισμὸς, ἀπὸ τέχνης γίνεσθαι πέφυκεν audeant, non confert pulchritudo. Etenim libe-
· ὁ δ' ἀπὸ σώματος καὶ κάλλους, αἰσχρός ὅστι καὶ ἀφα- ralis quidem, honestus, ac stabilis quæstus ab ar-
πάμυτος ἐπονείδιστος · χρὴ τοίνυν τὸ νέον πειθόμενον τῷ πα- te manare consueuit. At qui à corpore & for-
λαιῷ τοῦ γέλωτος, τὴν ἑαυτοῦ μορφὴν ἐν κατόπτρῳ θεα- ma; is turpis est, perpetuóque improbandus.
Oportet itáque adolescentem veteri præcepto
impulsum suam ipsius effigiem in speculo con-

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 13 sur 413

templari, qui ſi facie formoſus fuerit, ſuum quoque animum talem eſſe det operam, abſurdum ratus formoſo in corpore animum deformem ſtabulari. Si verò ſui corporis formam turpem eſſe conſpexerit, tanto impenſiùs animum excolat, decorétque, quo Homericum illud proferendum habeat.

Vir alius cui forma quidem deformior ipſa eſt,
Sed Deus exornat formam ſermonibus; illi
Hunc læti aſpiciunt, cui concio tuta, pudore
Tranquillo eſt. cœtus ſupereminet ipſe forenſes,
Vtque Deum aſpiciunt, incedit quando per vrbem.

Ex omnibus itáque oratione diductis, iis potiſſimum, quibus non planè mens erepta eſt, perſpicuè apparet, neque generis ſplendore, neque diuitiis, neque pulchritudine fruenti, artium ſtudia eſſe contemnenda. Hæc itáque ſatis. Sed ſatius fortaſſis fuerit illud Diogenis ceu idoneum aliquem epodum adijcere. Is quum apud quendam epularetur, qui rebus quidem ſuis omnibus accuratè conſuluerat, ſui verò ipſius curam prorſum nullam habuerat, excreans tanquam ſputum iecturus quum in ambitu circumſpexiſſet, nihilque vidiſſet eorum quæ in circuitu erant, in quod expueret, in ipſum ſolum domus herum expuit, cui grauiter conquerenti, reſque cauſam ſciſcitanti reſpondit, nihil in tota domo tam ſordidum, támque neglectum ac ipſum conſpicere. Parietes ſiquidem omnes egregiis picturis ornatos, pauimentum autem ex operoſis calculis extructum, Deorum gerens imagines, vaſa omnia ſplendida ac munda, lectos & menſas perbellè elaborata eſſe, ſolum verò illum *inculum* neglectúmque ſubijci oculis; omnibus autem hominibus morem eſſe, in ea quæ ſeſe offerunt viliſſima loca expuere, itáque ne patiaris, ô adoleſcens, in quem ſputum proijciatur teipſum dignum fieri, nec, etſi cetera omnia pulcherrimè poſita eſſe videantur. Rarum ſiquidem eſt, hæc omnia ſimul aſſequi, te nobilem, te diuitem, te denique vnà formoſum eſſe, quæ tamen ſi aliquoties conſpirauerint, turpe ſanè fuerit in quibus affluis omnibus, te ſolum ſputis obnoxium ſubijci.

σάθμον, εἰ μὴ καλὸς εἴη τὴν ὄψιν, ἀσκῆσαι τοιαύτην τὴν ψυχὴν, ἀπόπον ἡγησάμενον ἐν καλῷ σώματι, ψυχὴν αἰσχρὰν οἰκεῖν· εἰ δ' αἰσχρὸς αὐτῷ φαίνοιτο τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν εἶναι, τόσῳ δὲ μᾶλλον ἐπιμεληθῆναι τῆς ψυχῆς, ἵν' ἔχῃ λέγειν ὃ Ὁμηρικόν,

Ἄλλος δ' αὖτ' εἶδος μὲν ἀκιδνότερος πέλε ἀνὴρ·
Ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι κρέφε· οἱ δέ τ' ἐς αὐτὸν
Τερπόμενοι λεύσσουσιν· ὁ δ' ἀσφαλέως ἀγορᾶφι
Αἰδῶ μειλιχίην, μετὰ δὲ πρέπει ἀγρομένοισιν.
Ἐρχόμενον δ' αἰνῶ ἄγυι, θεὸν ὡς εἰσορόωσιν.

ὃς ἀπάντων τοίνυν τῶν ἐρημένων, τοῖς γε μὴ πάνυ ἀπαναισθήτοις, ἐναργῶς φαίνεται, μήτ' ὄντι πλούτου καταφρονήσαντι, μήτ' ὄντι πλούτῳ τε καὶ κάλλει θαρρήσαντι, καταφρονῆσαι τέχνης ἀσκήσεως· αὐτάρκη μὲν οὖν καὶ τοῦτο κάλλιον δ' ἴσως προσθεῖναι καὶ ὃ τῷ Διογένους, οἷ ἀγαθόν τινα ἐπῳδὸν· ὃς ἑστιώμενος παρά τινι, τῶν μὲν ἑαυτῷ πάντων ἀκριβῶς προενενοημένῳ, μόνου δ' ἑαυτῷ πάντα παν ἠμεληκότι, χρεμψάμενος ὡς πτύσων, εἶτ' ἐν κύκλῳ περισκοπήσας, εἰς οὐδὲν μὲν τῶν ἐν ἔπτυσε, αὐτῷ δὲ μόνῳ προσέπτυσε τῷ δεσπότῃ τῆς οἰκίας· ἀγανακτοῦντος δ' αὐτῷ, καὶ τὴν αἰτίαν ἐρωτῶντος, οὐδὲν ἔφησεν ὁρᾶν οὕτως ἠμελημένον τῶν καθ' ὅλην οἰκίαν, ὡς ἐκεῖνον· ὅτι γὰρ τοίχοις ἀπόπλους, ἀξιολόγοις γραφαῖς κεκοσμῆσθαι· ὃ δ' ἔδαφος ἐκ ψήφων πολυτελῶν συγκεῖσθαι, θεῶν εἰκόνας ἔχον ἐξ αὐτῶν διαπεπαυμένας, ἀπόπλα τὰ σκύβαλα λαμπρὰ καὶ καθαρά, καὶ τὴν τρωμένην, καὶ τὰς κλίνας εἰς κάλλος ἐξησκῆσθαι, μόνον δ' ἐκεῖνον ὁρᾶν ἠμεληκότα· εἰπόντα δ' ἅπασιν αὐθρόοις, εἰς τοὺς ἀπορωτάτους τῶν πρόσθεν τόπων ἀποπτύσαντα· μὴ τοίνυν ἐάσῃς ὦ μειράκιον ἄξιον τοῦ προσπτύεσθαι γενέσθαι σεαυτόν· μὴ δ' αὖ ἄπορά σοι τ' ἄλλα κάλλιστα διαφεῖσθαι δοκῇ· ἀσύμφορον μὲν γάρ ἐστι καὶ ὃ τυγεῖν αὐτῷ ὁμοῦ πάντων, ὡς εὐγενῆ τε, καὶ πλούσιον εἶναι, καὶ καλὸν ἅμα τὸν αὐτόν· εἰ δ' ἄρα καὶ συμβαίη ποτὲ, δεινὸν ἂν εἴη μόνον ἐν ἅπασι τοῖς ἐπαφρίζουσιν, ἑαυτὸν καταπτυστὸν εἶναι.

CAPVT IX.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Studia finem vitæ vtilem propoſitum non habentia, artes non eſſe; Athleticum exercitum neque ad vitæ vſum pertinere, neque diuinioris partis hominis eſſe, neque diuinos honores, vt artes parturire.

AGITE igitur, ô adoleſcentuli, quotquot meæ orationis auſcultatione ad artes ediſcendas concitati fuiſtis, ne quis vos impoſtor ac præſtigiator vir decepturus tandem, vanas aut improbas artes edoceat, quum quæ ſtudia finem vitæ vtilem non habent, ea nequaquam artes eſſe innoteſcat. Atque de cæteris quidem, vos planè perſuaſos habeo agnoſcere, eorum nullam eſſe artem, veluti petaurum agere, ſupra exiguos funes incedere, in circulo non caligantem rotare, & qualia Myrmeciadæ Athenienſis, & Callicratis Lacedæmonij opuſcula extiterunt. Athletarum autem exercitium duntaxat exercitium ſuſpectum habeo, ne id fortaſſis dum robur corporis pollicetur, & apud multos gloriam conciliat, publicè diurnis argenti largitionibus apud maiores honoratum, pariſque omnino honore cum præſtantiſſimis

ἄγετ' οὖν, ὦ παῖδες, ὁπόσοι τῶν ἐμῶν ἀκηκοότες λόγων, ἐπὶ τέχνης μαθήσιν ὥρμησθε, μή τις ὑμᾶς ἀπατεὼν καὶ γόης ἀνὴρ προδιακρουσάμενος ποτὲ, ματαιοτεχνίαν ἢ κακοτεχνίαν διδάξηται· γιγνώσκοντας ὡς ὁπόσοις τῶν ὑπειρημένων ἐστὶ τὸ τέλος βιωφελὲς, τοῦτ' οὐκ εἰσὶ τέχναι· καὶ περὶ μὲν τῶν ἄλλων ὑμῖν καὶ πάνυ πέποιθα γιγνώσκειν, ὅτι μηδὲν τούτων ἐστὶν τέχνη, οἷ τό, τε πετεωρεύειν, καὶ βαδίζειν ὅτι ὀρθίων λεπτῶν, ἐν κύκλῳ τε περιδινεῖσθαι μὴ σκοπούμενον οἷα τὰ Μυρμηκιάδου τοῦ Ἀθηναίου, καὶ Καλλικράτους τοῦ Λακεδαιμονίου· ὃ δὲ τῶν ἀθλητῶν ὑπείρημα μόνον ὑποπτεύω, μήποτ' ἄρα τοῦτο, τὸ ῥώμῃ σώματος ἐπαγγελλόμενον, καὶ τὴν παρὰ τοῖς πολλοῖς δόξαν ἐπαγόμενον, δημοσίᾳ παρὰ τοῖς παρᾶσι τεθημμένον ἡμερησίοις ἀργυρίου δόσεσι, καὶ ὅλως ἴσα τοῖς ἀριστεῦσι

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 14 sur 413

τελμηλύον, ἐξαπατήσῃ τινὰ τῶν νέων, ὡς τοῦ τυχόντος τέχνης· ὅθεν ἄμεινον προσκεφαλαίαν τοῦτ' αὐτό. ὁ γὰρ ἐξαπατηθεὶς ἕκαστος ἐν οἷς ἐστιν ἀπροσκεπτος· ὁ δὲ τῶν ἀνθρώπων γένος, ὦ παῖδες, ὑπάρχει θεοῖς τε καὶ τοῖς ἀλόγοις ζῴοις, τοῖς μὲν καθόσον λογικόν ἐστι, τοῖς δὲ καθόσον θνητόν· βέλτιον οὖν ἐστι τῆς πρὸς τὰ κρείττονα κοινωνίας αἰσθανόμενον, ὑπομεληθῆναι παιδείας, ἧς τυχόντες μὲν, ὃ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν ἔξουσιν· ἀποτυχόντες δὲ, οὐκ αἰσχυνούμεθα τῶν ἀρίστων ζῴων ἐλαττούμενοι· σώματος μὲν ἄσκησις ἀθλητικὴ, ἀποτυγχανομένη μὲν, αἰσχρὴ· ὑπερτυγχανομένη δὲ, τῶν ἀλόγων ζῴων, οὐδὲν πρείττων· τίς γὰρ λεόντων, ἢ ἐλεφάντων ἀλκιμώτερος; τίς δ' ὠκύτερος λαγωοῦ; τίς δ' οὐκ οἶδεν ὡς καὶ τοὺς θεοὺς δι' οὐδὲν, ἀλλ' ἢ διὰ τὰς τέχνας ἐπαινουμένους; ὡς καὶ τῶν ἀνθρώπων τοὺς ἀρίστους θείας ἀξιωθῆναι τιμῆς, οὐχ ὅτι καλῶς ἔδρασιν ἐν τοῖς ἀγῶσιν, ἢ δίσκον ἔρριψαν, ἢ διεπάλαισαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀπὸ τῶν τεχνῶν ὠφέλειαν. Ἀσκληπιός γέ τοι καὶ Διόνυσος, εἴτ' ἀνθρωποι πρότερον ἦσαν, εἴτ' ἀρχῆθεν θεοὶ, τιμῶν ἀξιοῦνται μεγίστων, ὁ μὲν διὰ τὴν ἰατρικὴν, ὁ δ' ὅτι τὴν περὶ τὰς ἀμπέλους ἡμᾶς τέχνην ἐδίδαξεν· εἰ δ' οὐκ ἐθέλεις ἐμοὶ πείθεσθαι, τόν γε θεὸν αἰδέσθητι τὸν Πύθιον· οὗτός ἐστιν ὁ καὶ τὸν Σωκράτην εἰπὼν ἀνδρῶν ἁπάντων σοφώτατον εἶναι· ὁ τὸν Λυκοῦργον προσφωνήσας, ὧδέ πως εἶπεν,

Ἥκεις ὦ Λυκόεργε ἐμὸν ποτὶ πίονα νηόν,
Ζηνὶ φίλος καὶ πᾶσιν ὀλυμπία δώματ' ἔχουσι.
Δίζω, ἢ σὲ θεὸν μενεπτόσμην, ἢ αὐθρωπον.
Ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον, θεὸν ἔλπομαι, ὦ Λυκόεργε.

ὁ δ' αὐτὸς οὗτος θεὸς καὶ τὸν Ἀρχίλοχον τεθνεῶτα φανέντα τιμῶν οὐ τὰ μέτρια· τὸν γοῦν φονέα βουλευόμενον εἰσελθεῖν εἰς τὸν νεὼν αὐτοῦ, διεκώλυσεν εἰπών·

Μουσάων θεράποντα κατέκτανες, ἔξιθι νηοῦ.

aribus habitum, aliquem adoleſcentem decipiat, vt cuipiam arti anteponatur, vnde præſtat de ipſo prius diſceptare. Nam facilè quiſque in his decipitur, quæ priùs mente non reuoluit. Sanè hominum genus (ô pueri) cum diis & brutis animalibus communem habet naturam, cum illis quidem, quatenus rationale exiſtit; cum his verò, quatenus mortale. Satius igitur eſt cum ſuperioribus ſocietatem ſenſu percipientes diſciplinas *ſtudio* & cura proſequi, quas conſequuti, bonorum maximum adepti fuerimus; Has verò non conſequutos ignauiſſimis animantibus factos eſſe inferiores non pudebit? At corporis exercitatio Athletica comparata quidem, turpiſſima; non comparata verò, brutis animalibus nihilo præſtantior. Quis enim leonibus, aut elephantis robuſtior? Quis verò lepore velocior? Quis autem neſcit etiam Deos non ob aliud quàm propter artes laudari? Hominum quoque præſtantiſſimos, non quòd in certaminibus pulchrè curſarint, aut diſcum proiecerint, aut luctati ſint; ſed ob artium beneficia, diuinos honores promeruiſſe. Profectò Æſculapius & Bacchus, ſiue priùs homines, ſiuè ab initio Dij extiterint, maximis honoribus celebrantur; ille quidem propter medicinam; hic verò quod vitium *excolendarum* artem nos docuerit. Quod ſi mihi fidem adhibere non vis, Deum Pythium reuerere. Is eſt qui & Socratem virorum omnium ſapientiſſimum eſſe pronunciauit; & Lycurgum affatus ita cecinit,

Ad mea templa venis, ſapiens, opulenta, Lycurge
Grate Ioui, cunctiſque domos habitantibus altas
Cælorum; anne Deum te dicam quæro, virúmue
Sed tamen eſſe Deum potiùs te ſpero Lycurge.

Is ipſe Deus & Archilochum mortuum non mediocri honore celebrauit. Quum enim interemptor vellet illius templum ingredi, hoc carmine prohibuit.

Occiſor vatis templo procul ito profane.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'. CAPVT X.

In Athletas inuehitur, probátque Athleticam abiectam, vitioſam, ac inutilem eſſe.

ΑΓΕ δή μοι καὶ σὺ τὰς τῶν ἀθλητῶν πανηγύρεις· ἀλλ' οὐκ ἐρεῖς, ὅτι μή σ' ἔξεστιν εἰπεῖν, εἰ μή τι τῶν μαρτύρων ὡς οὐκ ἀξιόχρεων κατέγνωκας· ἐμφανὴς γὰρ ἔοικάς τι τοιοῦτον, ὅταν ὅτι τοὺς πολλοὺς τὸν λόγον ἄγῃς μάρτυρας, καὶ τὸν ὠφελοῦντα τούτων ἔπαινον προσκρούσῃ· καίτοι οὔτε νοσῶν, οὔτε οἶσθ' ὅτι τοῖς πολλοῖς αὖ ὑπεκρέψας σαυτὸν, ἀλλ' ὀλίγοις δή τισιν ὀλίγα ἀποθνῄσκων, καὶ τούτων τοῖς ἰατρικωτάτοις οὔτ' ἂν πλέοσιν, ἅπασι τοῖς συμπλέουσιν, ἀλλ' ἑνὶ τῷ κυβερνήτῃ· ἤδη δὲ καὶ περὶ τῶν σμικροτάτων, τέκτονι μὲν, τεκταινόμενος, ὑποδημάτων δὲ χρῄζων, τῷ σκυτοτόμῳ· πῶς ἂν οὖν ἔνθα τοῦ πρωτείων ὁ ἀγὼν ἐστὶ, σαυτῷ δίδως τῆς κρίσεως τὴν ἐξουσίαν, ἀφελόμενος αὐτὴν τῶν σοφωτέρων ἢ καθ' σαυτόν· παρίημι γὰρ, τό γε νῦν εἶναι, μεμνῆσθαι τῶν θεῶν· ἄκουσον οὖν ὅπως Εὐριπίδης φέρων τοῦ ἀθλητοῦ·

Κακῶν γὰρ ὄντων μυρίων καθ' Ἑλλάδα,
Οὐδὲν κακίον ἐστὶν ἀθλητῶν γένος,
Οἳ πρῶτον οἰκεῖν, οὐδὲ μανθάνουσιν εὖ,
Οὔτ' ἂν διώμνυτο· πῶς γὰρ, ὅστις ἔστ' ἀνὴρ,

DIc autem mihi tu quoque Athletarum celebrationes, at non dices, quòd nihil proferendum habeas, niſi quid ceu teſte non locuplete affirmatum damnaueris. Nam tale quiddam videris prodere, quum ad multos teſtes orationem dirigis, & ab his quaſi manibus laudem expromis. Certò tamen ſcio te morbo laborantem, non multis teipſum commiſſurum, ſed paucis quibuſdam ex omnibus, iiſque medendi peritiſſimis; neque te nauigantem omnibus tecum nauigantibus, ſed vni gubernatori; minimis denique in rebus, fabro quidem tegulam ædificantem; cerdoni verò calceamentis indigentem, fidem habiturum: qua igitur ratione quum de rebus præſtantioribus contentio eſt, tibi ipſi iudicij poteſtatem viris teipſo ſapientioribus ereptam tribuis? Nam de Dijs mentionem facere nunc omitto. Audi igitur quid de Athletis ſentiat Euripides,

Multis malis per Græciam graſſantibus,
Nullum eſt eorum peius Athletis genus.
Primum hi domeſticas gerunt haud res bene,
Nec ſi queant. Nam quomodo quiſquis gula

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 15 sur 413

Vir ſeruus, & ventri voraci deditus
Opes parabit familiam queis nutriat?
Egere rurſus haud putat, nec caſibus
Seruire. Nam aſſueti bonis haud moribus
Difficilé commouent ſeſe ad res arduas.

Quæ verò ſtudio proſequuntur, eorum quodque ipſis inutile eſſe, audi iterum, ſi volueris, quæ concinit.

Quis enim valens lucta, celer quis vir pede,
Aut diſco in altum concito, aut malis probè
Ictis coronam adeptus adiuuit ſuam
Patriam?-----

At ſi & his deinceps ſubtiliora auſcultare velis, quæ denuò profert, auſculta.

Vtrúmne in hoſtes præliabuntur, manu
Diſcos ferentes, vel clypeis fulti pedum
Curſu procúlne hoſtes fugabunt patriâ?
Præſente ferro nemo tantùm deſpit.

Vtrum igitur Euripidem, conſimiléſque alios improbabimus, Philoſophis autem iudicium committemus? imò & ab his omnibus veluti vno ore conceſſum eſt, *Athleticum* iſtud ſtudium prauum eſſe. Id autem nulli vnquam Medici laudibus approbarunt. Primùm enim Hippocratem audies dicentem, *affectio Athletica naturalis non eſt; ſalubris habitus, melior*, Deinde & cæteros omnes, qui poſt ipſum vixere, præſtantiſſimos Medicos. Equidem prorſus nolebam ex teſtibus iudicium ferri, id enim oratoris magis, quàm hominis veritatem colentis eſt. Quum tamen nonnulli ad multorum approbationem, & inanem quæ ab his prodit gloriam confugiunt, ipſúmque exercitium rebus externis nudum ſpectare non deſinunt; tum in his teſtes producere coactus ſum, quo ſeſe nihil validius aſſequi agnoſcant. Vnde iam mihi tempeſtiuum eſt Phrynæ ludum commemorare. Hæc aliquando quum in conuiuio talis ludus ageretur, vt ſinguli per vices conuiuis imperarent quæ vellent, mulieréſque adeſſe perſpexiſſet, anchuſa, ceruſſa, & fuco *faciem* decoratas, iuſſit aquam aduehi, hauſtámque poſteà derepente linteolo abſtergere. Atque id ipſa prima omnium fecit, ac cæteris quidem omnibus fœminis facies maculis opplebatur, & ſimulachra laruis, ſpectríſque ſimilia cernere licebat; ipſa verò formoſior apparuit, ſola namque fucata non erat, ſed natiua pulchritudine formoſa, quæ nullo fucatorio artificio indigebat. Quemadmodum igitur vera pulchritudo certò exploratur ipſa per ſe ſola, rebus omnibus foris obuenientibus: ſic & Athleticam exercitationem ſolam explorare conuenit, an quid vtilitatis vel publicè ciuitatibus, vel priuatim Athletis ipſam exercentibus adferre videatur.

A Γνάθου τε δούλος, νηδύος θ' ἡτημένος,
Κτήσαιτ' ἂν ὄλβον, εἰς ὃν ἐκτρέφοι πάτρας;
Οὐδ' αὖ πένεσθαι κἀξυπηρετεῖν τύχαις.
Οἷοί τ' ἔθη γὰρ σὺν ἐθιζόντες κακὰ,
Σκληρὰς μεταλλάσσουσιν εἰς ἀμήχανον.
ὅτι δὲ καὶ τῶν ἐπιτηδευομένων αὐτοῖς ἔκαστον ἄχρηστόν ἐστιν, ἄκουε πάλιν εἴωθεν ἐρωτᾶν ὁ Ἕλλην, ἃ φησι,
Τίς γὰρ παλαίσας δεῦρ', ἢ ταχὺς δραμὼν ἀνὴρ,
Ἢ δίσκον ἄρας, ἢ γνάθον πλήξας κακῶς,
Πόλιν παρῆλθε σέμνον ἧρχεν λαβών;
B εἰ δὲ τὰ τούτων ἐπὶ λεπτομερέστερον ἀκούσῃ ἐθέλῃς, ἄκουε πάλιν ἃ φησι,
Πότερα μαχοῦνται πολεμίοις ὑπὸ χερσῖν
Δίσκους ἔχοντες, ἢ δι' ἀσπίδων ποδὸς
Θέοντες, ἐκβαλοῦσι πολεμίους πάτρας;
Οὐδεὶς σθένει τῶν τῇδε μυρίᾳ πέλας.
Πότερον οὖν Εὐριπίδῃ μὲν καὶ τῶν τοιούτων καταγνῶμεν, τοῖς δὲ φιλοσόφοις ἐπιτρέψομεν τὴν κρίσιν; ἀλλ' ὑπὲρ τούτων ἁπάντων ὥσπερ ἐξ ἑνὸς στόματος ὁμολόγηται, φαῦλον εἶναι τὸ ἐπιτήδευμα· οὐδὲ μὲν οὐδὲ τῶν ἰατρῶν τις
C ἐπῄνεσεν αὐτό· πρῶτον μὲν γὰρ Ἱπποκράτης ἀκούσῃ λέγοντος· Διάθεσις ἀθλητικὴ οὐ φύσει, ἕξις ὑγιὴς κρείσσων. ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν μετ' αὐτὸν ἀρίστων ἰατρῶν· ὅλως μὲν οὖν ἐπὶ μάρτυρος οὐκ ἐβουλόμην κρίνεσθαι· ῥητορικὸν γὰρ τὸ τοιοῦτον μᾶλλον, ἢ ἀνδρὸς ἀληθοῦς ἀνδρός· ὅμως δ' ἐπειδή τινες ἐπὶ τὴν τῶν πολλῶν ἔπαινον καταφεύγουσι, καὶ τοῦτο τούτων κενὴν δόξαν· ἀφέντες αὐτὸ ἐπιτήδευμα γυμνὸν τῶν ἔξωθεν σκεπῶν, ἀναγκαῖον κἀν τούτοις παρελθεῖν τοὺς μάρτυρας,
D ἵν' ὅτι μηδὲν ὠφελοῦσι πλέον ἔχοιεν τι, γνωρίσωσιν· ὅθεν καὶ ὁ τῆς Φρύνης δικαίως ἤδη μοι διηγήσασθαι· αὐτὴ ποτ' ἐν συμποσίῳ παιδιᾶς τοιαύτης γενομένης, ὡς ἔκαστον ἐν μέρει παρελθεῖν τοῖς συμπόταις ἃ βούλοιτο, θεασαμένη προύσας γυναῖκας ἀγχοῦσή τε, καὶ ψιμυθίῳ, καὶ φυκεῖ κεκαλλωπισμένας, ἐκέλευσεν ὕδατος κομισθέντος, ἁρπάσαι τῇσι χερσὶ παρεστηκεῖν ἁπάσῃ αὐτῶν τὸ παρὸν πρόσωπον, καὶ μὴ τοῦτο δίχα σπογγιᾶς ἀποκλύσασθαι σπόγγον, καὶ αὐτὴ παρῆν τοῦτ' ἔπραξε· τὸ μὲν οὖν ἄλλας ἁπάσας αὐτῶν τὸ παρὸν πρόσωπον ἐπλήρωσε, καὶ ἐμίσησε τὰς ἰδίας τοῖς μορμολυκείοις, αὐτὴ δὲ καλλίων ἐφάνη· μόνη γὰρ ἐμέ ἀκαλλωπίστου τε καὶ αὐθφυοῦς κάλλει, μηδεμιᾶς πανουργίας κομμωτικῆς δεομένη· ὥσπερ οὖν τὸ ἀληθινὸν κάλλος ἀκριβῶς ἐξετάζεται μόνον αὐτὸ καθ' ἑαυτό, τὴν ἔξωθεν αὐτῷ παρεσκευασμένων ἀπάντων γυμνωθέν, οὕτω καὶ τὴν ἀθλητικὴν ἐπιτήδευσιν ἐξετάζεσθαι παρέσται μόνην, εἴ τι φαίνοιτο ἔχον χρήσιμον, ἢ κοινῇ τῇ πόλεσιν, ἢ ἰδίᾳ τοῖς μεταχειριζομένοις αὐτήν.

CAPVT XI.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Athleticam neque inter bona numerandam eſſe; neque ad ſanitatem conferre declarat. Hìc Athletarum habitum, vitam, miſeriam, ac exitium ſubijcit oculis.

QVVM itaque bonorum in rerum natura exiſtentium alia ſint animi, alia corporis, alia externa; atque præter hæc, nullum aliud bonorum genus cogitetur; Athletas bonorum animi ne vmbram quidem conſequutos fuiſſe, omnibus manifeſtũ eſt. Imprimis enim animámne habeãt,

F Ἀγαθῶν οὖν τῶν ἐν τῇ φύσει, τῶν μὲν περὶ ψυχήν, τῶν δὲ περὶ σῶμα, τῶν δ' ἐκτὸς· καὶ παρὰ ταῦτα ἑνὸς ἄλλου γένους ἀγαθῶν ὑπονοουμένου· ὅτι μὲν τῶν ψυχικῶν ἀγαθῶν, οὐδ' ὁναρ ποτὲ μετειλήφασιν οἱ ἀθλοῦντες, δῆλον πᾶσι· τὴν ἀρχὴν γὰρ, οὐδ' ἐν ψυχῇ

ἔχοισι γιγνώσκοισι, τοσοῦτον ἀποδέοισι τῦ λογικὼ αὐτὼ ὄντι σαθαι. Σαρκῶν γὰρ ἀεὶ καὶ αἵματος ἀνεγείροντες πλῆθος, ὡς ἐν βορβόρῳ πολλῷ τὸν ψυχὸν ἐαυτῶν ἔχοισιν κατεσβεσμένον, οὐδὲν ἀκριβὲς νοῆσαι δυναμένον, ἀλλ' αὖον, ὁμοίως τοῖς ἀλόγοις ζώοις · ἴσως δ' ἀμφισβητήσαι, ὡς τῶν περὶ τὸ σῶμα ἑνὸς ἀγαθῶν ἐπήκοοι · πότερον οὖν τῆς ὑμετέρας ὑγείας ἀμφισβητήσοισιν ; ἀλλ' οὐδένας ἄλλους αὖ βέλτιος ἐν σφαλερωτέρᾳ ἀμφέσῃ σώματος, εἴπερ Ἱπποκράτει δεῖ πιστεύειν, εἰπόντι, τὸν δὲ ἐπ' ἄκρον διέξιον, σφαλεραὶ ὑπαρχήν, τῷ μεταδιώκειν οὕτοι · καὶ δὴ καὶ ὅτι ἄσκησις μὲν ὑγιείης, ἀκορίη δὲ ἕξιος, ἀσκιὴν πόνων, Ἱπποκράτει καλῶς εἰρημένον, ἐπαινεῖται παρὰ πάντων · οἱ δὲ ἑαυτῶν ὀλιγαρκοῦσιν, ὑπερπονοῦντές τε καὶ ὑπερπιπλάμενοι, καὶ ὅλως τὸν τῦ παλαιοῦ λόγον, ὡς κορυβαντιῶντες, κατεγνωκότες · ὁ μὲν γὰρ ὑγιεινὸν διαιτᾶν ὑποτιθέμενος ἔλεγε πόνοι, σῖτα, ποτά, ὕπνοι, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια · οἱ δὲ καὶ γυμνάσια τοῦτ' τῦ παρόντος ἑκάστης ἡμέρας ἀφαιροῦσι, ξηράς τε παρασφέγγονται σιτῶ αἰτίαν πολλάκις, ἄχρι μέσων νυκτῶν ὑπτείνοντες τὸν ἐδωδιμον · ὡς παρόντως αὖ τινα ἐπ' αὐτῶν εἰπεῖν,

Ἄλλοι μὲν ῥα θεοί τε καὶ ἀέρες ἱππιοκορυσταὶ,
Εὗδον παννύχιοι μαλακῷ δεδμημένοι ὕπνῳ.
Ἀλλ' οὐκ ἀθλητὰς κακοδαίμονας ὕπνος ἔμπλην.

ἀπάλογον δοίην τούτοις καὶ ἡ τῶν ὑπνων αὐτῶν ἕξις συμμετρία · ἰδίᾳ γὰρ οἱ καλὰ φύσιν βιοῦντες, ἀπὸ τῶν ἔργων ἥκοισιν, ἐδεσμάτων δεόμενοι, τοιοῦτοι δ' οὐτοι διαφέρεται τῶν ὑπνων, ὥστε ἐοικέναι τὸν βίον αὐτῶν, ὑπὸ ἀφαγωγῆ · πλὴν γ' ὅσον οἱ μὲν ὗες οὐχ ὑπερπονοῦσιν, οὐδὲ παρὰ ἀνάγκην ἐσθίοισιν, οἱ δὲ, καὶ ταῦτα πάσχοισι, καὶ ῥοδοδάφναις σίοτε καὶ ναῦται ἀφικνοῦνται · ὁ μὲν οὖν παλαιὸς Ἱπποκράτης, παρὰ οἷς εἶπεν ἐμπαρόδην, ἔτι καὶ ταῦτα φησί · Ὃ καλὸ πολὺ καὶ ὀξαπίνης πληρωῦν, ἢ κενοῦν, ἢ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ἄλλως ὁπωσιῶν Ὃ σῶμα κινεῖν, σφαλερόν · πᾶν γὰρ, φησι, Ὃ πολύ, τῇ φύσῃ πολέμιον · οἴδε οὔτε ταύτων ἐπαίοισιν, οὔτε τῶν ἄλλων, ὅσα καλῶς εἰπόντος ἐκείνου παραδεδώκασιν, ἀλλὰ πάντ' ἐξ ἐναντίου τοῖς ὑγιεινοῖς παραγγέλμασιν ὑποτιθέμενοι · καὶ ἀφ' τῦτ' αὖ ἔγωγε φαίην ἄσκησιν, οὐχ ὑγιείας, ἀλλὰ νόσου μᾶλλον εἶναι Ὃ ὑποτιθέμενον · τῦτο δ', οἶμαι, καὶ αὐτὸν τὸν Ἱπποκράτην φρονεῖν, ἐπειδὰν λέγῃ · Ἀφάρεσις ἀθλητικὴ οὐ φύσῃ, ἕξις ὑγιεινὴ χρείαων · οὐ γὰρ μόνον τῦ καλῶ φύσιν ἐστερῆσθαι Ὃ ὑποτιθέμενον δι' ὧν εἶπεν ἐδήλωσεν, ἀλλ' οὐδ' ἔξιν ὠνόμασε τὴν ἀφάρεσιν αὐτῶν, ἀφαιρεθύμενος καὶ τῆς παρασκευείας αὐτοῖς, ἢ παρασπαρθύοισιν ἀπάντων οἱ παλαιοὶ, τοὺς ὄντως ὑγιαίνοντας · ἢ μὲν γὰρ ἕξις, ἔμμονός ἐς ὅστ καὶ δυσαλλοίωτος ἀφάρεσις · ἡ δὲ τῶν ἀθλητῶν ἐπ' ἄκρον διέξια, σφαλερά τε καὶ ὑμετάβλητος, οὔτε γὰρ παραδέσιν ἔτι ἀφὰ τὴν ἀκρότητα χωρεῖ · καὶ τῶ μὴ δυνασθαι μένειν ὅπῃ τοιοῦτό, μὴ δ' ἀπεμεῖν, λοιπὸν ἔχει τὸν ὅπῃ Ὃ χεῖρον ὁδόν · οὕτως μὲν, ἀθλοῦσιν αὐτοῖς ἀφάκειται Ὃ σῶμα · καθαλύσασι δὲ, πολὺ δὴ ἡ χεῖρον · ἔνιοι μὲν γὰρ μετ' ὀλίγον ἀποθνήσκοισιν, ἔνιοι δ' ὅπῃ πλέον ἥκοισιν ἡλικίας, ἀλλ' οὐδὲ αὐτοὶ γηρῶσιν · οὐδὲ

A ignorant tantùm absunt abeo, vt eam rationalem esse sciant. Etenim carnium & sanguinis plenitudinem perpetuò coaceruantes animum suum tanquam multo cæno immersum habent, qui nihil certum *altúmque* sapere queat, sed mentis expers brutis animantibus similitudine respondeat. At fortassis tanquam bonorum corporis aliquod sese adeptos esse contenderint. Num igitur de pretiosissima sanitate concertabunt? Imò non alios reperies in periculosiore corporis affectu *versari*, si Hippocrati fides sit adhibenda dicenti, *bonum corporis habitum qui ad*
B *summum peruenerit, periculosum esse*, quem isti persequuntur. Quinetiam illud ab Hippocrate præclarè dictum ab omnibus commendatur *studiosam sanitatis conseruationem esse, non satiari cibis, neque ad labores pigrum esse*. At isti contraria studeant dum immoderatiùs laborant, ac suprà modum *cibis* implentur, & omnino senis sententiam Corybantum more furentes damnant. Quum enim ille salubrem victus rationem institueret, dicebat; *labores, cibi, potus, somni, Venus, omnia mediocria*. Hi verò singulis diebus labores immoderatiores exercent, alimentis etiam vi plerumque coacti vescuntur, atque comessationes ad medias vsque noctes producunt, vt aliquis merito in eos *Homericum* illud protulerit.

Dýque alij, atque viri galeati nocte iacebant
Tota, permolli resoluti corpora somno,
At minimè miseros Athletas somnus habebat.

Quæ igitur his *victus & laborũ, eadem* & proportione ipsis est somni moderatio. Quum enim qui secundum naturam viuentes ab operibus veniunt, escas necessarias requirunt; tum isti è somno exurgunt, adeo vt eorum vita suũm consuetudini similis videatur, nisi quòd sues neque præter modum laborant, neque vi cibos esitant. Isti verò & hæc
D agunt, & nonnumquam iisdem lauri roseæ ramis terga perfricantur. Proinde senex ille Hippocrates ad ea quæ priùs retulit, hæc etiamnum profert. *Permultùm ac repente vacuare, vel replere, vel calefacere, vel refrigerare, aut alio quocunque modo corpus monere, periculosum, Omne si quidem multum* (inquit) *naturæ inimicum*. Isti verò *Athletæ* neque hæc percipiunt, neque alia, quæ quum is pulchrè prodiderit transiliunt, imò omnia cum hisce salubribus præceptis ex oppositò pugnantia studiosè sectantur. Quapropter ego sanè dixerim *istud* exercitium non sanitatis, sed morbi potius studium existere, idque Hippocratem ipsum sentire arbitror, ita loquentem, *Affectus athleticus non est naturalis, habitus salubris melior. His* enim *dictis* non solùm hoc exercitium eâ quæ secundum naturam est *dote* exui declarauit, verùm ne habitum appellauit Athletarum affectionem, vt ipsos eo nominis honore spoliaret, quo cuncti veteres eos vocitant qui prospera valetudine verè perfruuntur, habitus siquidem stabilis quædam est, vixque
F mutabilis affectio. Bonus verò Athletarum qui ad summum venit corporis habitus, periculosus est, facilèque mutabilis. Neque enim quod ad summum peruenerit, incrementi capax est, neque eodem in statu consistere, neque quiescere potest, proinde superstitem in deterius viam subeat necesse est. Sic equidem illis, dum athleticam obeunt, corpus affectum est; vbi verò cessarint, multo sanè deteriùs. Nonnulli siquidem paulopòst intereunt, alij verò, diuturniorem quidem ætatem viuunt, non tamen ad senectutem perueniunt, ad

quam

quam etiamsi tandem peruenerint, ab Homericis A καὶ ἐφίκωνται ποτὲ εἰς τοῦτο, τῶν Ὁμηρικῶν οὐδὲν ἀπολείπονται λιτῶν,

Claudi, rugosi, strabones, orbi oculisque.

Quemadmodum enim mœnia machinis concussa ab irruente quouis impetu facilè corruunt, nec terræmotum, nec alium vllum leuiorem insultum ferre queunt: Sic & Athletarum corpora plagis ac ictibus in certaminibus attrita, ac debilitata ab externis causis occursantibus in morbos celeriter procidunt. Etenim eorum oculi in ambitu ceu fossis cauati plerumque, quòd facultas non amplius obsistat, fluxionibus opplentur; dentes verò concussione nimirum labefactati, deferente multoties progressu temporis ipsos facultate, facilè excidunt. Quinetiam contorti articuli aduersus omnem violentiam foris occurrantem inualidi redduntur, & quæuis ruptio, ac *neruorum* diuulsio facilè excitatur. Itaque quod ad corpoream sanitatem spectat, manifestum est nullum aliud hominum genus Athletis miserius existere: vnde iure quis ingeniosè protulerit, Athletas nominatos, ita dictos, vel quòd ab Athleta ἄθλιοι, *hoc est, miseri* denominentur; vel quod communiter ambo ἀπὸ τῆς ἀθλιότητος, hoc est, à miseria, tanquam ab vno fonte nomen acceperint.

Χωλοί τε, ῥυσοί τε, στραβλωπές τ' ὀφθαλμοί, ἀποτερπόμενοι. Ὡς γὰρ τὰ ἀμφιβαθέντα τῶν τειχῶν ἀπὸ μηχανημάτων, ἐπίμως ὑπὸ τῆς τυχούσης ἀμαλύνεται βλάβης, οὔτε σεισμὸν, οὔτ' ἄλλην τινὰ βιαιοτέραν διωκόμενα φέρειν πεφύκασιν· οὕτω δὲ τὰ τῶν ἀθλητῶν σώματα, σαθρὰ καὶ ἀδύνητα πρὸς τὴν ὑπαιτιόδυσιν γεγονότα πληγῆς, ἑτοίμως πρὸς ὃ παρὰν ἐστὶν ὅτι τῆς τυχούσης προσφάσεως· οἱ μὲν γὰρ ὀφθαλμοὶ πρόπτωμοί πολλάκις, ὅθ' ἡ δύναμις σφῶν ἔτι αὐτέχει, πληροῦνται ῥευμάτων· οἱ δ' ὀδόντες ἅτε ἀμφισεισμοῦσι πολλάκις, ὑπολιποῦσαν τὴν χρόνῳ τῆς δυνάμεως αὔξειν, ἑτοίμως ἐκπίπτουσι· τὰ δὲ λυγαδέντα τῶν ἀρθρων, ἀδύνητα πρὸς πᾶσαν τὴν ἔξωθεν βίαν γέγονε, καὶ πᾶν ῥῆγμα καὶ ἀπόσπασμα ῥᾳδίως κινεῖται· σωματικῆς μὲν οὖν ὑγιείας ἕνεκα, φανερὸν ὡς οὐδὲν ἄλλο γένος ἀθλιώτερόν ἐστι τῶν ἀθλητῶν, ὥστ' εἰκότως ἄν τις εἴποι δικαίως ὀνομάζεσθαι, τῶν ἀθλητῶν προσαγορευθέντων, ἢ ἀπὸ τῆς ἀθλητῆς τε προσηγορίας, τῶν ἀθλίων ἐφικτῶν, ἢ κοινῶς ἀμφοτέρων, καθάπερ ἀπὸ πηγῆς μιᾶς, τῆς ἀθλιότητος ὠνομασμένων.

CAPVT XII.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Athleticam nihil ad corporis pulchritudinem conferre.

QVVM autem bonorum corporis maximum C sanitatem speculati simus, ad reliqua transeamus. Quæ itaque de pulchritudine *consideranda veniunt*, sic sanè in illis sese habent, vt non modò ad naturalem pulchritudinem nihil quicquam *athletica* exercitatio conferat, verùm etiam multos ex ipsis perfectissimam partium symmetriam sortitos Gymnastæ excipientes, supra modum saginantes ac infarcientes sanguine & carnibus in contrarium formæ statum perduxerint; nonnullis quoque faciem omnino deformem fœdámque reddiderint, ijs potissimùm qui pancratium, pugilatúmq; exercuissent. Quum autem partem aliquam planè fregerint, aut distorserint, aut oculos extuderint, tum opinor, ac tum maximè quæ ab athletica exercitatione peragitur pulchritudo, luculenter cõspicitur. Hæc igitur ipsis quandiu sanitate fruuntur, ad pulchritudinem prosperè succesſerũt. Vbi verò athleticam desierint, reliqua quoque sensuum corporis organa pereunt, cunctáque, vt dixi, membra distorta totius deformitatis caulæ existunt.

ΑΛΛ' ὅπως καὶ περὶ τοῦ μείζονος τῆς σωματικῆς ἀγαθῶν τῆς ὑγιείας ἐσκέμμεθα, μεταβαλλώμεθα ὅπῃ τὰ λοιπά· τὰ μὲν δὴ περὶ κάλλους οὕτως αὐτῆς ἔχει, ὡς μὴ μόνον ὠφελεῖσθαί τι πρὸς τῆς ἀθλήσεως τὴν φύσιν, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς αὐτῶν πάνυ συμμέτρως ἐχούσας τῶν μελῶν, οἱ γυμνασταὶ παραλαβόντες, ὑπαφιᾶντές τε, καὶ ἁμασίζαντες αἵματί τε καὶ σαρξίν, εἰς ἐναντίον ἦγαγον· οἷόν δὲ καὶ τὰ πρόσωπα πάμπαν ἄμορφα καὶ δυσειδῆ κατέστησαν, καὶ μάλιστα τῶν παγκρατίων, ἢ πυγμῆς ἀσκησάντων· ὅταν δὲ καὶ τῶν μελῶν τι τελέως ἀπορράξωσιν ἢ διαστρέψωσιν, ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόψωσι, τότ', οἶμαι, τότε καὶ μάλιστα ὃ τῆς ὑπαιτιόδυσεως αὐτοῖς ἀπιτελούμενον κάλλος, ἐναργῶς ὁρᾶσθαι· ταῦτα μὲν οὖν αὐτοῖς ὑγιαίνουσιν, εἰς κάλλος βλέπουσι· καταλύσασι δὲ, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ σώματος αἰσθητήρια προσαπόλλυται, καὶ πάνθ', ὡς ἔφην, τὰ μέλη διαστρεφόμενα, πάντοιας ἀμορφίας αἴτια γίνεται.

CAPVT XIII.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Athletas virium robore minimè præstantiores esse Milonis historia, aliisque exemplis, ac sententiis confirmat.

AT fortassis eorum quæ dicta sunt *bonorum* E nullum, sed virium robur sibi arrogabunt. Hoc enim vnum, certò scio, omnium potentissimum esse dicturi sunt. Quódnam, per Deos, robur? aut ad quid vtile? Num ad rustica opera? Præclarè igitur vel fodere, vel metere, vel arare, vel aliud quidpiam quod ad agriculturam pertineat, præstare possunt. Sed forsan ad bellica? Euripidem denuò mihi accerse, qui eos his hymnis concinat,

Vtrúmne in hostes præliabuntur, manu
Discos ferentes? vel clypeis fulti manu

ΑΛΛ' ἴσως τῶν εἰρημένων οὐδενὸς, ἰσχύος δ' αὐτάρκως ἕξουσιν· τοῦτο γάρ, οὗ οἶδ', ἓν φήσουσιν, ἰσχυρότατον πάντων εἶναι· ποίας ὦ πρὸς θεῶν ἰσχύος, καὶ ποῦ χρησίμης; πότερον τῆς εἰς τὰ γεωργικὰ τῶν ἔργων; πάνυ μὲν οὖν καλῶς ἂν σκάπτοιεν, ἂν θερίζοιεν, ἂν ἀρόων, ἄν τι τῶν ἄλλων τῶν κατὰ τὴν γεωργίαν δύωνται· ἀλλ' ἴσως εἰς τὰ πολεμικά; τί Εὐριπίδου αὖθίς μοι κάλει, ὅστις αὖθις ὑμνοῦσ' λέγων,

Πότερα μαχοῦνται πολεμίοισιν, ἐν χεροῖν
Δίσκους ἔχοντες; ἢ δ' ἀσπίδων χεροῖν

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 18 sur 413

Θείνοντες ἐκβαλοῦσι πολεμίους πάτρας; τῷ γὰρ ὄντι, A
Οὐδεὶς σιδήρου ῥωῦται μαραγνὴ πέλας.

Ἀλλὰ ποῦς κρύος τε καὶ θάλπος ἰσχυροὶ, αὐτός γε τῶ Ἡρακλέος ζηλωταὶ, ὡς ἔνι, ἐν χιόνι καὶ ἥλῳ σκέπεσθαι δέρμασι, ὡς ἀνυπόδητοι διατελῶν, ἐναύλιοι κοιμᾶσθαι, χαμευνῶν ἐν ἅπασι γὰρ τούτοις, τῶν νεογνῶν παιδῶν εἰσὶν ἀσθενέστεροι. ἐν τίνι τοίνυν ἔτι τινὶ τοῦ ἰσχυοῦ ὑπιδείξονται; ἢ ὅτι τίνι μέγα φρονήσουσιν; οὐ γὰρ δήπου ὅτι γε τοῖς σκυτοτόμοις, ἢ τέκτοσιν, ἢ τοῖς οἰκοδόμοις οἷοί τ' εἰσὶ καταβάλλειν ἐν παλαίστρᾳ τε καὶ σταδίῳ· ταχὺ οὖν ὅτι τῶν δι' ὅλης ἡμέρας κονίεσθαι δικαιοῦσιν· ἀλλὰ τῶτό γε καὶ τοῖς ὄρτυξι, καὶ τοῖς τρυ- B
δίξιν ὑπάρχει· καὶ εἴποι τις ὅτι τούτῳ μέγα χρὴ φρονῆν, ὅτι τῶν δι' ὅλης ἡμέρας βορβόρῳ λούεσθαι· ἀλλὰ νὴ Δία τῶν ἱερουργηθέντων ἕνα ταύρων ἀναλέσθαι τοῖς ὤμοις ὁ Μίλων ἐκεῖνος ὁ Κροτωνιάτης διεκόμισέ ποτε ὅ σταδιον. ὦ τῆς ὑπερβαλλούσης ἀνοίας, ὡς μηδὲ τῶτο γιγνώσκειν, ὅτι ποτὲ βεβηκὸς ὅ ταῦρος, ὅ αὖθ' τῶτο σῶμα τῷ ταύρου ζῶντος, ἐβάσταζεν ἡ ψυχὴ τοῦ ζώου· καὶ πολλῷ γ' ἀκοπώτερον ἢ ὁ Μίλων ἦγε, καὶ θεῖν ἐδύνατο βαστάζουσα· ἀλλ' ὅμως οὐδενὸς ἐῶ ἄξια, πολλὰ πλησίως τῇ Μίλωνος· ἐδήλωσε δὲ ἐν ἡ τελευτὴ τοῦ- C
δρὸς ὅπως ἐῶ αὐτοῦ, ὅς γε βασταζομένου ποτὲ νεανίσκου ἐμ- ξύλα σχίζοντα κατὰ μῆκος ξύλα σφηνὶ σφηνῶν, ἐκ μὲν ἀπέτεμε καταγελάσας, αὐτὸς δὲ ἅμα τῇ ἑαυτοῦ χειρῶν μόνων ἐτόλμησε διαπαῦσαι αὐτό· καίπερ ὅσον εἶχεν ἰσχύος, ἐν τῇ πρώτῃ προσβολῇ πληρώσας, διέτεμε μὲν ἑκατέρωσε τὰ μέρη τοῦ ξύλου, τῶν σφηνῶν δ' ἐκπεσόντων ἐν τῷδε, ὃ λοιπὸν τοῦ ξύλου μέρος ἀδυνατῶν διατῆσαι, μέχρι πολλοῦ μὲν ἀντεῖχεν, ὕστερον δὲ νικηθεὶς, οὐκ ἔφασε κομίσασθαι τὰς χεῖρας, ἀλλ' ἕως τῶν μερῶν τοῦ ξύλου συνελθόντων ἀναλήψεσι καταληφθεῖσαι, συνεπέδησαν μὲν αὐτὰς πρῶτα, θανάτου δ' οἰκείου τὸν Μίλωνα κατέσχησαν αἰτίαι· πόθεν γὰρ D
ὤνησεν αὐτὸν, εἰς ὃ μηδὲν παθεῖν, ὁ νεκρὸς ταῦρος ἐν τῷ σταδίῳ βασταζθείς· ἢ ὃ κοινὸν τῶν Ἑλλήνων ἔσωσεν ἄν, ὡΐνικα ποτὲ τὸ βάρβαρον ἐπολέμουν, ἢ τοιαύτη τοῦ Μίλωνος ἐνέργεια πρὸς τὸν ταῦρον, ἀλλ' οὐχ ἡ Θεμιστοκλέους σοφία· πρῶτον μὲν ὑποκρινάμενος καλῶς τὸν χρησμὸν, εἶτα στρατηγήσαντος ὡς ἐχρῆν·

Σοφὸν γὰρ ἐν βουλεύμασι, κἢ πολλὰς χέρας
Νικᾷ· σὺν ὅπλοις δ' ἀμαθία χεῖρον ἢ κακόν.

ὅτι μὲν εἰς εὐεξίαν τῶν κατὰ τὸν βίον ἔργων χρήσιμος ἡ τῶν ἀθλητῶν ἄσκησις, οὐ οἶδ', ὅτι σαφὲς ἤδη γέγονεν, ὅτι δὲ καὶ ἐν ἑαυτοῖς E
οἷς ἀσκοῦσιν, οὐδενός εἰσιν ἄξιοι λόγου, μαθοιτ' ἂν εἰ διηγησαίμην ὑμῖν τὸ μῦθον ἐκεῖνον, ὃν τῶν οὐκ ἀμούσων ἀνδρῶν τις ἐπείνας ἔπεσι διεσκεύασεν· ἔστι δὲ οὗτος. εἰ Διὸς γνώμη πᾶσι τοῖς ζώοις ὁμόνοια, καὶ κοινωνία γίνοιτο πρὸς τὸν βίον, ὡς τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ κήρυκα, μὴ μόνον ἀνθρώποις τοὺς ἀγωνιουμένους καλεῖν, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ὑπηρετεῖν τοῖς ζώοις εἰς τὸ στάδιον ἥκειν ἕν, οὐδένα ἂν αὐθρωπον οἶμαι φθῆσεσθαι·

Ἐν μὲν γὰρ δολιχῷ πάμπαν πάντως ἕασεται ἵππος
Τὸ στάδιον δὲ λαγωὸς ἀπίσεται, ἐν δὲ διαύλῳ F
Δορκὰς ἀριστεύσῃ, μεσόπων δ' ἀναρίθμιος οὐδείς
Ἐν ποσὶν. Ὢ κακόφρονες ἀσκηταὶ, τ' ἄθλιοι ἄνδρες.

Ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἀφ' Ἡρακλέους τις ἐλέφαντος, ἢ λέοντος ἰσχυρότερος ἂν φανείη· οἶμαι δ' ὅτι κἢ ταῦρος πυγμῇ στεφθήσεται· κἢ

Cedente, an hostes profugabunt patria? Nam re vera,
Præsente ferro nemo tantùm desipit.

Verùm aduersus frigus & æstum robusti sunt Herculis ipsius æmuli, vt tum hyeme, tum æstate vna pelle tegantur, vt nudis pedibus pergant, vt sub dio humi cubantes dormiant? Atenim his in omnibus, nuper natis pueris sunt imbecilliores. Quâ igitur in re etiamnum roboris sui specimen edent? aut quâ tantopere sese efferent? Non enim quòd cerdones, vel fabros, vel ædificatores in palæstrâ aut stadio deijcere valeant; ob id itaque fortassis, quòd totum diem sese in puluere exerceant, meritò sibi gloriandum iudicabunt. Verùm id & coturnicibus, & perdicibus *consuetum* est. Siquidem par eas idcirco multùm efferri, quòd totum diem cœno sese proluant. Sed, per Iouem, Milo ille Crotoniates ex mactatis tauris vnum humeris impositum olim per stadium gestauit. O exuperantem dementiam, quum *isti* nequaquam id intelligerent quòd paulo ante onerosum idipsum viuentis tauri corpus, animalis huius anima gestauerit, ac fanè longè leuiori labore, quàm Milo bajulauerit, quæ quum gestaret, currere poterat. Attamen *ea* nullius erat pretij, vt nec Milonis *anima*. Declarauit autem viri exitus, quàm mentis inops extiterit. Quum enim aliquando adolescentem immissis cuneis ligna in longitudinem findentem conspiceret, illum quidem derisum à munere abduxit, suis ipsius manibus solis illud lignum ausus diuellere; mox quicquid habebat roboris in primo impetu exigens, ligni quidem partes vtrinque dedúxit, interea elapsis hoc in opere cuneis, quum reliquam ligni partem diducere non posset, diu quidem obnixus est, tandem verò victus, manus educere non potuit, sed à partibus ligni in sese coëuntibus comprehensæ primùm quidem ipsæ contritæ sunt, deinde mortis miserandæ Miloni causæ extiterunt. Admodum igitur illi ad id profuit, vt nihil pateretur, mortuus taurus in stadio baiulatus. An Græcorum rempublicam tum seruauit, quum aduersus barbarum bellum gerebant, Milonis robur circa taurum exploratum, non autem Themistoclis sapientia qui primùm recto iudicio oraculum interpretatus est, deinde bellum quemadmodum oportebat gessit?

Prudens enim vnum consilium, multas manus
Vincit, sed armatus rudis peius malo.

Athletarum itaque exercitia nihil vtilitatis ad vitæ functiones adferre, iam satis perspicuè proditum esse arbitror. Quòd verò his ipsis, in quibus exercentur rebus nulla æstimatione digni sint, cognoscetis, si vobis fabulam illam narrauero, quam vir quidam non imperitus prolixis versibus adornauit. Hæc autem *ita prodita* est. Si Iouis voluntate omnibus animantibus consensus ac societas in vita degenda contingeret, vt in Olympia præco non solùm homines ad certamen vocaret, sed omnibus etiam animalibus demandaret ad vnum venire stadium, nullus, opinor, hominum coronaretur.

In dolicho nam vincet equus, victórque recedet
E stadio lepus, & pretium feret, inque diaulo
Caprea, non hominum pedibus numerabitur vnus.
O vani, ô miseri athletæ, quos bellua vincit!

Imò neque posterorum Herculis quisquam elephante, aut leone robustior apparebit. Taurum quoque arbitror in pugilatu coronandum, nec non

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 19 sur 413

asinum, inquit, calcibus si velit contendere, coronam reportaturum ?

Multiplici sed in historia scribetur asellus
Pancratio vicisse viros ; vicesima porrò
Primáque agebantur, cùm vicit Olympia rudens.

Lepidè admodum hæc fabula Athleticum robur inter humana exercitia minimè numerandum esse declarat. Quod sine animantibus virium robore quidem antecellant Athletæ, quódnam præterea aliorum bonorum sibi arrogabunt?

A ὄνος, φησὶ, λακτίζειν ὁ, τι εἰ βούλοιτο ἐθέλοι σας, αὐτὸν στέφανον οἴσειν·

Αὐτὰρ ὃ ἐν ἱστορίῃ πολυπείρῳ, γράψατ' ὀνίσκος
Οἳ ἀθλήσας παγκράτιον νίκησέ ποτ' ἄνδρας·
Εἰκοστὴ δὲ ἦν πρώτη Ὀλυμπιὰς ἣν ὅτ' ὄνικα
Ὀγκηστής.

Παύσει τι γοῦν τοιούτους ὁ μῦθος ἐπιδείκνυσι τὸ ἀθλητικὸν ἰσχὺν, οὐ τῶν ἀνθρωπίνων οὐδὲν ἀσκημάτων· καίτοι γ' εἰ μηδὲν ἰσχύι προτερεύουσι τῶν ζώων οἱ ἀθληταὶ, τίνος ἂν ἔτι τῶν ἄλλων ἐπίκουροι ἴμεν ἀγαθῶν.

CAPVT XIV.

Voluptate corporis Athletas minimè frui, sed miseriis obsideri; denique vt artes nobiles cæteris præferendas: Sic Medicinam omnium artium præstantissimam amplexandam esse exhortatione concludit.

AT si quis voluptatem corporis bonum esse B dicat, eam ipsam nequaquam participant, neque quum athleticum certamen obeunt, neque quum eo soluti discesserunt. Quandoquidem toto exercitationis Athleticæ tempore, in laboribus & miseriis versantur, non modò quòd sese exerceant, verùm etiam quòd coacta edacitate rumpantur. Quum verò ab Athletica soluti sunt, tum plurimis corporis partibus mutili ac debiles euadunt. Ergo fortassis quòd vniuersas pecunias accumulent, plurimùm sese iactitant. Imò videre licet omnes istos ære alieno obstrictos, non tantùm illo quo Athleticam exercent tempore, verùm etiam postquàm eâ exercitatione soluti quiescunt. Athletam quóuis vulgari, viri diuitis œconomo locupletiorem nullum comperies. Neque tamen vniuersè præclarum est, ipsas artificio comparare diuitias, sed talem scire artem quæ cum naufragis simul enatet, quod neque res diuitum administrantibus, neque publicanis, aut mercatoribus *consuetum* est, tametsi suis hi artificijs maximè ditescant. At si pecuniarum iacturam fecerint, iis ipsis simul pereunt commercia, ad quæ *obeunda* aliquo pecuniarum subsidio opus habent, quo semel destituti pristina commercia instaurare nequeunt. His enim nullus absque pignoribus aut hypothecis mutuum dabit. Proinde si quis vestrùm pecuniarum quæstum solidum, nec sordidum facere efflagitet, ars exercenda est, toto vitæ curriculo permansura. At quum prima diuisione duplex sit artium differentia, quædam etenim ex his rationales, nobiles, ac liberales existunt; quædam verò ignobiles ac contemnendæ, propter corporis labores quibus sua edunt opera, quas sordidas, mechanicas, & manuarias appellant. Satius hercle fuerit prioris generis artium aliquam studio consequi; posterius siquidem artium genus, senio confectos artifices solet destituere. Prioris porrò generis sunt Medicina, Rhetorica, Musica, Geometria, Arithmetica, Logica, Astronomia, Grammatica, & Iurisprudentia; his si velis, adde E Plasticen, & Picturam. Nam licet hæ manuum opera operentur, illarum tamen opus iuuenili non eget robore. Ex his igitur artibus aliquam deligere, atque exercere oportet, cui animus nullo prorsus modo pecudis instar hebes sit, ac potiùs EARVM OMNIVM PRÆSTANTISSIMAM, QVÆ, mea quidem sententia, MEDICINA EST. Hoc autem deinceps nobis erit demonstrandum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

B Εἰ δὲ καὶ τὴν ἡδονὴν σώματός τις ἀγαθὸν εἶναι φαίη, οὐδὲ τούτης αὐτῆς, αὐτοῖς μέτεστιν ὅτ' οὖν ἀθλοῦσιν, ὅτε καταλύσασιν· εἴγε τοῦδε μόνου τοῦ ἀθλήσεως χρόνου, ὃν πόνοις τε καὶ παλαιπωρίαις εἰσὶν, ὑγιαζόμενοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ποσὶ ἀνάγκην ἐνδιδόντες· ὥστε καὶ καταλύσαντες τὴν χρῆσιν, αὐάπτουσι τὰ πλεῖστα μέρη τοῦ σώματος γίνονται· τάχ' οὖν ὅτι τῶν χρημάτων πάντων ἀδεέστερον πλεῖστα, σεσωσμένα· καὶ μέντοι ἔστιν ὑμῖν θαυμάσαι πῶς αὐτοὺς ὀφείλοντας, ὅ μόνον ὀκνοῦν τοῦ χρόνον καθ' ὃν ἀθλοῦσιν, ἀλλὰ καὶ καταλύσαντας τὴν ἄσκησιν· ὅδ' ἂν οὕτως ἀθλητὴν οὐδένος πλουσιώτερον ἑνὸς τῶν ὑπαρχόντων οἰκονόμων ἀνδρὸς πλουσίου· ἔστι δ' ὅδ'
C αὖ τὸ πλουτεῖν οὐ ὑπερβάλλον ἀξιόλογον ἁπλῶς, οὐδὲ τοιαύτην ὑπάρξαι τέχνην, ἣ καὶ ναυαγήσασι σωτηριολυμοῦσα, ὥσπερ ὅτε τοῖς διοικοῦσι τὰ τῶν πλουσίων, ὅτε τοῖς τελώναις, ἢ τοῖς ἐμπορίοις ὑπῆρξε, καίτοι πλουτοῦσιν οὐ ὑπερβαλλόντως ἔτι μᾶλλον· οὐ γὰρ ἐὰν ἀπολέσωσι τὰ χρήματα, σωσαπολλύουσιν αὐτοῖς καὶ ταῖς πορείαις, ἀφορμῆς οὐδ' ὁτουοῦν χρημάτων εἰς αὐτὰς δεομένοις, τῷ δ' ὄντι ἔχειν τοῦτον, ἀρξασθαι τῆς ἐργασίας πορείας ἀδυνατοῦντες· οὐδὲ γὰρ δανίζει τις αὐτοῖς χωρὶς ἐνεχύρων, ἢ ὑποθηκῶν· ὥστ' εἰ καὶ πορεῖς χρηματισμὸν ἀσφαλῆ τε, καὶ οὐκ ἄδοξον αἱρεῖσθαι τὴν ἡμᾶς παρασκευάσθαι, τέχνην ἀσκητέον ὅστις μὴ πλουτὸς τὸν
D βίον, καὶ πένης ἀποθάνοι· ἀλλὰ διττῆς ὄσης διαφορᾶς τῆς πρώτης ἐν ταῖς τέχναις, ἑνίαι μὲν γὰρ αὐτῶν λογικαί τ' εἰσὶ καὶ σεμναὶ, ἅτινες δι' ὀλιγοφορίαν, καὶ διὰ τῶν τοῦ σώματος πόνων, ἃς δὴ βαναύσους τε καὶ χειρωνακτικὰς ὀνομάζουσιν, ἄμεινον αὖ εἶη, τοῦ πρώτου γένους τῶν τεχνῶν μετέρχεσθαι ἑκάστῳ· ὃ γὰρ τοι δεύτερον γένος αὐτῶν, ἀπολείπειν ἐλάττω γηρῶντας τοὺς τεχνίτας· εἰσὶ δ' ἐκ τοῦ πρώτου γένους, ἰατρικὴ τε, καὶ ῥητορικὴ, καὶ μουσικὴ,
E γεωμετρία τε καὶ ἀριθμητικὴ, καὶ λογιστικὴ, καὶ ἀστρονομία, καὶ γραμματικὴ, καὶ νομικὴ· πρόσθες δ' εἰ βούλῃ τούτοις, πλαστικὴν τε καὶ γραφικήν· εἰ γὰρ καὶ διὰ τῶν χειρῶν ἐνεργοῦσιν, ἀλλ' ὀκνοῦ ἰσχὺος νεανικῆς δεῖται ὃ ἔργον αὐτῶν· ἐκ τούτων οὖν τινὰ τῶν τεχνῶν ἀναλαμβάνειν τε καὶ ἀσκεῖν χρὴ τὸν νέον, ὅτῳ μὴ πονηρὰ πάσιν ἡ ψυχὴ βοσκηματώδης ἐστὶ· καὶ μᾶλλόν γε τινὰ ἀρίστην ἐκ τούτων, ἥ τις, ὡς ἡμεῖς φαμὲν, ἐστὶν ἰατρικὴ· τοῦτο δ' αὖθις δεικτέον ἐφεξῆς.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 20 sur 413

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΑΡΙΣΤΗΣ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΣ.

GALENI DE OPTIMA DOCTRINA LIBER.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Κατὰ τῦ Φαβωρίνου καὶ τῶν ἄλλων τὸ κριτήριον τῆς ἀληθείας ἀφαιρουμένων.

ARGVMENTVM LIBRI.

Aduersus Fauorinum & reliquos, qui iudicium veritatis è rerum natura sustulerunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Η τῦ Φαβωρίνου καὶ τῶν Ακαδημαϊκῶν γνώμη.

ΤΗΝ εἰς ἑκάτερα ἐπιχείρησιν, ἀρίστην εἶ διδασκαλίαν ὁ Φαβωρῖνος φησὶν ὀνομάζοισι δ' ἅπαντες οἱ Ακαδημαϊκοὶ, καθ' ἣν τὴν αὐτικειμένην προσαγορεύοισι. οἱ μὲν οὖν παλαιότεροι, τελευτᾶν αὐτὴν εἰς ἐποχὴν ὑπολαμβάνοισι, ἐποχὴν καλοῦντες τὴν, ὡς ἂν εἴποι τις ἀόριστιαν, ὅ, τῶν ὄντι τινὸς μηδενὸς πράγματος ὁρίσασθαι, μηδὲ ἀποφήνασθαι βεβαίως. οἱ νεώτεροι δ', οὐ γὰρ μόνος ὁ Φαβωρῖνος, ἐνίοτε μὲν εἰς τοσοῦτον προάγουσι τὴν ἐποχὴν, ὡς μηδὲ τὸ ἥλιον ὁμολογεῖν εἶ καταληπτόν. ἐνίοτε δὲ, εἰς τοσοῦτον τὴν γνῶσιν, ὡς καὶ τοῖς μαθηταῖς ἐπιτρέπειν αὐτὴν, αἱρεῖν τῦ διδασκάλου βέλτιον προϊστέρων ἐπιστημονικὸν κριτήριον. Οὐδὲ γὰρ ἄλλο τί ἐστιν, ὁ Φαβωρῖνος εἴρηκεν ἐν τῷ περὶ τῆ Ακαδημαϊκῆς αἱρέσεως, ὁ Πλούταρχος ἐπιγέγραπται. λέγει δ' αὖθις ἐν τῷ πρὸς Επίκτητον, ἐν ᾧ διαπυθάνεται Ονήσιμος ὁ Πλουτάρχου δοῦλος Επικτήτου διαλεγόμενος. καὶ μέντοι καὶ ἐν τῷ μὴ ταῦτα γράφοντι βιβλίῳ, Αλκιβιάδη, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς Ακαδημαϊκοὺς ἐπαινῶ, προσαγορεύοντας μὲν ἑκατέρῳ τῶν αὐτικειμένων ἀλλήλοις λόγων, ἐπιτρέποντας δὲ τοῖς μαθηταῖς αἱρεῖσθαι τοὺς ἀληθεστέρους· ἀλλ' ἐν τούτῳ μὲν εἴρηκε, πιθανὸν ἑαυτῷ φαίνεσθαι, μηδὲν εἶ καταληπτόν. ἐν ᾧ δὲ τῷ Πλουτάρχῳ συγχωρῆν ἔοικεν, εἴ τι βεβαίως γνωστόν. ἄμεινον γὰρ ὕπως ὀνομάζειν τὸ καταληπτόν, ἀποχωροῦντας ὀνόματα Στωϊκῶν. καὶ ἔγωγε ἐθαύμαζον μὴ ποτὲ τοιοῦτόν τι τὸν Φαβωρῖνον ἐν τῷ τῆ Αττικῆς φωνῆ εἰωθότως μεταλαμβάνειν ἔκαστα τῶν ὀνομάτων, οὐ παύεται λέγων, οὔτε τὸ καταληπτόν, οὔτε τὴν κατάληψιν, οὔτε τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν, οὔτε τὰ τούτοις αὐτικείμενα οἷς τερπικῶς λεγόμενα, ἀκα-

CAPVT PRIMVM.

Opinio Fauorini & Academicorum.

ARGVMENTATIONEM in vtramque partem, optimam esse doctrinam censet Fauorinus, sic autem nominant Academici eam secundum quam oppositam enunciant. Antiquiores igitur eam in epochen terminari autumant; epochen vocantes, ac si quis dixerit, indefinitionem, *ancèpsue iudicium*, quod est nulla de re determinare, nec certò enunciare. Recentiores autem (non enim solus Fauorinus) aliquando eò promouent epochen, vt ne solem quidem fateantur esse comprehensibilem: Aliquando verò in tantum cognitionem promouent, vt discipulis eam permittant nondum priùs edoctis de scientifico iudicandi instrumento. Nec enim aliud est, quod Fauorinus dixit in libro de constitutione Academicâ, qui Plutarchus inscribitur. Idem autem dicit in libro ad Epictetum, in quo scilicet est Onesimus Plutarchi seruus cum Epicteto disputans; ac certè eo in libro quem postea scripsit, Alcibiadem & cæteros Academicos laudat, disputantes quidem inter se contrariis rationibus, permittentes autem discipulis ex his eligere veriores; sed in hoc quidem ipso dixit, probabile sibi videri, nihil esse comprehensibile; in Plutarcho verò concedere videtur aliquid certò posse cognosci; Præstat enim sic appellare comprehensibile, abstinentes à Stoico nomine. Atque ego, per Deos, mirabar, quomodo Fauorinus assuetus Atticæ dictioni, singula nomina commutare non desinat, dicens neque comprehensibile, neque comprehensionem, neque comprehensiuam imaginationem; neque his opposita, vt quæ priuatiuè dicuntur, incom-

prehenſibilem imaginationem, vel ipſam incomprehenſionem. vt autem tres libros ſcripſit, vnum ad Adrianum, ſecundum ad Druſonem, & tertium ad Ariſtarchum; hos omnes inſcripſit de imaginatione comprehenſiua, & per omnes hos libros ſtrenuè diſputat, conatus demonſtrare non dari comprehenſiuam imaginationem.

CAPVT II.

Improbat opinionem Fauorini & Academicorum.

EGo verò nihil aliud comprehenſibile puto ſignificare, quàm cognoſcibile; neque aliud comprehendere, quàm certò cognoſcere; ſimilem verò his dici comprehenſionem, & comprehenſiuam imaginationem. Cùm enim quędam putamus vel videre, vel audire, vel omnino ſentire quemadmodum in ſomniis & deliriis; quædam verò non arbitramur ſolùm, ſed reuera videmus, vel omnino ſenſu percipimus. Hæc quidem poſteriora omnes homines, præter Academicos & Pyrrhonios, ad certam cognitionem venire credunt; quæ verò per ſomnia, aut quæ delirantium fingit animus, falſa eſſe hæc omnia. Si autem ſic rem ſe habere concedant, deleant ea quæ ſunt in libris, in quibus ſcribunt neque ſapientem inſano, neque ſanum ægro, neque vigilantem dormiente, fide digniorem ad rerum cognitionem eſſe. Si verò nihil magis ipſis, quàm contrario modo affectis cognoſcibile, confuſa ſunt certè cognoſcendæ veritatis inſtrumenta; neque ipſe præceptor Academicus, nec eius diſcipulus poterit iudicare de rationibus dictis in vtramque partem oppoſitorum. Præterea non indigebimus à principio eiuſmodi præceptoribus, cùm & ipſi poſſimus ſcripta, quæ à ſectarum authoribus ſunt ex oppoſito diuiſa perlegere; nec minùs quàm ipſi Academici dignoſcere; & ſi quid ipſorum obſcurum ſit; id quod apud Chryſippum, Stoicis præceptoribus; quod autem apud Theophraſtum & Ariſtotelem, ipſis Peripateticis certiùs nominare liceat; & ſic de cæteris, ita vt nihil Academicis ad doctrinam ſit reliquum iuxta Fauorini rationem. Senioribus enim hoc erat præceptum, nullum eſſe iudicandi inſtrumentum homini conceſſum à natura, quò cuncta, comparatione facta, accuratè cognoſceret. Quapropter nihil de vlla re volebant affirmare, ſed de omnibus ſemper anceps ferre iudicium. Sed ſi nobis concedant, vt decet, naturalibus iudicandi inſtrumentis ſenſum ſufficienter ineſſe, nulla iam nobis opus erit argumentatione in vtramque partem, ſed alia quadam repetitione, vt artifices non ſtatim artem diſcipulis præbent, ſed aliam argumentationem, à multis dictam calculis computationem hoc eſt, præeſſe ei qui exercetur, & attendere in quibus hic fallitur, eáque ſola corrigere. Similiter & puerorum gubernator, luctantium errores emendat, & Grammaticus, & Rhetor, & Geometra, & Muſicus ſic docent non labefactantes, neque conuellentes quam diſcipuli fidem habent de naturalibus inſtrumentis iudicandi, ſed ipſis exercendis præfecti, donec ſingulas actiones edant inculpatas; non verò ad Epochen adducunt, ipſi enim ſunt qui in actionibus cum ſenſibus diffidentiam afferunt, vel ea contemnunt quæ ab aliquo certò cognoſcuntur. Carneades igitur neque id

καληπτὸν φαντασίαν, ἢ τὴν ἀκαταληψίαν αὐτῶν. ὡς δὲ καὶ τέλα βιβλία γράψας, ἓν μὲν πρὸς Ἀδριανὸν, ἕτερον δὲ πρὸς Δρύσωνα, καὶ τρίτον πρὸς Ἀρίσταρχον, ἅπαντα περὶ τῆς καταληπτικῆς φαντασίας ἐπέγραψε. καὶ καθ' ὅλα γε αὐτὰ πρωταίως ἀγωνίζεται, πειρώμενος ὑποδεικνύειν τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν αὐτοῖς οὐσαν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Ἀντιλογία τῆς τοῦ Φαβωρίνου καὶ τῶν Ἀκαδημαϊκῶν γνώμης.

ΕΓΩ δ' ὅτ' ἄλλό τι καταληπτὸν ἡγοῦμαι σημαίνειν, πλὴν ὃ γνωστὸν, ὅτ' ἄλλό τι ὃ καταλαμβάνεσθαι, τὴν βεβαίως γινώσκειν, ὡσάυτως δ' αὖ τοῖς λέγουσι τήν τε καταληψιν, καὶ τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν. ὅπερ γὰρ ἔνια μὲν οἰόμεθα ἢ βλέπειν, ἢ ἀκούειν, ἢ ὅλως αἰσθάνεσθαι, καθάπερ ἐν ὀνείροις καὶ μανίαις. ἔνια δ' οὐκ οἰόμεθα μόνον, ἀλλὰ δὲ καὶ ἀληθῶς ὁρᾶν, ἢ ὅλως αἰσθανόμεθα. τοιγαροῦν τὰ δεύτερα πάντες ἄνθρωποι, πλὴν Ἀκαδημαϊκῶν τε καὶ Πυῤῥωνείων, εἰς βεβαίαν γνῶσιν ἥκειν νομίζουσιν. αἱ δ' ὅταρ ἢ τὰ πάντων ἡ ψυχὴ φαντάζεται, ψευδῆ ταῦθ' ὑπολήψονται. εἰ μὲν δὴ συγχωροῦσιν αὐτὰ τοῦτ' ἔχειν, ἐξαλοῦσι τὰ γεγραμμένα, ἐν οἷς γράφουσι, μήτε τὸν μεμηνότα σωφρονοῦντα, μήτε τὸν νοσοῦντα ὑγιαίνοντα, μήτε τὸν κοιμώμενον ἐγρηγορότα πιστότερον ὑπολήψεσθαι εἰς τὰ τῶν πραγμάτων γνῶσιν. εἰ δ' οὐδὲν μᾶλλον ἐκείνοις ἐστὶν, ἢ τοῖς ἐναντίως διακειμένοις γνῶσιν, συγκέχυται μὲν δήπου τὰ τῆς ἀληθείας κριτήρια, οὔτ' αὐτὸς ὁ διδάσκαλος ὁ Ἀκαδημαϊκὸς, ὅτ' ὁ μαθητὴς αὐτοῦ δυνήσεται κρῖναι, τοῖς εἰς ἑκάτερα τῶν ἀντικειμένων εἰρημένοις λόγοις. ἔτι γ' ὑ δεησόμεθα τῶν ἐρχθὲν τοιούτων διδασκάλων, δυνατόμενοί γε καὶ αὐτοὶ τὰ γεγραμμένα τοῖς ἀπὸ τῶν αἱρέσεων ἀντιδιῃρημένων ἀναγινώσκειν, καὶ σαφὲς ἦπον τῶν Ἀκαδημαϊκῶν εἰδέναι, κἂν ἀσαφὲς αὐτῶν τι ᾖ, ὃ μὴ πρὸς τῶν Χρυσίππου τοῖς Στωϊκοῖς διδασκάλοις ἀσφαλέστερον ὀνομάζειν ἐστὶ, τὸ δὲ πρὸς Θεόφραστον, καὶ Ἀριστοτέλη τοῖς περιπατητικοῖς. οὕτω δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ὡς σαφὲς ἂν τι λείποιτο πρὸς διδασκαλίαν τοῖς Ἀκαδημαϊκοῖς, ὅσον ὑπὲρ τῶν Φαβωρίνου λόγων. τοῖς μὲν γὰρ πρεσβυτέροις αὐτὸ δὴ τοῦτο ἦν δίδαγμα, ὃ μηδὲν εἶναι κριτήριον ἀνθρώπῳ δεδομένον ὑπὸ τῆς φύσεως, ᾧ πρὸς πάντα μᾶλλον ἕκαστον τῶν ὄντων ἀκριβῶς διαγνώσεται. διὸ μήτε ἀποφαίνεσθαι περὶ μηδενὸς ἠξίουν, ἀλλὰ περὶ πάντων ἐπέχειν ἀεί. ἀλλ' εἰ δὴ τοῖς φυσικοῖς κριτηρίοις ἁπλῶς ἰκανῶς συγχωροῦσιν ἡμῖν, οὐδὲν ἔτι δεησόμεθα τοῦ εἰς ἑκάτερα ὑπαγορεύσεως, ἀλλ' ἑτέρου τινὸς ἀπαιτήσεως, μᾶλλον μὲν τοῖς τεχνίταις προσέχοντας τοῖς μαθηταῖς ὑφηγεῖσθαι, ἀλλ' ἕτερόν τι λογίζεσθαι, ὃ καλοῦμεν ὑπὸ τῶν πολλῶν ψηφίζειν. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ὑπιασθεῖσαν τῶν γυμναζομένων, καὶ τούτῳ προσέχειν τὸν νοῦν, ἐν οἷς σφάλλεται, καὶ ταῦτα ἐπανορθοῦσθαι μόνα. ὡσαπλῶς δὲ καὶ ὁ παιδοτρίβης ἐπανορθοῦται τὰ τῶν παλαιόντων ἁμαρτήματα. καὶ ὁ γραμματικὸς, καὶ ὁ ῥήτωρ, καὶ γεωμέτρης, καὶ μουσικὸς, οὕτω διδάσκουσιν οὐ διαφθείροντες, οὐδὲ σαλεύοντες τῶν μαθητῶν τὸ ἔχειν πίστιν ὑπὲρ τοῖς φυσικοῖς κριτηρίοις, ἀλλ' ἐφιστῶντες αὐτοῖς γυμναζομένοις, ἄχρι οὗ ἂν ἀναμαρτήτους ἀποδείξωσι, τὰ κατ' μέρος ἐνεργείας, ἀλλ' οὐχὶ τὸν ἐπιλοιπὸν εἰσάγοντες. οὗτοι γὰρ εἰσιν οἱ τὰ κατ' ἐνεργείας σφῶν αἰσθήσεσιν ἀπιστεῖν ἀναπείθοντες, ἢ τοῖς ἐπὶ τοῦ βεβαίως γινωσκομένοις καταφρονεῖν. ὁ γοῦν Καρνεάδης, οὐδὲ

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 22 sur 413

τῆτο ὃ πάντων ἐναργέσατον συγχωρῆ πιστεύειν, ὅτι τὰ τῶν A
αὐτῶν ἴσα μεγέθη, καὶ ἄλληλοις ἴσα γίνεται. τοῖς μὲν οὖν λό-
γοις, οἷς ἐπιχειρῆ λύειν ὁ Γαῦρος καὶ πάμπολλα τῶν ἐναρ-
γῶς τί ἐστι φαινομένων τε καὶ πιστευομένων, ἔτι καὶ εἰς τόδε
σωζομένοις ἔχομεν. ἀπόκειται γὰρ ἐν γράμμασιν ὑπὸ τῶν
μαθητῶν αὐτοῦ σπουδασθέντες. αἱ λύσεις δ' οὔθ' ὑπ'
ἐκείνων, οὔθ' ὑπ' ἄλλου τινὸς εἴρηται τῶν μετ' αὐτὸν Ακα-
δημαϊκῶν. ἆρ' οὖν εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, τῆτο γοῦν ἔδηλωσε μόνον,
ὅτι σοφίσματά εἰσιν οἱ λόγοι πάντες οὗτοι, καὶ ζητητέον τὰς λύ-
σιν αὐτῶν ὑμῖν, ὦ μαθηταί. μοχθηρὸν μὲν γὰρ τῆτο, σμικρότε-
ρον δ' ὅμως ἢ πεποιήκασιν, οἱ γράψαντες μὲν αὐτοῖς, μὴ δη- B
λώσαντες δ' ὑμῖν, ὁπόσοι τινές εἰσι.

quod est omnium euidentissimum credendum esse concedit, quod magnitudines vni æquales, sunt & æquales inter se. Habemus igitur rationes quibus hæc soluere contendit, & alia quam plurima eorum, quæ euidenter existere tibi apparent, ac creduntur, adhuc ad id conseruatas; ab eius enim discipulis collectæ scriptis mandatæ fuerunt; solutiones verò neque ab ipsis, nec ab vllo alio Academicorum post eum allatæ sunt. Igitur si nihil aliud saltem hoc vnum demonstrauit, quod fallaces sint eiusmodi rationes, & quærendam esse nobis, harum solutionem, ô discipuli? improbum illud est, nec tamen minùs improbè fecerunt, qui has scripsêre rationes, nec quales essent, nobis indicarunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Διατελῆ γνώμην Φαβωρίνου καὶ τῶν Ακαδημαϊκῶν αὐτολέγων.

Ηδέως δ' ἂν ἠρόμην, εἰ παρῆν ὦ Φαβωρῖνος, ἀρά
γε κελεύῃ με πείθεσθαι αὐτῷ ἅπασι τοῖς λόγοις,
ἢ σκοπεῖσθαι πότερον ἀληθεῖς εἰσιν, ἢ ψευδεῖς. ἐν δὴ γὰρ
σκοπεῖσθαι συνεχώρησεν. ἠρόμην δ' ἂν ὅτι τῶνδε πάν- C
των, εἰ φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει διακρίνειν
ἀληθεῖς λόγους, ψευδῶν, ἢ μέθοδός ἐστι τῆς ἑκατέρων γνώ-
σεως; εἰ μὲν γὰρ φύσει, πῶς οὐχ ὁμολογοῦμεν ἀλλήλοις
ἅπαντες, οὐδ' ὡσαύτως ἀποφαινόμεθα περὶ τῶν αὐτῶν;
εἰ δὲ μέθοδός τίς ἐστιν, αὐτίκα προσήκειν μαθεῖν ἐδεήθην.
ἐξῆς δὲ ὑπισχνουμένῳ αὐτῷ γυμνάσασθαι πολυτρόπως ὑπὸ
παραδειγμάτων πλήθους, ὥσπερ οἱ παλαίειν μανθάνοντες,
ἢ σκυτοτομεῖν, ἢ οἰκοδομεῖν, ἢ ναυπηγεῖν, ἢ ῥητορεύειν, ἢ
ἀναγιγνώσκειν, ἢ γράφειν, ἢ ὅλως ὁτιοῦν ἐνεργεῖν κατὰ τέ-
χνην. εἰ μὲν οὖν ἐγεγράφει ἡμῖν τῶν Ακαδημαϊκῶν, οἷς μήπω D
χρῆμά ἐστιν ἡ ἀποδεῖξις, οἷς δὲ σόφισμα, καὶ ὡς χρὴ
διαγινώσκειν αὐτὰ, καὶ ὡς χρὴ γυμνάζεσθαι κατ' αὐτὰ,
ὡς ὁ Φαβωρῖνος ὑπισχνεῖται τῷ κρίσιν, ὡς εἰς ἑκάτερα
ὑπιόντων τῶν μαθητῶν, πολὺ ὅτι μᾶλιστός ἐστιν, ἐ-
δίδαξεν ὁ Ακαδημαϊκὸς ἕκαστον τῶν εἰρημένων, ἔχομέν
τε ἡμεῖς τοὺς ἰδίους τῶν δογμάτων διδασκάλους. εἰ δ' οὔτ'
ἐγεγράφει τις ὑπὲρ τῆς διαφορᾶς αὐτῶν, οὔτ' ἐγύμνασεν,
ὁμοῖόν τι ποιεῖ τέκτονι κελεύοντι τὸν μαθητὴν μετρῆσαί τε
καὶ ῥῆσαι καὶ ἀποτεῖναι, καὶ κύκλον γράψαι, χωρὶς τῶν E
πρώτων δοῦναι, καὶ ξυσὸν, καὶ κανόνα, καὶ κιρκῖνον. ἀλλ'
ἴσως φησὶ μηδὲν εἶναι ὅμοιον ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ δόγ-
μασι. μὴ τοίνυν ἔτι προσπαίζου γινώσκειν τι, μηδ'
ἀποφαίνῃ, μηδ' ἀποδίδρασκε τὸν ὑπὸ τῶν πρεσβυ-
τέρων Ακαδημαϊκῶν ἐπισταμένῳ ἐποχὴν, μηδὲ σε-
μνύου γραμματικοῦ ποιῶν ἔργον, ἃ μὲν εἰρήκασιν οἱ
παλαιοὶ ἐκμελετήσας· ὅτι δὲ αὐτῶν ὑλέες ὅστιν οὐ-
δὲν, δῆλον ὀνόφ. οὐδὲ γὰρ διδασκάλου τόγε ὅμοιόν
ἐστιν, ἀλλ' ἀδολεσχία τις ἢ λῆρος. πόθεν οὖν ἐλπὶς ὑπο-
λείπεται τῆς τῶν ἀληθῶν εὑρέσεως; ᾧ γὰρ οὐδὲν ὑπάρ-
χει κριτήριον ἀληθῶν καὶ ψευδῶν, ἀνέλπιστος ἡ γνῶσις
αὐτῶν. ἐγχείρησον δὲ διδάξαι μόνον σοφιστὰς, μηδὲν ἡμῖν
ὑπάρχειν κριτήριον σύμφυτον, ὥστε γε μὴ τῆτο θλ-
μηρῶς. ἡμῖν μὲν οἱ ἴσως φησὶν, αἰσθησίν τε καὶ νόησιν
ἐναργῆ κριτήρια τῶν ἀληθοῦς ἐστί, συγχωρήσειεν ἂν τις ἐν
λογικῇς κυλινδεῖσθαι βουλόμενος ἐλπίσι μαθήμασι. ὅσοι

CAPVT III.

Quam improbauit Fauorini & Academicorum sententiam persequitur.

Libenter quærerem, si Fauorinus adesset, an iubeat omnibus his rationibus assensum me præbere, vel considerare vtrum veræ sint, vel falsæ; vnum enim considerandum esse concessit. Quærerem autem in vniuersum, num à natura singulis hominibus insitum sit discernere veras rationes à falsis; vel sit aliqua ratio artificiosa ad vtrarumque cognitionem. Si enim à natura, quidni omnes inter nos consentimus? & eadem de iisdem rebus pronunciamus? Si verò sit quædam methodus, ipsam primò oportuit addiscere, deinde ludo præfectos, ipsos discipulos vario modo, exemplis quamplurimis exercere; vt eos qui luctandi artem discunt, vel sutoriam, vel ædificatoriam, vel naues compingendi, vel Rhetoricam, vel legendi, vel scribendi vel alio quouis modo secundum artem operari. Si igitur quispiam Academicus scripserit, quid sit demonstratio, quid sophisma, & quomodo oportat ea dignoscere, & quemadmodum circa ea sese decat exercere, vt Fauorinus permittit iudicium discipulis, in vtramque partem disputantibus, nisi cùm aliquid superuacaneum fuerit; docuerit Academicus singula quæ dicta sunt: nos verò habemus singularum præceptionum doctores. Si verò nullus de ipsorum differētia scripserit, aut exercitationem formauerit, simile quid agit, ac faber præcipiens discipulo vt metiatur, dirigat, extendat, ac circulum describat, nec illi præbet cubitum, libram, regulam, aut circinum. Sed nihil fortassis, inquit, in philosophia, & præceptis inest simile. Ne igitur assimules te aliquid cognoscere, aut enunciare, aut discedere ab allata à veteribus Academicis epoche, nec te iactes dum grammatici opus perficis, qui te exerces in iis, quæ antiqui dixerunt. Apud ipsos autem nihil esse præclari manifestissimum est animaduertenti, neque enim id proprium præceptoris est, sed nugacitas quædam & deliramentum. vnde igitur spes veritatis inueniendæ relinquitur? cui enim nullum est veri & falsi iudicandi instrumentum, eius est insperata cognitio. Aggredere autē solùm Sophistas docere, nobis à natura nullum insitum esse iudicandi instrumentum, vt certè postea audacter asseueraſti. Nobis autem fortasse dicit, sensum & intellectum certa esse veri iudicandi instrumenta, quod quis concederet in logicis volens inani quadam spe volutari. qui-

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 23 sur 413

Inque autem omnem ſpem ſuſtulerunt, quemadmodum ipſe, fruſtra nugantur. Conſpicuus igitur eſt Fauorinus, quem pudet dum omnia ſubuertit, & fatetur ſe ignorare, vnde orta ſint ea; quæ veteres Academici & Pyrrhoni; dixêre, ſimulans diſcipulis ſe iudicium permittere, quod nec ſibi ipſis illi, qui ante ipſum fuere, permiſerunt.

CAPVT IV.

Declarat ſuam opinionem, & Fauorini damnat ſententiam.

QVOD verò hæc via docendi eos qui aliquid addiſcunt, qualem Fauorinus intelligit, non ſolùm inter cæteras non ſit optima, ſed nec doctrinam eſſe, ab initio abundè demonſtratum arbitror. Reliquæ verò omnes doctrinæ quidem ſunt; an vero ſint optimæ videamus, primùm ab ijſdem rurſus incipientes: id enim nobis & manifeſtum apparet, quamuis illud incredibile reddere conentur Sophiſtæ, nullum videlicet eſſe naturale iudicandi inſtrumentum. Circinus enim circulum deſcribit, cubitus magnitudinem diſcernit, vt libra, quæ pondus habent. Hæc autem omnia ipſe ſibi parauit homo naturalibus organis, & iudicandi impulſus inſtrumentis, vltra quæ iudicandi inſtrumentum nec antiquius habemus, nec præſtantius; hinc igitur oportet auſpicari. Rurſus enim dicit animus, quod nobis poſſibile eſt credere, vel non credere naturali iudicandi inſtrumento, hoc verò non eſt poſſibile alio inſtrumento iudicare; quo enim iudicantur cætera omnia, quomodo & illud ab alio iudicaretur? vis credere oculis clarè videntibus, & lingua guſtanti hoc eſſe pomum, illud ficum, vel non credere? Concedam quicquid nobiſcum volueris facere, ſi cupias mecum diſputare: à te verò non credente recedam tanquam ab affecto præter naturam. Primò ſupponatur te non credere, nec quicquam ſperare ex me diſcere, hoc enim nuper abſtinui dicere. Supponatur verò te credere, ſperare ex me iudicium addiſcere. Ego verò ſenſilia, per ea quæ euidenter à ſenſibus percipiuntur, intelligibilia verò per ea quæ intellectu concipiuntur, credibilia iudico. Cùm autem ex naturalibus inſtrumentis iudicandi artes omnes conſtituantur, organa verò & inſtrumenta iudicandi artificialia, per quæ alia ipſi ſibi componunt, alia autem ab aliis compoſita iudicant, & ego oſtendam in vniuerſum, organa & inſtrumenta iudicandi, tùm ea quibus parabis veras rationes, cùm ea quibus ab aliis allatas iudicabis. Totum enim ſic ſe habet, ſi quid enim ex ſeipſo appareat ſenſui, vel intellectui manifeſtè, diſquiſitione non indigebit; at ſi quid tale non exiſtat, quæ ab alio ſumitur, eget cognitione. Ego verò me polliceor te docturum quædam inſtrumentis quæ ab arte fiunt reſpondentia, quibus quæſitum inuenias, alia verò iudicandi inſtrumentis, quibus, quod tibi videbitur, inuentum fuiſſe iudicabis. Cùm autem hæc didiceris, multis te exemplis exercebo vt celeriter & perfectè inuenire poſſis, & iudicare id quod quæritur; ita vt nullo iam ampliùs libro indigeas ad inuentionem veri, nullâue alia inſtitutione, & ſtatim dignoſcas eos qui dicunt alia ab iis quæ inueneris.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Τὼ ἑαυτῷ γνώμην ἀποφαίνῃ, καὶ τὴν Φαβωρίνου καταγινώσκῃ.

ΟΤΙ μὲν οὖν ἡ τοιαύτη διδασκαλία τῶν μανθανόντων ὁπωσοῦν, οἵαν ἐννοεῖται Φαβωρῖνος, οὐ μόνον οὐκ ἔστιν ἀρίστη τῶν ἄλλων, ἀλλ' οὐδὲ διδασκαλία, τὸν ἀρχὴν ἀναργῶς οἴμῃ δεδιδάχθαι. αἱ δ' οἱ λοιποὶ πάντες, διδασκαλίαι μέν εἰσιν, εἰ δ' ἀρίσται, σκοπῶμεν, ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ τῶν αὐτῶν αὖθις ἀρξάμενοι. φαίνεται γὰρ ἡμῖν ἀναργῶς τοῦτο, καὶ ὅτι μάλιστα ἀδύνατα ἀπιστεῖν ἐργάσασθαι σπουδάζουσιν οἱ σοφισταί, μηδὲν εἶναι κριτήριον φυσικὸν· ὁ μὲν γὰρ κιρκῖνος γράφει τὸν κύκλον, ὁ δὲ πῆχυς διακρίνει τὰ μήκη, καθάπερ ὁ ζυγὸς τὰ βάρη. ταῦτα δὲ αὐτὸς κατεσκεύασεν ἄνθρωπος, ἐκ τῶν φυσικῶν ὀργάνων τε καὶ κριτηρίων ὁρμώμενος, ὧν ἀπωτέρω κριτήριον, οὔτε πρεσβύτερον, οὔτε σεμνότερον ἐχόμεθα. εἰ τοίνυν ἐντεῦθεν ἀρκτέον δεῖ, λέγω γὰρ πάλιν ὁ νοῦς, ὅτι πιστεῦσαι μέν, ἢ ἀπιστῆσαι ὡς τῷ φυσικῷ κριτηρίῳ δυνατόν ἡμῖν ἐστι, κρῖναι δ' οὐ δυνατὸν αὖθις δι' ἑτέρου τινός. ᾧ γὰρ κρίνεται τἄλλα πάντα, πῶς ἂν τοῦτο πρὸς ἄλλου κριθείη; πιστεύειν βούλει τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀναργῶς ὁρῶσι, καὶ τῇ γλώσσῃ γευομένῃ, τοῦτ' μὲν μῆλον εἶ), τοῦτ' δὲ σῦκον, ἢ μὴ πιστεύειν; ἀπειόμεθ' ὃ βούλει ποιεῖν ἐφ' ἡμῖν, εἰ μόνοι ἀβλαβῶς διαλέγεσθαί μοι. μὴ πιστεύοντος δὲ, ὡς πρὸς φύσιν ἔχοντος ἀφίσαμεν. κἀγὼ πρότερον ἀπιστεῖν σε, μηδὲν ἐλπίζειν μαθήσεσθαι παρ' ἐμοῦ. τοῦτο γὰρ αὐτὶ πέπαυμαι λέγων. ἀποκάθω δέ σε πιστεύειν, ἐλπίζεσθαι μαθήσεσθαι παρ' ἐμοῦ κρίνειν. ἀλλ' ἐγὼ τὰ μὲν αἰσθητὰ τοῖς ἀναργῶς αἰσθητοῖς φαινομένοις, τὰ δὲ νοητὰ, τοῖς ἀναργῶς νοουμένοις. ἐπεὶ δ' ἐκ τῶν φυσικῶν κριτηρίων, αἱ τέχναι πᾶσαι κατασκευάζονται ὄργανά τε καὶ κριτήρια τεχνικὰ, δι' ὧν τὰ μὲν αὐτοῖς συνιστῶσι, τὰ δὲ ὑφ' ἑτέρων συγκείμενα κρίνουσιν, κἀγὼ διδάξω ὅλως, ὄργανά τε καὶ κριτήρια, τὰ μὲν οἷς κατασκευάσῃς τοὺς ἀληθεῖς λόγους, τὰ δ' οἷς τοὺς ἐφ' ἑτέρων κρινεῖς γεγονότας. ἔχει γὰρ οὕτως ὅ πᾶν. εἰ μὲν γὰρ ἐξ ἑαυτῆ τὶ φαίνοιτο πρὸς αἴσθησιν, ἢ νόησιν ἀναργῶς, οὐ χρήζει τούτου ζητήσεως. εἰ δὲ μήτε ἢ τοιοῦτον ἀναρχὴ, τῆς ἐξ ἑτέρου προσδεῖται γνώσεως. ἐγὼ μὲν ἐπαγγέλλομαί σοι διδάξειν ἔνια μὲν τοῖς κατὰ τὰς τέχνας ὀργάνοις ἀνάλογα, ἐξ ὧν εὑρήσῃς ὃ ζητούμενον. ἔνια δὲ τοῖς κριτηρίοις, ἐξ ὧν ὃ δοκοῦν εὑρῆσθαι, κρινεῖς. ἐπειδὴ δὲ μάθοις ταῦτα, ὁπόσα πολλῶν παραδειγμάτων γυμνάσω σε ταχέως τε ἅμα, καὶ ἀκριβῶς εὑρίσκειν, καὶ κρίνειν ὃ ζητούμενον, ὥστ' οὐδὲ βιβλίου δέησιν ἔτι ἥδη πρὸς τὴν τῶν ἀληθῶν εὕρεσιν, οὔτε διδασκαλίας ἑτέρας, εὐθύς τε δήπου καὶ τοῖς ἄλλο τι λεγομένοις ὧν εὕρεσις, ἐπίμως γνωσόμεθα.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 24 sur 413

ὥσπερ γὰρ ὁ τὴν ὑγιείαν ὁδὸν γιγνώσκων ὑγείαν ὅσῳ, ὃ δεῖται διδασκαλίας ἑτέρας εἰς ἔλεγχον τῶν πεπλανημένων, οὕτω καὶ ὁ τὴν ὑγιείαν ὁδὸν τῆς ἀποδείξεως ἐκμαθὼν, ὑγιὴς ἅμα αὐτῇ τε καὶ τὰς πεπλανημένας γνωρίζει.

A quemadmodum enim qui cognoscit rectam esse rectam, non indiget alia doctrina ad redarguendos eos qui aberrant: sic & qui rectam demonstrationis viam didicit, statim simul per ipsam cognoscit erroneas.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Επιλογίζεται αὐτιλέγων τῇ τοῦ Φαβωρίνου γνώμῃ.


Anaximander decies nouies Lunæ orbem terrâ maiorem exiſtimat. Xenophanes autem eſſe nubem conſtipatam. Stoici mixtam ex igne, & terra Lunam exiſtimant. Plato ex multo igne. Anaxagoras, & Democritus firmamentum igneum habens in ſeipſo campos, montes, & valles. Heraclitus terram caliginoſa nube contentam. Pythagoras corpus Lunæ igneam ſequi naturam.

Περὶ μεγέθους σελήνης.

Οἱ Στωϊκοὶ μείζονα τὴν γῆν νομίζουσι τὴν σελήνην, ὡς καὶ τὸν ἥλιον. Παρμενίδης ἴσον τοῦ ἡλίου, καὶ ὅλῳ αὐτὸν φωτίζεσθαι.

De magnitudine Lunæ.

Stoici Lunam putant terrâ eſſe maiorem, vt & Solem. Parmenides æqualem Soli, & ab ipſo illuminari.

Περὶ σχήματος σελήνης.

Οἱ Στωϊκοὶ τὴν σελήνην σφαιροειδῆ, ὡς καὶ τὸν ἥλιον νομίζουσιν. Ἡράκλειτος δὲ σκαφοειδῆ. Ἐμπεδοκλῆς δὲ δισκοειδῆ, ἄλλοι δὲ κυλινδροειδῆ. σχηματίζεται δὲ ἡ σελήνη ἑπτάχως· ὅτε μὲν πίκτεται, δοκεῖ φαίνεσθαι μηνοειδὴς, εἶτα δίχοτομος, εἶτ' ἀμφίκυρτος, εἶτα πανσέληνος, εἶτα πάλιν ἐπανάχωσασα αὖθις μὲν ἀμφίκυρτος, εἶτα δίχοτομος, καὶ ὕστερον μηνοειδὴς, εἶτ' ἀφανὴς καὶ τὴν κρυφίαν. πλῆθος μίνεται καὶ αὐτῆς λόγος. λέγεται τοῦτον σχηματίζεσθαι τὸν τρόπον, σκιαζούσης ἑκάστοτε τὴν γῆς, πρῶτον μὲν καὶ ὃ μέσον ἑαυτῆς. ποτὲ δὲ καὶ ὃ πανσελὴς ὑποῤῥεούσης τὴν σελήνης εἰς τὸ κοῖλον τὴν γῆς.

De figura Lunæ.

Stoici rotundam eſſe Lunam, vt Solem, exiſtimant. Heraclitus ſcaphæ. Empedocles diſco ſimilem, alij inſtar cylindri. Figuram autem ſeptem modis aſſumit Luna. quando enim naſcitur, videtur apparere cornuta; tum ſemiplena; mox pluſquam dimidia; poſtea plena. Rurſus cùm reuertitur, ſtatim apparet gibboſa; mox ſemiplena; & iterum cornuta. Poſtea latet, donec *omnino* renouetur. De ea multa dicuntur. Quidam hoc modo figurari dicunt, nimirum vmbrâ terræ, primùm ſecundum aliquam ſui ipſius partem, aliquando ſecundum ſe totam confugiente Lunâ in centrum terræ.

Περὶ φωτισμοῦ σελήνης.

Ἀναξίμανδρος ἴδιον ἔχειν αὐτὴν φῶς εἴρηκεν· ἀραιότερον δέ πως. Ἀντιφῶν ἰδίῳ φέγγει λάμπειν τὴν σελήνην· ὃ δὲ

De illuminatione Lunæ.

Anaximander ipſam peculiarem lucem habere dicit, rariorem tamen. Antipho proprio Lunam ſplendore fulgere docet: quod ſi paulatim

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 43 sur 413

abſcondatur, id illi contingere Solis vicinitate: ſic enim à natura comparatum vt maioris acceſſu lux minor obruatur; quod etiam reliquis ſtellis euenit. Thales, & qui ipſum ſequuti ſunt, à Sole Lunam dixerunt illuminari. Heraclitus idem Lunæ, quod Soli contingere defendit. Stellæ enim quoniam concauæ ſunt, & vapores excipiunt, lucere videntur, ac Sol quidem ſplendidiùs cùm in puriori aëre, Luna autem obſcurari videtur, quòd in aëre turbidiori feratur.

De Lunæ defectu ſeu Ecclipſi.

Anaximander coniecit Lunam deficere quum oſculum quod circum rotam eſt, obturatur, Beroſſus ex obuerſione in nos facta reſtinctæ partis. Heraclitus ex gibbæ partis conuerſione. Pythagoreorum aliqui per reflexionem & obturationem terræ tum noſtræ, tum oppoſitæ. Plato autem, Ariſtoteles, Stoici, & Mathematici menſtruales occultationes ipſam efficere, quando cum Sole congreditur, & eius radiis obruitur, ac vndique illuſtratur, deficere verò quando obumbratur à terra, vtriuſque ſideris in medio conſtituta, aut potius cùm eius illuminationi afficitur à terra.

Quid Luna terreſtris appareat.

Lunam ideo terreſtrem exiſtimant Pythagorici, quòd ipſam incolant *proceriores* arbores, & animalia maiora, atque præſtantiora, quàm hîc apud nos. Eſſe verò decies quinquies, quæ circa ipſam ſunt, animalia illa noſtris robuſtiora, nihilque excrementi communis emittentia, ac tantò diem eſſe noſtro longiorem. Anaxagoras eius inæqualitatem fieri à concretione frigidi & terreſtris, quæ ſimul miſcentur · miſceri autem igneo caliginoſum, ſtellámque lucis ementitiæ Lunam ideo nuncupari. Stoici quoque negant propter diuerſas facies eius ſubſtantiæ compagem eſſe inſolubilem.

De Lunæ diſtantia.

Empedocles plùs duplo Lunam diſtare putat à Sole, quàm à terra. Mathematici decies octies. Eratoſthenes Solem à terra diſtare quadringentis & octo myriadibus. Lunam verò à terra diſtare ſeptuaginta octo millibus ſtadiorum.

A ἀποκρυπτόμενον περὶ αὐτὴν ὑπὸ τ περιοχολῆς τ ἡλίου ἀμαυρόσθαι· πεφυκότος τ ἰσχυροτέρου πυρὸς ὁ ἀσθενέστερον ἀμαυροῦν· ὁ δὴ συμβαίνει τὰ περὶ τὰ σήλα ἄστρα. Θαλῆς γ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, ὑπὸ τ ἡλίου φωτίζεσθαι τ σελήνην. Ηράκλητος ὁ αὐτ πεπονθέναι τ ἥλιον, γ τὴν σελήνην. σκαφοειδεῖς γὰρ ὄντας τοὺς χήμασι τοὺς ἀστέρας, δεχομένους τὰ ἀπὸ τ ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως, αὐτὰ φωτίζεσθαι περὶ τ φλογοειδεστέρου μᾶλλον τ ἥλιον· ἢ καθαρωτέρου γὰρ ἀέρος φέρεσθαι, τ δὲ σελήνην, ἢ θολερωτέρου ὄντ· τοῦτο γ ἀμαυρότερον φαίνεσθαι.

Περὶ ἐκλείψεως σελήνης.

B Ἀναξίμανδρος μὲν ὑπέλαβε τὸ στόμιον τὸ περὶ τ τροχὸν ὑποφερομένου, γ τὴν σελήνην ἐκλείπειν. Βήρωσσος δὲ τὴν περὶ ἡμᾶς ὑποστροφὴν τ ἀπυρώτου μέρους. Ηράκλειτος δὲ τὴν τ σκαφοειδοῦς συστροφήν. οἱ δὲ Πυθαγορείων ἔνιοι δὲ αὐτὴν γῆν, & ὑπόφασιν τῆς τε γῆς & ἀντίχθονος. Πλάτων δὲ καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ οἱ Στωϊκοὶ, καὶ οἱ μαθηματικοὶ τὰς μὲν μηνιαίας ἀποκρύψεις συνοδεύουσαν αὐτὴν τ ἡλίῳ, γ παρεμπορεύεσθαι ποιοῦσθαι, τὰς δὲ ἐκλείψεις σκιαζομένην ὑπὸ τῆς γῆς, μεταξὺ μὲν ἀμφοτέρων τ ἄστρων γινομένης, μᾶλλον δὲ τῆς σελήνης

C ἀντιφερομένης.

Διὰ τί χθὼν φαίνεται ἡ σελήνη.

Οἱ Πυθαγόρειοι χθόνα φαίνεσθαι τὴν σελήνην οἴονται, διὰ τὸ παρεοικέναι ταύτην ὑπὸ μειζόνων ζώων, καὶ φυτῶν καὶ καλλιόνων, ἢ παρ' ἡμῖν. εἰ γὰρ πεντεκαιδεκαπλάσιονα τὰ ἐν αὐτῆς ζῶα τῇ δυνάμει, μηδὲν περίττωμα κοινὸν ἀποκρίνοντα· καὶ τὴν ἡμέραν τοσαύτην εἶναι τ μήκει. Ἀναξαγόρας ἀνωμαλότητα τὴν συγκρίματος, διὸ τὸ ψυχρομιγὲς ἅμα καὶ χθῶδες· περιμεμίχθαι δὲ τ πυρώδη τὸ ζοφῶδες, ὅταν ψυδροφανῆ λέγεσθαι τ ἀστέρα. οἱ Στωϊκοὶ δέ φασι τὸ ἑτερογενὲς τῆς οὐσίας

D μὴ εἶναι αὐτῆς ἀνήκεστον τὸ σύγκριμα.

Περὶ τῶν διαστημάτων τ σελήνης.

Ἐμπεδοκλῆς διπλάσιον ἀπέχειν τ σελήνην ἀπὸ τ ἡλίου ἢ ἀπὸ τ γῆς· οἱ μαθηματικοὶ ὀκτωκαιδεκαπλάσιον. Ἐρατοσθένης τ ἥλιον ἀπέχειν τ γῆς σταδίων μυριάδας, τετρακοσίας καὶ σταδίῳ ὀκτάκις μύρια· τ δὲ σελήνην τ γῆς ἀπέχειν σταδίων μυριάδας ἑβδομηκονταοκτώ.

CAPVT XVI.

De *Anno, quantus cuiuſque planetarum ſit Magnus annus.*

ANNVS Saturni annorum eſt triginta; Iouis duodecim; Martis duorum; Solis menſium duodecim; Veneris, & Mercurij totidem (nam æquales his curſus) Lunæ triginta dierum, tot enim diebus menſis abſoluitur, ab apparitione Lunæ ad eius cùm Sole congreſſum. Annum quem Magnum appellant, quidam octauo quoque anno compleri dicunt, alij decimo nono, quidam ſexageſimo primo. Heraclitus decem & octo millibus annorum Solarium. Diogenes trecentis ſexaginta quinque annis, tantus quantus eſt vnus annus Heraclito. Nonnulli ſeptem millibus ſeptingentis ſeptuaginta ſeptem.

E

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιϛ'.

Περὶ ἐνιαυτῶν, πόσος ἑκάστου τῶν πλανωμένων ὁ μέγας ἐνιαυτός.

ΕΝιαυτὸς μὲν Κρόνου ἐστὶν ἐτῶν τριάκοντα. Διὸς δὲ δώδεκα. Ἄρεως δυοῖν· ἡλίου ιβ' μῆνες· οἱ δ' αὐτοὶ Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης· ἰσοδρόμοις γὰρ· σελήνης ἡμέραις λ'. ἔστι γὰρ ὁ τέλειος μὲν ἀπὸ φάσεως εἰς συνοδον· τ δὲ μέγαν ἐνιαυτὸν, οἱ μὲν ἐν τῇ ὀκταετηρίδι πάντα· οἱ δὲ ἐν τῇ ἐννεακαιδεκαετηρίδι· οἱ δὲ ἐν τοῖς ἑξήκοντα ἑνὸς δέουσιν. Ηράκλειτος ἐκ μυρίων ὀκταμυριάδων

F ἡλιακῶν. Διογένης ἐκ πεντεκαιεξήκοντα, καὶ τριακοσίων ἐνιαυτῶν τοσούτων, ὅσων ὁ τῷ Ηρακλείτου ἐνιαυτός· ἄλλοι δὲ δι' ἑπτακισχιλίων ψοζ'.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 44 sur 413

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ γαλαξίου.

Ο Γαλαξίας κύκλος ὀνομάζεται νεφελοειδὴς, ὃν μὲν τὸν ἀεὶ φαινόμενον, ἀπὸ τοῦ χρώματος ὀνομαζόμενος γαλαξίας· καὶ τῶν Πυθαγορείων τινὲς ἀστέρος εἶναί φασιν, ἐκπεσόντος μὲν ἀπὸ τῆς ἰδίας ἕδρας, δι' ἣν ἐπεδράμει χωρεῖν κυκλοτερῶς αὐτὸν καταφλέξαντος, ὅπῃ τὸν χρῶτα Φαέθοντα ἐμπρησμοῦ ἀπὸ τοῦ ἐκείνου πρόδυ· οἱ δὲ ἡλιακὸν τοῦτο φασι καὶ ἀρχὰς γενόμενον ἀπόδον. τινὲς δὲ τοῦτο μικρὰν φαντασίαν τοῦ πλείονος ὑραινὸν πυρὸς πρὸς τὸν ὑρανὸν τὰς αὐγὰς ἀνακλῶντα· ὅθεν ὅπῃ καὶ τὴν Ἰριδος νεφῶν συμβαίνειν εἰώθειν. Μητρόδωρος ἀπὸ τῆς πρὸς ὁδὸν τοῦ ἡλίου. τοῦτον γὰρ εἶναι τὸν ἡλιακὸν κύκλον. Παρμενίδης δὲ τὸν πυκνὸν καὶ ἀραιὸν μίγμα γαλακτοειδὲς ἀποτελεῖ χρῶμα. Ἀναξαγόρας τὴν σκίαν τῆς γῆς εἶναι τοῦτο δὲ μέρος ἐπισκιάζειν τοῦ οὐρανοῦ· ὅταν γὰρ ὑπὸ τὴν γῆν ὁ ἥλιος μὴ πάντα φωτίζῃ. Δημόκριτος πολλῶν καὶ μικρῶν, καὶ συνεχῶν ἀστέρων συμφωτιζομένων ἀλλήλοις συνάγασμον. Ἀριστοτέλης ἀναθυμιάσεως ξηρᾶς ἐξαφθεῖσαν πολλῆς τε καὶ συνεχοῦς, καὶ οὐτω κόμην πυρὸς ὑπὸ τὴν ἀέρα κατωτέρω τῆς πλανήτης φαίνεσθαι· οἱ Στωϊκοὶ δὲ αἰθερίου πυρὸς ἀραιότητα αὐτὸν εἶναι τῆς πλανήτης. Ποσειδώνιος πυρὸς σύστασιν ἀστέρος μὲν λαμπροτέρου, αὐγῆς δὲ πυκνοτέρου.

CAPVT XVII.

De Circulo lacteo.

CIRCVLVS lacteus nebulosus est, in aëre semper apparens, lacteúsque est à suo colore nuncupatus. Pythagoreorum aliqui crediderunt ipsum esse stellæ cuiusdam incendium, quæ suis sedibus excidit, & locum per quem circumuoluta est, exussit, eo tempore quo Phaëtontis incendium per illam viam grassabatur: alij dicunt ab initio Solem illac iter suum peregisse: quidam volunt hoc exiguam esse apparitionem plurimi cælestis ignis, cuius splendor ad cælum reflectitur; id quod arcus cæleſtis nubes facere consueuerunt. Metrodorus propter transitum Solis, illum enim esse circulum Solis existimat. Parmenides rarum denso commistum, lacteum colorem conficere putat. Anaxagoras terræ putat vmbram esse, & aliquam cæli partem occupare, quia cùm Sol terræ subest, non illuminat omnia. Democritus esse splendorem multarum exiguarum, & cohærentium stellarum se inuicem collustrantium. Aristoteles siccæ exhalationis incendium, quæ iugiter, & abundè succedit, ac eodem modo fieri crinitum ignem infra aërem, sub planetis. Stoici ignis ætherei raritatem ipsúmque superiorem planetis. Posidonius ignis aceruum stellæ clariorem, splendore verò *obscuriorem*, densiorem.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Περὶ κομήτου, καὶ διαπόντων ἀστέρων, καὶ δοκίδων.

Τῶν Πυθαγορείων τινὲς μὲν ἀστέρα φασὶν εἶναι τὸν κομήτην, τὸν οὐκ ἀεὶ φαινομένων, ἀλλὰ τινος δὲ ὡρισμένου χρόνου περιοδικῶς ἀναπελλόντων· ἄλλοι δὲ ἀνάκλασιν τῆς ἡμετέρας ὄψεως πρὸς τὸν ἥλιον πλάνησιν τῆς κατοπτευομένης ἐμφάσεων. Ἀναξαγόρας καὶ Δημόκριτος συνοδον ἀστέρων δυοῖν ἢ πλειόνων καὶ συναυγασμόν. Ἀριστοτέλης δὲ τῆς ξηρᾶς ἐκ τῆς γῆς ἀναθυμιάσεως ἀναφυσῶν σύστασιν. Στράτων ἀέρος φῶς περιληφθὲν νέφει πυκνῷ, καθάπερ ὅπῃ τὸν λαμπτήρων γίνεται. Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς νέφος μεταρσιον ὑπὸ μεταρσίου φωτὸς καταγαζόμενον· ὁμοίως δὲ αἰτιολογεῖ πωγωνίαν, ἄλω, δοκίδα, κίονα, καὶ τὰ συγγενῆ τούτοις, καθάπερ ἀμέλει πάντες οἱ Περιπατητικοὶ, πρὸς τοῖς τῶν νέφους τοιούτων γίνεσθαι σημασίας· Ἐπιγένης πνεύματος ἀναφορὰν γεωμετρῶς πεπυρωμένου. Βοηθὸς, ἀέρος ἀναθυμίασιν φανταζεσθαι. Διογένης ἀστέρας εἶναι τοὺς κομήτας. Ἀναξαγόρας τοὺς καλουμένους ἀφιεμένους ἀπὸ τῶν αἰθέρος· ἀπινθήρων δίκην καταφέρεσθαι, διὰ καὶ πρανεῖς καλεῖσθαι. Μητρόδωρος τὴν εἰς τὰ νέφη τοῦ ἡλίου βίαιαν ἔμπτωσιν, ὡς βέλος πολλάκις ἀπινθηλίζειν. Ξενοφάνης πάντα τὰ τοιαῦτα τῶν νεφῶν πεπυρωμένων συνήματα, ἢ κινήματα.

CAPVT XVIII.

De cometa, stellis discurrentibus, & trabibus.

PYTHAGOREORVM aliqui cometas dicunt esse stellas, quæ non semper apparent, sed certis quibusdam temporibus sua reuolutione oriuntur: alij repercussionem visus nostri ad Solem, similem imaginibus, quæ in speculis cernuntur. Anaxagoras, & Democritus concursum duarum, aut plurium stellarum sese illustrantium. Aristoteles siccæ exhalationis congeriem accensam. Strato sideris alicuius lucem densâ nube comprehensam, id quod & laternis euenit. Heraclides Ponticus nubem præaltam, illic à luce superna illuminatam: eandem hic barbatis, areis, trabibus, columnis, & id genus aliis causam assignat: vt omnes Peripatetici, qui ex accensis vaporibus species hasce fieri dicunt. Epigenes vaporem terræ commistum, in altum eleuatum, ibíque accensum. Boëthus, ardentis aëris id speciem esse credidit. Diogenes stellas esse cometas putat. Anaxagoras quas discurrentes stellas vocant, perinde atque scintillas ex æthereo igne cadere putat, & ideo statim quoque extingui. Metrodorus ex Solis radiis, violenter in nubem, vt sagitta solet, irruentibus, discurrentis stellæ speciem excitari. Xenophanes id genus omnia, nubium accensarum constitutiones, vel incursiones existimat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Περὶ βροντῆς, καὶ ἀστραπῶν, κεραυνῶν, πρηστήρων, καὶ τυφώνων.

Ἀναξίμανδρος ἐκ τοῦ πνεύματος ὑπίοντος τοιαῦτα πάντα συμβαίνειν, ὅταν περιληφθὲν νέφος παχεῖ βια-

CAPVT XIX.

De tonitruis, coruscationibus, turbinibus, & conuolutionibus.

ANAXIMANDER à flatu subeunte hæc omnia fieri putat, quando inclusus densâ nube nititur

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 45 sur 413

erumpere, quâ parte tenuior eſt, & leuior; ipſa ruptio ſonum edit, ipſa autem diuulſio iuxta nigredinem nubis, coruſcationem. Metrodorus, cùm in nubem denſitate compactam flatus irruit, diſruptione, ſonum facit, percuſſione, & diuulſione micat; velocitate autem motûs à Sole calorem accipiens, fulminis autem imbecillitas in turbinem degenerat. Anaxagoras, quando calidum in frigidum incidit, hoc eſt, cùm ætherea pars aëreæ miſcetur, coruſcationem facit; colore verò qui eſt ad nigredinem nebuloſæ partis, fulgur; multitudine & magnitudine lucis, fulmen; cùm magis in corpus cogitur ignis, vorticem; cùm eſt nubilioſior, turbinem. Stoici nubium concurſum tonitru definiunt; coruſcationem, earumdem inflammationem attritu excitatam; fulmen, vehementer actæ nubis incenſionem; turbinem, ſegniorem. Ariſtoteles autem hæc omnia fieri putat à ſiccis exhalationibus, quæ cùm inciderint in humida, conantur erumpere, dum igitur impellunt ſicca, atque diſcindunt humida, tonitru ſonus excitatur, accenſione ſiccitatis fit fulgur, turbinem & vorticem materiæ quam vterque trahit, copia generat, calidior tamen turbo, denſior autem eſt vortex.

A

B

C

De nubibus, pluuiis, niuibus, & grandinibus.

Anaximenes dicit fieri nubes ex aëre plurimùm denſato; & ex ipſo magis coacto exprimi pluuiam; niuem autem fieri, quando aqua ſurſum eleuata condenſatur à frigore; grandinem verò, quum à vento comprehenditur humido. Et Metrodorus è vaporibus aquoſis ſurſum elatis nubes coaleſcere putat; Epicurus ex atomis: rotundam verò reddi grandinem, & pluuiam fieri cùm à longiori delatione per aërem repercuti contingit.

D

De Iride ſeu arcu cæleſti.

Eorum quæ in ſublimi fiunt, quædam reuera ſubſiſtunt, vt imber & grando: quædam ſunt merum ſubſtantiæ ſimulachrum, propriam non habentia ſubſiſtentiam, eo modo quo moueri terra nobis nauigantibus videtur. Eſt autem arcus cæleſtis tantùm ſpecies apparens, de quo dicemus, ſi priùs docuerimus quomodo ipſum videamus. Videmus autem lineis vel rectis, vel curuis, vel fractis, obſcuris, & quæ ſolâ ratione ſpectari poſſint, incorporeis. Rectis autem lineis videmus ea, quæ in aëre ſunt, quæque per lapides pellucidos & per cornua; omnia enim hæc tenuium ſunt partium. Curuis autem lineis aſpicimus quæ in aquis, viſus enim vi propter craſſitiem materiæ ipſius aquæ incuruatur, ideo remos in mari fractos eminus videmus. Tertius modus videndi refracta eſt in ſpeculis. eiuſmodi autem arcus cæleſtis eſt ſpecies. Oportet enim concipere humidam exhalationem in nubem mutari, tum ſtatim roris inſtar, ex ipſa minutas guttas manare: cùm igitur Sol in occaſu fuerit, neceſſe eſt enim omnem arcum cæleſtem ex aduerſo Solis apparere, cùm viſus in guttulas incidens refrangitur, vt arcus cæleſtis fiat, non ſunt autem guttæ ſpecies figuræ, ſed colores videntur: tres autem colores habet arcus cæleſtis, primum puniceum, ſecundum violaceum ſeu purpureum: tertium cæruleum & viridem: nonnunquam igitur puniceum quidam ſplendor Solis occurrens fulgórque integer refractus, rubrum ac puniceum parit colo-

E

F

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 46 sur 413

κοῦν τὸ χρῶμα· τὸ δὲ δεύτερον μέρος ἐπιθολούμενον, καὶ ἐκλυόμενον μᾶλλον τῆς λαμπηδόνος διὰ τὰς ῥανίδας διαγοργές. ἀνέσις γὰρ τοῦ ἐρυθροῦ τοῦτο· ἔστι δὲ πάλιν ἐπιθολούμενον τὸ διορίζον μεταβάλλεται εἰς τὸ πρᾶσινον· ἔστιν οὖν τοῦτο δοκιμάσαι δι' ἔργων· εἰ γάρ τις εἰς τὸ ἀντίκρυ τοῦ ἡλίου λάβῃ ὕδωρ καὶ πτύσῃ, αἱ δὲ ῥανίδες ἀνάκλασιν λάβοιεν πρὸς τὸν ἥλιον, εὑρήσει γιγνομένην ἶριν· καὶ οἱ ὀφθαλμιῶντες δὲ τοῦτο πάσχουσιν, ὅταν εἰς τὸν λυχνὸν ἀποβλέψωσιν. Ἀναξιμένης δὲ ἶριν γίνεσθαι νομίζει κατ' αὐγασμὸν ἡλίου πρὸς νέφει πυκνῷ, καὶ παχεῖ, καὶ μέλανι, πρὰ τὸ μὴ δυνάσθαι τὰς ἀκτῖνας εἰς τὸ πρὸς διακόπτειν ἐπισυνισταμένας αὐτῶν. Ἀναξαγόρας ἀνάκλασιν ἀπὸ νέφους πυκνοῦ τῆς ἡλιακῆς περιφερείας. κατὰ ἐντικρὺ δὲ τοῦ κατοπτρίζοντος αὐτὸν ἀστέρος διὰ παντὸς ἵστασθαι. παραπλησίως δὲ φυσιολογεῖται τὰ καλούμενα παρήλια, γινόμενα δὲ κατὰ τὸν πόντον. Μητρόδωρος δὲ ὅταν διὰ νεφῶν ὁ ἥλιος διαλάμψῃ τὸ μὲν νέφος κυανίζειν, τὴν δ' αὐγὴν ἐρυθραίνεσθαί φησι.

Περὶ ῥάβδων.

Τὰ κατὰ τὰς ῥάβδους, καὶ ἀνθηλίους συμβαίνοντα, μίξει τῆς ὑποστάσεως, καὶ ἐμφάσεως ὑπάρχειν οἴονται, τῶν μὲν νεφῶν ὁρομένων, οὐ κατ' οἰκεῖον χρῶμα, ἀλλ' ἕτερον, ὅπερ κατὰ τὴν ἔμφασιν φαίνεται· ἐν δὲ τούτοις πᾶσιν τά τε κατὰ φύσιν, καὶ κατ' ἐπίκτησιν ὅμοια συμβαίνει πάθη.

A rem: Secunda autem pars turbidior splendore à guttis dissoluto; purpureum, qui rubri coloris est imminutio; cùm adhuc turbidior nubes rorem fundens in viridem transit. Id exemplis comprobare licet. Si quis è regione radiorum Solis aquam accipiat, & expuat, guttæ autem à Sole refractionem suscipiant, inueniet factum arcum cælestem, & qui ophthalmiâ laborant idem patiuntur, si ad lucernam respiciant. Anaximenes arcum cælestem fieri putat à splendore Solis in nube densa, crassa, & nigra, quòd non possit eius superficiem penetrare, sed in ea consistat. Anaxagoras refractionem lucis Solaris esse à nube B crassa, quæ semper ex aduersa parte Solis est, qui in ea tanquam in speculo apparet: eam quoque causam affert cur duo Soles frequenter in Ponto contingant. Metrodorus quando in nube Sol fulget, nubem cæruleam fieri ait, fulgorem verò rubrum.

De virgis.

Quæ circa virgas & Soles oppositos contingunt, mixtione subsistentiæ, & apparitionis, fieri putant, cùm nubes videantur, non tamen proprio colore, sed alieno, qui visui exhibetur. in C his autem omnibus, tam qui secundum naturam, quàm qui secundum adumbrationem, similes contingunt effectus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Περὶ ἀνέμων.

Ἀναξίμανδρος οἴεται ἄνεμον εἶναι ῥύσιν ἀέρος τῶν λεπτοτάτων ἐν αὐτῷ, καὶ ὑγροτάτων ὑπὸ τοῦ ἡλίου τικτομένων ἢ κινουμένων. Στωϊκοὶ δὲ πᾶν πνεῦμα ἀέρος εἶναι ῥύσιν λέγουσιν· ἡγοῦνταί τε κατὰ τὰς τῶν τόπων παραλλαγὰς τὰς ἐπωνομίας παραλλάττειν, οἱ τὸν ἀπὸ ζόφου καὶ τῆς δύσεως, ζέφυρον ὠνόμαζον· τὸν ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς, καὶ τοῦ ἡλίου ἀπηλιώτην· τὸν ἀπὸ ἀρκτῶν, βορέαν· τὸν ἀπὸ τῆς μεσημβρίας, νότον. Μητρόδωρος δὲ ὑδάτων ἀναθυμίασιν διὰ τὴν ἡλιακὴν ἔκκαυσιν γίγνεσθαι ὁρμὴν πνευμάτων· τοὺς δὲ ἐτησίας πνεῖν τοῦ πρὸς τὰς ἀρκτοῖς ἀέρος παχυνθέντος, ὑποχωρῶντος δὲ τοῦ ἡλίου κατὰ τὴν θερινὴν τροπήν.

Περὶ χειμῶνος καὶ θέρους.

Ἐμπεδοκλῆς, καὶ οἱ Στωϊκοὶ χειμῶνα μὲν γίνεσθαι τοῦ ἀέρος ἐπικρατοῦντος τῇ πυκνώσει, καὶ εἰς τὸ ἀνώτερον βιαζομένου· θέρος δὲ τοῦ πυρὸς, ὅταν εἰς τὸ κάτω βιάζηται.

CAPVT XX.

De ventis.

ANAXIMANDER ventum existimat fluxum aëris esse, motis aut colliquatis à Sole, quæ in eo sunt, partibus tenuissimis & humidissimis. D Stoici dicunt esse spiritum aëris, arbitrantúrque pro locorum diuersitate varias appellationes sortiri, nam & ventum qui ab occasu spirat, fauonium appellarunt, qui ab ortu Solis, subsolanum, à Septentrione, Aquilonem, à meridie Austrum. Metrodorus autem aqueam exhalationem propter Solis æstum fieri ventorum impetum. Etesias autem spirare densato aëre qui ad Septentrionem est, & Sole à nobis recedente solstitio æstiuo.

De hyeme & æstate.

Empedocles & Stoici hyemen fieri dicunt E aëre præualente, sursúmque suâ se densitate protrudente: æstatem autem contrà igne superante, ac se deorsum ad nos agente.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Περὶ γῆς.

ΘΑΛΗΣ καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ μίαν εἶναι τὴν γῆν ὑπολαμβάνουσι· τῶν δὲ Πυθαγορείων τινὲς δύο, καὶ ταύτην εἶναι, καὶ τὴν ἀντίχθονά φασιν. οἱ Στωϊκοὶ δὲ γῆν εἶναι μίαν, καὶ πεπερασμένην. Μητρόδωρος δὲ τὴν γῆν ὑπόστασιν εἶναι, καὶ οἱονεὶ τρύγα τοῦ ὕδατος νομίζει, ὡς τὸν ἥλιον τοῦ ἀέρος.

Περὶ σχημάτων γῆς.

Θαλῆς, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, σφαιροειδῆ τὴν γῆν νομίζουσιν. Ἀναξίμανδρος δὲ λίθῳ κίονι τὴν γῆν προσφερεῖ

CAPVT XXI.

De terra.

THALES, & qui ipsum sequuti sunt, vnicam esse terram existimant. Pythagoreorum aliqui, & hanc esse, & aliam huic oppositam dicunt. Stoici autem dicunt vnam esse terram, F eamque finitam. Metrodorus terram esse sedimentum, & tanquam faecem aquæ putat, vt Solem aëris.

De figuris terræ.

Thales, & qui eum sequuti sunt, rotundam terram existimant. Anaximander autem terram lapi-

deæ columnæ planæ ſimilem. Anaximenes menſæ figuram obtinere; Leucippus tympani; Democritus diſco quidem ſimilem latitudine, verùm in medio concauam putat.

De ſitu terræ.

Qui Thaletem ſequuti ſunt, terram in medio poſitam exiſtimãt. Xenophanes primam docuit terram in infinitam profunditatem radices mittere ex inferiori parte: compactam verò ex aëre & igne. Philolaus Pythagoricus ignem eſſe in medio, ipſum enim eſſe quaſi focum vniuerſi. Secundam *ab ipſo terram* primæ oppoſitam, tertiam verò habitabilem ex aduerſo poſitam & circũductam terræ Antipodum. Parmenides primus definiuit ea loca quæ habitantur ſub duobus tropicis circulis eſſe terram.

De inclinatione terræ.

Leucippus terram in partes Auſtrinas propendere putat, ob raritatem quæ ineſt illis partibus, compactâ nimirum frigore Septentrionali plaga, & oppoſitâ combuſtâ. Democritus, quòd imbecillior ſit pars auſtrina ambitus, ideo terram mole auctam eò inclinare. Partes enim Septentrionales ſunt intemperatæ, Meridionales verò temperatæ. Vnde terra eò deprimitur, vbi fructibus abundat & incremento.

De motu terræ.

Alij quidem immotam manere terram exiſtimant. Philolaus autem Pythagoricus circulariter moueri circum ignem per obliquum circulum, eo modo quo Sol & Luna. Heraclides autem Ponticus & Ecphantus Pythagoricus mobilem terram, non vt ſuum locum tranſiliat, ſed rotæ inſtar circonferatur, ab occaſu ad ortum circa proprium ſuum centrum. Democritus initio terram, ob tenuitatem & leuitatem erraſſe dicit, verùm procedente tempore denſiorem, & grauiorem factam, conſtitiſſe.

De diuiſione terræ.

Quidam è Pythagoreis terram eâdem proportione, quâ totius cæli globus diuiſus eſt, diuidunt in quinque circulos, ſeptentrionalem, meridionalem, *ſolſtitialem*, æſtiuum, & hybernum, atque æquinoctialem; horum medius medium terræ torridæ definit, atque habitabilis eſt Zona illa quæ media eſt inter circulum æſtiuum & hybernum, quòd ſit temperata.

De terræ motibus ſeu concuſſionibus.

Thales & Democritus aquæ terræ motus cauſam tribuunt. At Stoici dicunt terræ concuſſionem eſſe humidi vaporis è terra in aërem deſcendentis ac erumpentis *impetum*. Anaximenes terræ ſiccitatem & humiditatem concuſſionis *huius* cauſam *aſſignat*, quarum illam quidem ardores, hanc verò pluuiæ gignant. Anaxagoras terræ motum fieri excuſſione aëris, qui quum in denſitatem ſuperficiei terræ irrumpat, nec expulſionem pati valeat, ambientem *locum* tremore concutit. Ariſtoteles autem flatum motionis qui quum intro fluit, extra exhalat, ob ambientem vndique frigoris antiperiſtaſin, ſurſum deorſúmque ipſo circumſtante. Nam calidum ſuperius fieri properat, quum leue ſit, ob ídque interceptione facta humidæ exhalationis, reuulſionibus, adacti cunei inſtar, oppoſitiſque conuolutionibus terræ concuſſiones creari. Metrodorus nullum in proprio loco corpus moueri niſi quis impellat, aut actu detrahat. Quamobrem terram quoque ſua in ſede morantem naturaliter moueri non poſſe, quædam tamen

A τὴν ἐπιπέδων. Ἀναξιμένης τραπεζοειδῆ. Λεύκιππος τυμπανοειδῆ, Δημόκριτος δισκοειδῆ μᾶλλον τοῦ πλάτει, κοίλην δὲ τὸ μέσον τοῦ μεγέθ.

Περὶ θέσεως γῆς.

Οἱ ἀπὸ Θάλεω, μέσην τὴν γῆν οἴονται εἶναι. Ξενοφάνης ῥιζοῦσθαι τὴν γῆν ἐκ τοῦ κατωτέρου μέρους εἰς ἄπειρον βάθος ἐρριζῶσθαι, ὁμοῦ ἀέρος καὶ πυρὸς συμπαγῆναι. Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος τὸ μὲν πῦρ μέσον. τοῦτο γὰρ εἶναι τοῦ παντὸς ἑστίαν· ἑτέραν δὲ τὴν ἀντίχθονα. τετάρτην δὲ τὴν οἰκουμένην ὁμοῦ ἐναντίας κειμένην, καὶ τὴν ἀντίχθονι.

B Παρμενίδης ὁ πρῶτος ἀφώρισε τοὺς οἰκουμένους τόπους ὑπὸ τοὺς δύο ζώνας τροπικὰς εἶναι τὴν γῆν.

Περὶ ἐγκλίσεως γῆς.

Λεύκιππος πρόκλισιν τὴν γῆν εἰς τὰ μεσημβρινὰ μέρη, διὰ τὴν ἐν τοῖς μεσημβρινοῖς ἀραιότητα, ἅτε δὴ πεπηγότων τῶν βορείων, διὰ τὸ κατεψύχθαι τοῖς κρυμοῖς, τῶν δὲ ἀντίθετων πεπυρωμένων. Δημόκριτος, διὰ τὸ ἀσθενέστερον εἶναι τὸ μεσημβρινὸν τῆς πρὸς ἑσπέρας, αὔξεσθαι τὴν γῆν καὶ τοῦτο ἐγκλίνειν. τὰ γὰρ βόρεια ἀκμαῖα, τὰ δὲ μεσημβρινὰ κέκμηκεν. ὅθεν καὶ τοῦτο βεβάρυται, ὅπου πλείων

C ἐστὶ τοῖς καρποῖς, καὶ τῇ αὐξήσ.

Περὶ κινήσεως γῆς.

Οἱ μὲν ἄλλοι μένειν τὴν γῆν ὑπολαμβάνουσι. Φιλόλαος δὲ ὁ Πυθαγόρειος κύκλῳ περιφέρεσθαι περὶ τὸ πῦρ καὶ κύκλου λοξοῦ, ὁμοιοτρόπως ἡλίῳ καὶ σελήνῃ. Ἡρακλείδης δὲ ὁ Ποντικὸς καὶ Ἔκφαντος ὁ Πυθαγόρειος κινεῖσθαι τὴν γῆν μέν γε μεταβατικῶς, ἀλλὰ τροχοῦ δίκην ἐνζωνισμένην ἀπὸ δυσμῆς ἐπ' ἀνατολὰς περὶ τὸ ἴδιον αὐτῆς κέντρον. κατ' ἀρχὰς μὲν πλάττεσθαι τὴν γῆν φησιν ὁ Δημόκριτος διὰ τε μικρότητα καὶ κουφότητα, πυκνωθεῖσαν δὲ τοῦ χρόνου, καὶ

D βαρυνθεῖσαν καθιζῆσαι.

Περὶ διαιρέσεως γῆς.

Τῶν Πυθαγορείων τινὲς τὴν γῆν ἀναλόγως τῇ τοῦ παντὸς οὐρανοῦ σφαίρᾳ διῃρῆσθαι εἰς πέντε ζώνας, ἀρκτικὴν, ἀνταρκτικὴν, θερινὴν, χειμερινὴν, ἰσημερινήν· ὧν ἡ μέση τὸ μέσον τῆς γῆς οἰκεῖσθαι διακεκαυμένην. ἡ δὲ οἰκητὴ ὑπὸ μέση τῆς θερινῆς, καὶ τῆς χειμερινῆς εὔκρατος οὖσα.

Περὶ σεισμῶν γῆς.

E Θαλῆς μὲν καὶ Δημόκριτος ὕδατι τὴν αἰτίαν τῶν σεισμῶν προστάττουσιν· οἱ δὲ Στωϊκοὶ σεισμὸν εἶναι λέγουσι τὸ ἐκ τῆς γῆς ὑγρὸν εἰς ἀέρα διακρινόμενον καὶ ἐκπῖπτον. Ἀναξιμένης ξηρότητα καὶ ὑγρότητα τῆς γῆς, αἰτίαν τῶν σεισμῶν, ὧν τὴν μὲν αὐχμοὶ γίνεσθαι, τὴν δὲ ἐπομβρίαι. Ἀναξαγόρας, ἀέρος ἐκπεσόντος, τῇ μὲν πυκνότητι τῆς ὑπιφανείας προσπίπτοντος, τοῦ δὲ ἐκκρίσιν λαβεῖν μὴ δυνάσθαι ἔμφυτον τὸν προσέχοντα κραδαίνοντος. Ἀριστοτέλης δὲ, πνεῦμα τῆς κινήσεως, ὅταν ἔσω τύχῃ ῥυὲν τὸ ἔξω ἀναθυμιώμενον, διὰ τὴν τοῦ ψυχροῦ περιστάσιν κατωθεν καὶ ἄνωθεν αὐτοῦ προϊσάντος· τὸ γὰρ θερμὸν αὐτοῦ πρὸς γενέσθαι σπεύδ, ἅτε δὴ κοῦφον ὄν· καὶ διὰ τοῦτο ὑπολείπ ἡμιόλιος τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως, τῇ ἀντιστάσ

F καὶ τοῖς ἀντελιγμοῖς, τὸν σεισμὸν ποιῆ. Μητρόδωρος, μηδὲν ἐν τῷ οἰκείῳ τόπῳ σῶμα κινεῖσθαι, εἰμή τις προσώσειεν ἢ καθελκύσειεν κατ' ἐνέργειαν· δεῖ μηδὲ τὴν γῆν ἅτε δὴ κειμένην φυσικῶς κινεῖσθαι, τόπους δέ τινας αὐτῆς νοσεῖν τοῖς

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 48 sur 413

ἄλλοις. Παρμενίδης, καὶ Δημόκριτος ὅλῃ τὸ πεδίον ἴσον ἀφεστῶσθαι λέγουσι, καὶ ἰσοβρόπιας, οὐκ ἐπιδοῦναι αἰτίαν δι' ἣν ἧττον μᾶλλον ἢ σκῆψαι ῥέπειν αὐτό. Διὸ τοῦτο μόνον κινεῖσθαι, μὴ κινεῖσθαι δέ. Ἀναξιμένης, ὅλῃ τὸ πλάτος ἐπιπολαίας ὡς ἀέρι· οἱ δὲ φασιν, ἐφ' ὕδατος καθάπερ τὰ πλατύφυλλα καὶ σχιδακώδη ὅτι τὸ ὑδάτων, ὅλῃ τοῦτο κινεῖσθαι. Πλάτων, πάσης μὲν κινήσεως ἓξ οὔσης, οἷον κατὰ τοσάσεις, ἄνω, κάτω, ὅπισθεν, καὶ δεξιὰ καὶ ἀριστερά, ἔμπροσθεν, καὶ ὀπίσθιον καὶ δεξιὰν καὶ ἀριστερὰν ὑπολαμβάνειν τὸν γῆν κινεῖσθαι, ἐν ᾧ πάντα κατὰ τόπον χειρίστην, μένειν μὲν ἀκίνητον, μηδὲν ἔχουσαν ἀφαίρετον εἰς τὸ μᾶλλον, τόπους δὲ καὶ αὐτὴν καὶ ἀραιότητα σαλεύεσθαι. Ἐπικούρῳ δὲ ἐνδέχεσθαι μὲν ὑπὸ τῆς παλαιᾶς ἀέρος τῆς ὑποκειμένης, ὑδατώδους ὄντος, αἰωρουμένην αὐτὴν καὶ οἷον ὑποτυπτομένην κινεῖσθαι. Ἐνδέχεσθαι δὲ καὶ συμπεφορημένην τοῖς κατωτέρω μέρεσι καθεστῶσαν ὑπὸ τοῦ ἀφανισθέντος μέρους τοῦ ὑγροῦ εἰς τὰς ἀνεσειδεῖς κοιλότητας ἐμπίπτουσας σαλεύεσθαι.

CAPVT XXII.

De Mari, & cur ſalſum ſit.

ANAXIMANDER eſſe dicit mare prioris humoris reliquum, cuius maiorem portionem ignis exiccauit, reſiduum verò propter exuſtionem tranſmutauit. Anaxagoras cum humor per initia ſtagnans à ſolari circumuentione eſſet aduſtus, exhalaſſétque pars pinguis, reliquum ſalſuginem & amarorem ſubiiſſe. Empedocles terræ ſudorem à Sole vſtæ. Antiphon ſudorem calidi à quo excretum eſt, quod ſupererat humidi elixando in ſalſuginem conuerſum, quod in quouis fit ſudore. Metrodorus quia mare ſit percolatum per terram, ideo craſſitiem eius participaſſe: ſicut euenit iis quæ per cinerem colantur. Platonici aquæ elementaris partem aliam ex aëre à frigore coactam exſtitiſſe dulcem, aliam quæ à terra ex ardore & incendio exhalaſſet, ſalſam.

Qui fiant æſtus accedentes & recedentes maris.

Ariſtoteles plures ventos à Sole moueri & circumduci putat, iiſque ingruentibus Atlanticum mare intumeſcere, æſtúſque effici recedentes, ceſſantibus verò, illud retrahi ac ſubſidere, idque eſſe æſtus accedentes. Pytheas Maſſilienſis Lunæ incremento mare increſcere, decremento verò decreſcere. Timæus plures fluuios deſcendentes in Atlanticum mare per montes Celticos cauſam eſſe dicit, qui iter ſuum promouentes, maris receſſum faciunt, cùm verò deſinunt, maris acceſſum fieri.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Περὶ θαλάττης, διὰ τί ἁλμυρά ἐστιν.

ΑΝαξίμανδρος τὴν θάλασσαν φησὶν εἶναι τοῦ ὑγροῦ τῆς ὑγρασίας λείψανον, οὗ τὸ μὲν πλεῖον μέρος αὐτὸ ἐξήρανε τὸ πῦρ, τὸ δὲ ὑποληφθὲν διὰ τὴν ἔκκρισιν μετέβαλεν. Ἀναξαγόρας τε καὶ ἀρχὴν λιμνάζοντος ὑγροῦ πεπυκάσθαι ὑπὸ τῆς ἡλιακῆς περιφορᾶς, καὶ τὸ λιπαρὸν ὀξαλμυσθέντος, εἰς δμυχίδα καὶ πικρίαν τὸ λοιπὸν ὑποζῆναι. Ἐμπεδοκλῆς, ἱδρῶτα τῆς γῆς ἐκκαιομένης ὑπὸ τοῦ ἡλίου. Ἀντιφῶν ἱδρῶτα θερμοῦ ὄζος τὸ πεφυληφὸς ὑγρὸν ἀπεκρίθη ὡς καθεψηθὲν πρὸς ἁλυκὸν ἰσασθέν, ὅπερ ὅτι πολύς ἱδρὼς συμβαίνει. Μήτροδωρος, διὰ τὸ διηθῆσαν διὰ τῆς γῆς, μεμιγμένην τοῦ αὐτοῦ πάχους, καθάπερ τὰ διὰ τέφρας ὑπολιβόμενα. οἱ ἀπὸ Πλάτωνος τοῦ στοιχώδους ὕδατος τὸ μὲν ὄζος ἀέρος κατὰ πρίψιν συνισταμένου γλυκὺ γίνεσθαι· τὸ δὲ ἀπὸ τῆς γῆς κατὰ πύρωσιν ἀναθυμιωμένου, δριμύ.

Πῶς ἀμπώτιδες γίνονται καὶ πλημμυρίαι.

Ἀριστοτέλης ὑπὸ τοῦ ἡλίου τὰ πλοῖα τῶν πνευμάτων κινεῖσθαι, καὶ περιφέρεσθαι, ὧν ἐμβαλόντων ἐποιεῖν τὸ Ἀτλαντικὸν θάλασσαν, καὶ καταβαίνειν, ὅπερ ἔστι τὰς ἀμπώτιδας. Πυθέας ὁ Μασσαλιώτης τῇ πληρώσει τὸ σελήνης τὰς πλημμύρας, τῇ δὲ σκλείνῃ τὰς ἀμπώτιδας. Τίμαιος τοὺς ἐμβάλλοντας ποταμοὺς εἰς τὸν Ἀτλαντικὸν διὰ τὸ χειμῶνος ὁρμῆς αἰτίαν· προχωροῦντας μὲν τὰς ἐφόδους, καὶ πλημμυρίαν ποιοῦντας, ληγόντων δὲ τὰς ἀμπώτιδας γίνεσθαι.

CAPVT XXIII.

De incremento Nili.

THALES Eteſias ventos aduerſus Ægyptum flantes Nili aquas attollere putat, quod oſtia ipſius quibus ſe exonerat maris, obtruſi influxu obturentur. Euthymenes Maſſilienſis, ab aquis Oceani & externi maris inundare Nilum exiſtimat. Anaxagoras à niuibus Æthiopiæ, quæ per hyemem denſatæ, æſtiuo tempore liquantur. Democritus putat fieri à niuibus in partibus Septentrionalibus circa Solſtitium æſtiuum liquatis, & nubes com-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Περὶ ἀναβάσεως τοῦ Νείλου.

ΘΑλῆς τοὺς ἐτησίους ἀνέμους οἴεται πνέοντας τῇ Αἰγύπτῳ ἀντιπεριωθοῦντας ἐπαίρειν τὸν Νείλου τὸν ὄγκον, διὰ τὸ τὰς ἐκβολὰς αὐτοῦ τῇ προσβύσει τοῦ ἀντιπνέοντος πελάγους ἀναχόπτεσθαι. Εὐθυμένης ὁ Μασσαλιώτης ἐκ τοῦ Ὠκεανοῦ, καὶ τῆς ἔξωθεν θαλάττης πλημμυρεῖν τοὺς ποταμούς οἴεται. Ἀναξαγόρας ἐκ τοῦ χιόνος τοῦ ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ, τηκομένης μὲν τοῦ θέρους, ψυχομένης δὲ τοῦ χειμῶνος. Δημόκριτος χιόνος τοῦ οὕτω τοῖς πρὸς ἄρκτον μέρεσιν ὑπὸ θερινὰς τροπὰς ἀναθυμιωμένης, νέφη

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 49 sur 413

pacta ex halitibus, & ab Eteſiis ventis ſimul aduecta verſus meridiem & Ægyptum, vehementes imbres fundere quibus Nilus redundat. Herodotus æqualiter moueri hyeme & æſtate propter fontes ; id autem minus apparere hyeme, quia hac tempeſtate Sol vicinior Ægypto aquas in vapores redigit. Ephorus hiſtoricus æſtate ait relaxari totam Ægyptum, ac quaſi exudare copioſam aquam, ac conferre ad hoc etiam Arabiam, & Africam ob raritatem & ſabuloſum ſolum. Eudoxus ait ſacerdotes imbribus & oppoſitis temporum anni rationibus rem imputare: quando enim apud nos æſtas eſt, qui ſub æſtiuo habitamus Tropico, tum iis qui è regione ſub hyemali circulo degunt, hyemem eſſe, à quibus tum exundans aqua prorumpat.

ἐκ τῶν ἀτμῶν πληροῦσθαι, καὶ συνελαυνόμενα πρὸς τὸν μεσημβρίαν, καὶ τὸν Αἴγυπτον ὑπὸ τῶν ἐτησίων ἀνέμων, ἀποτελεῖν ῥαδιουργίας ὄμβρους, ὑφ' ὧν ἐκπίπτεσθαι τὸν Νεῖλον ποταμόν. Ἡρόδοτος, ἴσον μὲν φέρεσθαι καὶ χειμῶνος καὶ θέρους ἐκ τῶν πηγῶν· φαίνεσθαι δὲ ἐλάττονα τὸν χειμῶνος, διὰ τὸ ἐν τούτῳ τοῦ καιροῦ πλησίον ὄντα τὸν ἥλιον τὸ Αἰγύπτιον ὀζαλμίζειν τὰ νάματα. Ἔφορος ὁ ἱστοριογράφος καὶ θέρος φησὶν ἀναλάζασθαι τὸν ὅλον Αἴγυπτον, καὶ οἱονεὶ ὀζυδρεῖν· ὃ πολὺ νάματος δίδωσι σὺν αὐτῇ, καὶ ἡ Ἀραβία, καὶ ἡ Λιβύη διὰ τὸ ἀραιὸν καὶ ψαμμῶδες. Εὔδοξος τοὺς ἱερεῖς φησι λέγειν τὰ ὄμβρια τῶν ὑδάτων, καὶ τὴν ἀντιπαρίστασιν τῶν ὡρῶν, ὅτῳ μὲν γὰρ ἡμῖν εἶναι θέρος τοῖς ὑπὸ τὸν θερινὸν ζωστὸν οἰκοῦσιν, τότε τοῖς ὑπὸ τὸν χειμερινὸν ζωστὸν αὐτόχθοσι χειμών ἐστιν, ἐξ ὧν ὁ πλημμυρῶν ὕδωρ καταῤῥήγνυται.

CAPVT XXIV.

De ſenſu & ſenſili.

SENSVS, ſecundum Stoicos, eſt obiecti ſenſilis per ſentiendi organum comprehenſio, ſeu perceptio. Senſus autem multis modis dicitur. Nam & habitus, & facultas, & functio, & imaginatio apprehendens, ſentiendi organo fiunt, ipſa quoque octaua animæ facultas, à qua ſentiendi vis manat. Rurſus autem ſenſus organa ſunt ſpiritus intelligentes à principe facultate ad ſenſuum organa protenſi. Epicurus, particula eſt ſenſus, quæ tum ſentiendi facultas eſt, tum functio, ac proinde effectus, adeo vt ab ipſo dupliciter dicatur, ſenſus quidem facultas, & ſenſilis functio. Plato ſenſum enunciat animæ & corporis ſocietatem ad externa *cognoſcenda*. Facultas quidem eſt animæ, inſtrumentum vetò corporis ; at ambo per imaginationem externa apprehendunt. Leucippus & Democritus ſenſum & intelligentiam obtingere coniiciunt rerum ſimulachris foris occurſantibus, neutrum autem horum obire poſſe, cui obiecti ſimulachrum non occurrat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Περὶ αἰσθήσεως, καὶ αἰσθητοῦ.

ΚΑΤΑ τοὺς Στωϊκοὺς αἰσθησίς ἐστιν ἀντίληψις αἰσθητοῦ δι' αἰσθητηρίου, ἢ καταβληψις· ἡ δὲ αἴσθησις πολλαχῶς λέγεται· ἥτε γὰρ ἕξις, καὶ ἡ δυνάμις, καὶ ἡ ἐνέργεια, καὶ ἡ φαντασία ἡ καταληπτικὴ δι' αἰσθητηρίου γίνονται, καὶ αὖθ' ὃ ὄγδοον ἡγεμονικόν, ἀφ' οὗ ἡ αἰσθητικὴ βία συνίσταται· πάλιν δὲ αἰσθητήρια λέγεται πνεύματα νοερά, ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ ὀπτὶ τὰ ὄργανα τεταμμένα. Ἐπίκουρος, τὸ μόριόν ἐστιν ἡ αἴσθησις, ἥτις ἐστὶν ἡ δυνάμις, καὶ τὸ ἐπαίσθημα, ὅθεν ἐστὶ τὸ ἐνέργημα, ὥστε διχῶς πρὸς αὐτὸ λέγεσθαι, αἴσθησιν μὲν τὴν δυνάμιν, αἰσθητικὸν δὲ τὸ ἐνέργημα. Πλάτων τὴν αἴσθησιν ἀποφαίνεται ψυχῆς, καὶ σώματος κοινωνίαν πρὸς τὰ ἐκτός, ἡ μὲν γὰρ δυνάμις, ψυχῆς, τὸ δὲ ὄργανον, σώματος· ἀμφω δὲ διὰ φαντασίαν ἀντιληπτικὰ τῶν ἔξωθεν γίνεται. Λεύκιππος καὶ Δημόκριτος τὴν αἴσθησιν, καὶ τὴν νόησιν γίνεσθαι εἰδώλων ἔξωθεν προσιόντων· μηδενὶ γὰρ ὑπεναλλὰξ μηδετέραν χωρεῖν τῶν προσαπτόντων εἰδώλου.

An verus ſenſus, veráque ſit imaginatio.

Stoici ſenſus quidem veros *arbitrantur*, imaginationum verò quaſdam veras, quaſdam falſas. Epicurus, ſenſum omnem, omnémq; imaginationem veram ; opinionum alias veras *eſſe*, alias falſas ; ſenſúſque vno tantùm modo falli in notionibus, imaginationibus verò duobus ; Etenim & ſenſilium eſt imaginatio, & eorum quæ ſub intelligentiam cadunt. Empedocles & Heraclides pro meatuum commoderatione ſenſus fieri, quum quoduis ſenſile ſuo ſenſui accommodetur.

Εἰ ἀληθὴς ἡ αἴσθησις, καὶ ἡ φαντασία.

Οἱ Στωϊκοὶ τὰς μὲν αἰσθήσεις, ἀληθεῖς, τῶν δὲ φαντασιῶν τὰς μὲν ἀληθεῖς, τὰς δὲ ψευδεῖς. Ἐπίκουρος πᾶσάν αἴσθησιν καὶ πᾶσαν φαντασίαν, ἀληθῆ· τῶν δὲ δοξῶν τὰς μὲν ἀληθεῖς, τὰς δὲ ψευδεῖς· καὶ ἡ μὲν αἴσθησις μοναχῶς ψευδοποιεῖται περὶ τὰ κατὰ τὰ νοήματα, ἡ δὲ φαντασία διχῶς· καὶ γὰρ αἰσθητῶν ἐστι φαντασία καὶ νοητῶν. Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἡρακλείδης διὰ τὰς συμμετρίας τῶν πόρων τὰς κατὰ μέρος αἰσθήσεις γίνεσθαι, τοῦ οἰκείου τῇ αἰσθητῇ ἑκάστῃ ἁρμόζοντος.

Quot ſint ſenſus.

Stoici quinque particulares ſenſus enumerant, viſum, auditum, odoratum, guſtum, & tactum. Ariſtoteles ſextum quidem non profert, ſed communem ſenſum compoſitarum ſpecierum iudicem *conſtituit*, ad quem ſinguli *ſenſus* ſimplices propria cuique viſa renunciant, in quo ab altero ad alterum fit tranſitus, quemadmodum figuræ & motus, oſtenditur. Democritus plures ſenſus brutis, quàm Diis & ſapientibus ineſſe cenſuit.

Πόσαι εἰσὶν αἱ αἰσθήσεις.

Οἱ Στωϊκοὶ πέντε τὰς ἰδικὰς αἰσθήσεις, ὄρασιν, ἀκοὴν, ὄσφρησιν, γεῦσιν, ἁφήν. Ἀριστοτέλης ἕκτην μὲν οὐ λέγει, κοινὴν δὲ αἴσθησιν τὴν τῶν συνθετῶν εἰδῶν κριτικήν, εἰς ἣν πᾶσαι συμβάλλουσιν αἱ ἁπλαῖ τὰς ἰδίας ἑκάστη φαντασίας, ἐν ᾗ τὸ μεταβατικὸν ἀφ' ἑτέρου πρὸς ἕτερον, οἱονεὶ σχήματος καὶ κινήσεως, δείκνυται. Δημόκριτος πλείους τῇ αἰσθήσεις εἶναι τὰ ἄλογα ζῶα, ἢ τοὺς θεοὺς καὶ σοφούς.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 50 sur 413

Πῶς γὰρ ἡ αἴσθησις, καὶ ἡ νόησις, καὶ ὁ λόγος καταθέσιν λογισμός. A

Οἱ Στωϊκοί φασιν ὅταν ἄνθρωπος γένηται, ἔχειν ὃ ἡγεμονικὸν μέρος τῆς ψυχῆς αὐτὸ, ὥσπερ χάρτην εὐαρμοστοῦντα εἰς ἀπογραφὴν, εἰς τοῦτο γὰρ μία ἑκάστη τῶν ἐννοιῶν ἀπογράφεται· πρῶτος δὲ ὁ τῆς αἰσθήσεως τύπος, ὁ λόγος τῶν αἰσθήσεων· αἰσθανόμενοι γάρ φασιν, οἷον λευκοῦ χιτωνίου, ἀπελθόντος αὐτοῦ μνήμην ἔχομεν, ὅταν σὺ ὁμοειδεῖς πολλαὶ μνῆμαι γένωνται, τότε φαμὲν ἔχειν ἐμπειρίαν· ἐμπειρία γάρ ἐστιν ὁμοειδῶν φαντασιῶν πλῆθος· τῶν δ' ἐννοιῶν αἱ μὲν φυσικῶς γίγνονται παρὰ τοῖς εἰρημένοις τύποις, καὶ οὐ τεχνικῶς· B αἱ δὲ ἤδη διὰ ἡμετέρας ὁπῆς μελέτης καὶ διδασκαλίας· αὐταὶ γὰρ καὶ ἐννοιαὶ καλοῦνται μόναι, ἐπιφραὶ δὲ αἱ προληπτικὸς· ὁ δὲ λόγος καθ' ὃν προσαγορεύομεν λογικοὶ, ἐκ τῶν προλήψεων συμπληροῦσθαι λέγεται κατὰ τὸν πρῶτον ἑβδομάδα· τοῦτο γάρ ἐστι νόημα, φαντασμα διανοίας λογικοῦ ζώου· ὃ δὲ φαντασμα ἐπειδὴ λογικὴ προσαπτώσῃ ψυχῇ, ἐννοήματος δεῖται, εἰληφότος τοὔνομα τοῦτο τὸ νοεῖν· διόπερ τοῖς ἄλλοις ἀλόγοις ζώοις οὐ προσπίπτει φαντάσματα· ὅσα δὲ καὶ τοῖς θεοῖς, καὶ ἡμῖν γε, ταῦτα φαντάσματα μόνον ἐστίν; ὅσα δὲ ἡμῖν, ταῦτα καὶ φαντάσματα κατὰ γένος, καὶ C ἐννοήματα κατ' εἶδος· ὥσπερ τὰ δίωβολα καὶ οἱ στατῆρες, αὐτὰ μὲν καθ' αὑτὰ ὄντα ἀργύρια δίωβολα, καὶ στατῆρες· ἐὰν δὲ εἰς πλοῖα δοθῇ μίσθωσιν, πλοιικὰ ὄντα προσὸν τὰ δίωβολα ἔτι καὶ ναῦλα λέγεται.

Quomodo fiat ſenſus, notio, prænotio, & interior ratio.

Quum, inquiunt Stoici, homo procreatur, tum principem habet partem animæ ipſius, per æquè ac chartam deſcriptioni rerum delineandæ aptam, in ea enim parte vnaquæque notionum delineatur. Primus autem delineandi modus per ſenſus fit: quum enim aliquid ſenſu percipitur, vt alba tunica, eius remotæ memoriam habemus, at quum multæ memoriæ eiuſdem formæ nobis fiunt, tunc dicimus nos habere experientiam; Experientia nanque eſt imaginationum eiuſdem generis multitudo. Notionum autem aliæ natura, eo quo diximus pacto, fiunt, non arte; aliæ verò iam noſtra induſtria & doctrina parantur, atque hæ ſolæ notiones vocantur, illæ verò prænotiones. At ratio, qua rationales dicimur, ex prænotionibus primo ſeptenario compleri dicitur. Id enim conceptus mentis eſt, phantaſma intelligentiæ animalis ratione præditi. Phantaſma nanque vbi ad rationalem animam accidit, ratiocinio indiget, quod nomen à mentis ratiocinatione dictum eſt, quapropter reliquis brutis animantibus non accidunt phantaſmata; quæ verò & Diis & nobis, ipſa quoq; phantaſmata tantùm ſunt, quæ verò nobis, ea & phantaſmata in genere ſunt, & in ſpecie notiones: quemadmodum denarij ac ſtateres, ipſi quidem per ſe ſunt denarij & ſtateres, at ſi ad nauigij conductionem dentur, tunc iis accedit quòd & denarij ſint, & naula dicantur.

Περὶ φαντασιῶν.

De phantaſiis, ſeu imaginationibus.

Χρύσιππός φησι διαφέρειν ἀλλήλων τέτταρα τοῦτα, φαντασίαν, φάντασμα, φαντασικὸν, φαντασμα· φαντασία γὰρ οὖν ἐστι πάθος ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενον, ἢ ἐνδεικνύμενον αὑτό τε καὶ ὃ πεποίηκός· οἷον ἐπειδὴ ἴδωμεν ὃ λευκὸν ὅ ἐστι πάθος ἐγγεγενημένον διὰ τῆς ὄψεως ἐν τῇ ψυχῇ ἀλλοίωσιν τῆς πεπονθότος· εἴρηται δὲ φαντασία ἐκ τοῦ φαίνεσθαι αὐτό τε καὶ ὃ πεποίηκε, ἢ ἀπὸ τοῦ φωτός· καθάπερ γὰρ ὁ φὼς αὑτὸ δείκνυσι, καὶ τἆλλα τὰ ἐν αὐτῷ περιεχόμενα, καὶ ἡ φαντασία δείκνυσιν ἑαυτὴν, καὶ ὃ πεποίηκεν αὐτήν· φαντασὸν δὲ ὃ ποιοῦν τὴν φαντασίαν, οἷον ὃ λευκὸν καὶ ὃ ψυχρὸν, καὶ εἴ τι ἄλλο διὰ τῶν αἰσθήσεων δυνάμενον κινῆσαι τὴν ψυχὴν, φαντασὸν ὄνομα· φαντασικὸν δέ ἐστι διάκενος ἑλκυσμὸς, πάθος ἐν τῇ ψυχῇ ἀπὸ κενοῦ φαντασοῦ γινόμενον, καθάπερ ὅταν τὰ σκιαμαχοῦντος. τῇ γὰρ φαντασίᾳ ὑποκείται τι φαντασὸν, τῷ δὲ φαντασικῷ οὐδέν· φάντασμα δέ ἐστιν ἐφ' ὃ ἐλκόμεθα καὶ τὸ φαντασικὸν διάκενον ἑλκυσμόν· ταῦτα δὲ γίνεται ὅταν τῶν μελαγχολικῶν καὶ μεμηνότων, ὥσπερ ὅταν Ὀρέστου, καὶ τὰ περὶ Ὁμήρου Θεοκλυμένου.

Chryſippus inter ſe differre quatuor hæc exiſtimat phantaſiam, phantaſtum, phantaſticum, & phantaſma. Enimuerò phantaſia *imago* affectio eſt quæ in anima naſcitur, ſéque ipſam ac affectionis D cauſam oſtendit; vt quum album cernimus quo affectio inſidet animæ per aſpectum oborta, qua affecta anima immutatur. Phantaſia nomen duxit, ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι, quòd ſeipſam affectioniſque cauſam declaret; vel ἀπὸ τοῦ φωτὸς, *à lumine*, nam ſicut lumen ſeipſum oſtendit, & quæ cætera ipſum ambiunt; ita phantaſia & ſe ſe, & quod ipſam affecit, demonſtrat. Phantaſtum autem *imaginarium* eſt quod phantaſiam afficit, & album, & frigidum, & ſi quid aliud per ſenſus *reliquos* animam mouere queat, id phantaſtum exiſtit. Phantaſticum verò, *imaginatio* inanis tractus in anima affectio à nullo phantaſto, E ſeu imaginario obiecto producta, vt aduertitur in eo qui cum vmbra concertat, & vacuo aëri manus infert. Phantaſiæ nanque aliquid ſubiicitur, phantaſtico verò, nihil. Phantaſma denique *imaginabile* eſt ad quod trahimur inani tractu phantaſticæ motionis; atque hæc in melancholicis & furentibus, vt in Oreſte & Theoclymo apud Homerum contingunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Περὶ ὁράσεως, καὶ πῶς ὁρῶμεν.

CAPVT XXV.

De viſu, & quomodo videamus.

Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος κατ' εἰδώλων ἐμπτώσιν οἴονται τὸ ὁρᾶν συμβαίνειν· ἕτεροι κατ' ἀκτίνων ἔκχυσιν μετὰ τῆς πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἔντασιν πάλιν ὑποστροφείσης τῆς ὄψεως. Ἐμπεδοκλῆς τοῖς εἰδώλοις τὰς ἀκτῖνας ἀνέμιξε προσαγορεύσας τὸ γινόμενον, ἀκτῖνας εἰδώλου σωμάτων. Ἱππαρχος τὰς ἀκτῖνάς φησιν ἐφ' ἑκα-

DEMOCRITVS & Epicurus imaginum intromiſſione *ab obiectis* viſionem fieri arbitrantur. Alij radiorum effuſione qui poſt intenſionem ad obiectum depulſam, rurſum ad oculos reuertuntur. Empedocles ſimulachris radios adiunxit, & quod producitur ad radios ſimulachri compoſiti appellauit. Hipparchus radios, inquit, vtroque ad

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 51 sur 413

oculo porrectos ſuis extremis tanquam manuum apprehenſionibus, externis corporibus ſenſum alligantibus ad cernendum adducere. Plato luminis, vnius quidem effluentis colluſtratione ad interuallum quoddam in conſimilem aërem, alterius verò à corporibus exurgentis, ac per intermedium aërem qui perfunditur, ac facile immutatur ſe ſe ad igneos oculos extendentis viſionem dimanare protulit. Atque hæc eſt quæ Platonis colluſtratio dicitur.

De ſpeculo, & ſpeculi imaginibus.

Empedocles *ſpeculi imagines fieri cenſet* per radiorum quidem in ſuperficie ſpeculi coëuntium effluentias, quæ efficiuntur ab ignea vi à ſpeculo prodeunte, appoſitúmque aërem in quem radiorum effluentiæ feruntur, ſecum trahente. Democritus & Epicurus ſpeculares inſpectiones fieri *contendunt* ex ſimulachrorum ſubſtantia quæ à nobis quidem feruntur, in ſpeculo verò conſiſtunt per contrariam conuerſionem, vt ad nos. Pythagorei ex refracto viſu, ferri nanque viſum intenſum, vt ad æs, læui verò denſóque obiecto occurrentem, rurſúſque repulſum in ſe ipſum reuerti. Ac ſimile quippiam ei accidat cum manu quæ extenditur, & ad humerum rurſum deducitur.

Vtrum videantur tenebræ.

Stoici tenebras videri deprehendunt; ex oculis enim prodeuntem radium quemdam ad ipſas penetrare: neque falli viſum, ab ipſo namque reuera cernuntur comprehenduntúrque tenebræ. At excurrunt ex oculis radij ignei, haud nigri, vel caliginoſi: tenebræ verò viſum colligunt, concitant, ac obtrudunt: lux autem viſum noſtrum diſpergit, & ad res videndas per medium aërem deducit: quamobrem non in tenebris, ſed ipſas tenebras duntaxat nos intueri licet. Chryſippus contentione intermedij aëris videre nos *arbitratur* icto quidem à ſpiritu viſorio, qui à principe facultate aduſque pupillam exporrigitur, poſt impulſum verò ad vicinum aërem ipſum in coni formam contendente, quum eiuſdem ſit generis aër.

CAPVT XXVI.

De Auditu.

EMPEDOCLES auditum fieri appulſu ſpirantis aëris in cartilaginoſam *auris* cochleam, quem cenſet ad interiorem aurem delatum eſſe, & ad tympani vacuum ſublatum & percuſſum. Alcmæon audire nos dicit, quòd interior auris vacua ſit. Etenim hoc eſſe quod ſpiritus impetu perſonat, omnia namque vacua reſonant. Diogenes aëre capiti incluſo qui voce percutitur ac commouetur. Plato, quique ipſum ſequuti ſunt, aërem capiti incluſum percuti, eum autem ad principem facultatem reflecti, auditúſque ſenſum creari.

De odoratu.

Alcmæon in cerebro principem eſſe facultatem cenſet, proindéque quum reſpiratione attrahit odores, ipſam ſentire. Empedocles ab ea, quæ à pulmone perficitur, reſpiratione, odores percipi, diſcerníque: ideóque quum reſpiratio grauis ſit ob ſcabritiem, eum non ſentiri, quemadmodum inhumorum defluxu laborantibus deprehenditur.

τέρου τὴν ὀφθαλμὴν ἀποτεινομένας τοῖς πρόσθεν αὐτῶν, οἷ χεῖρων ἐπαφαῖς προεκβαπτούσας τοῖς ἐκτὸς σώμασι τὴν αἴσθησιν πρὸς τὸ ὁρᾶν προσάγειν. Πλάτων δὲ συναυγασμὸν, τὸ μὲν ἐκ τῆς ὀφθαλμῆς φωτὸς ὅπερ ποσὸν ἀπορρέοντος εἰς τὸ ὅμοιον ἀέρα, τὸ δὲ ἀπὸ τῶν σωμάτων φερομένου ἀπορρῆναι. Τὸ δὲ μεταξὺ ἀέρα διαφανῆ ὄντα καὶ διαφεγγῆ, συνεκτείνοντος τοῦ πυρώδους τῆς ὄψεως, αὕτη λέγεται Πλατωνικὴ συναύγεια.

Περὶ καθόπτρου, καὶ τῶν καθοπτρικῶν ἐμφάσεων.

Ἐμπεδοκλῆς, καὶ ἀπορροίας μὲν τὰς συνίστασθαι ἀπὸ τῆς ὑπαφαιρέσεως τοῦ καθόπτρου πυρώδους, καὶ τὸ προσκείμενον ἀέρα εἰς ὃν φέρεται τὰ ῥεύματα συμμεταφέροντος. Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος τὰς καθοπτρικὰς ἐμφάσεις γίνεσθαι κατ' εἰδώλων ὑποστάσεις, ἃ δὴ φέρεσθαι μὲν ἀφ' ἡμῶν, συνίστασθαι δὲ ὑπὸ τοῦ καθόπτρου καὶ τὴν ἀντιστροφὴν οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου καὶ τὰς ἀντιμαχλάσεις τῆς ὄψεως. Φέρεσθαι μὲν γὰρ τὸ ὄψιν πεπαιδεῦσθαι ὡς ὑπὸ τοῦ χαλκοῦ, εἰχόνεσθαι δὲ πυκνοῦ καὶ λείου, πληγὴν ὑποστρέφειν αὐτὸ ἐφ' ἑαυτὸ· ὅμοιόν τι πάσχουσθαι τῇ σκιᾷ τὸ χαλκοῦν, καὶ τῇ ὑπὸ τοῦ ὤμου ἀντεπιστροφῇ.

Εἰ ὁρᾶται τὸ σκότος.

Οἱ Στωϊκοὶ ὁρᾶσθαι εἶναι τὸ σκότος ὑπολαμβάνουσιν, οὐκ γὰρ τῆς ὄψεως ἐξικνεῖσθαί τινα εἰς αὐτὸ αὐγὴν· καὶ οὐ ψεύδεται ἡ ὅρασις. Βλέπεται γὰρ ταῖς ἀληθείαις ὑπ' αὐτῆς τὸ σκότος· προσέρχονται δὲ οὐκ ἀπὸ τῆς ὄψεως ἀκτῖνες πύρειναι, οὐχὶ μέλαιναι, ἢ ὁμιχλώδεις· τὸ μὲν σκότος συνάγει, καὶ συσκιοῖ τὴν ὅρασιν, καὶ ἀμβλυοῖ· τὸ δὲ φῶς διακρίνει, καὶ παραδηλοῖ τὴν ὅρασιν ἡμῖν ὑπὸ τὰ ὁρατὰ διὰ τοῦ μεταξὺ ἀέρος. Διὰ τὸ μὴ ὁρᾶν ἡμᾶς οὐ τὸ σκότος, ἀλλ' αὐτὸ μόνον τὸ σκότος. Χρύσιππος, καὶ τὴν συνέντασιν τοῦ μεταξὺ πνεύματος, ὅταν ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ μέχρι τοῦ χρηστικοῦ διήκει, μὴ δὲ τὴν πρὸς τὸ προσεχὲς κύκλωμα ἀέρα ὑπολαμβάνει, συντείνοντος αὐτὸν κωνοειδῶς, ὅταν ἡ ὁμοχλὴς ὁ ἀήρ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κϛ'.

Περὶ ἀκοῆς.

Ἐμπεδοκλῆς τὴν ἀκοὴν γίνεσθαι καὶ ἔμπλωσιν τοῦ πνεύματος τοῦ κοχλιώδη χόνδρον, ὅταν φησὶν ὀξυπτῆσθαι ἐντὸς τοῦ ὠτὸς, κόδωνος ἔοικεν αἰωρούμενον, καὶ τυπτόμενον. Ἀλκμαίων ἀκούειν ἡμᾶς φησι τοῦ κενοῦ τοῦ ἐντὸς τοῦ ὠτός· τοῦτο γὰρ εἶναι τὸ προσηχοῦν καὶ τὴν τοῦ πνεύματος εἰσβολήν· πάντα γὰρ τὰ κενὰ ἠχεῖ. Διογένης τοῦ ἐν τῇ κεφαλῇ ἀέρος ὑπὸ φωνῆς τυπτομένου, καὶ κινουμένου. Πλάτων, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, πληγὰς τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ ἀέρα· τοῦτον δ' ἀνακλᾶσθαι εἰς τὸ ἡγεμονικὸν, καὶ γίνεσθαι τῆς ἀκοῆς τὴν αἴσθησιν.

Περὶ ὀσφρήσεως.

Ἀλκμαίων ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ φησὶν εἶναι τὸ ἡγεμονικὸν, τούτου δὴ ὁσφραίνεσθαι ἕλκοντος διὰ τῶν ἀναπνοῶν τὰς ὀσμάς. Ἐμπεδοκλῆς τὰς ἀναπνοὰς τὰς ἀπὸ τοῦ πνεύμονος συνεκκρίνεσθαι τὴν ὑδρώδη· ὅταν δὴ ἡ ἀναπνοὴ βαρεῖα γίνηται καὶ τραχύτητα μὴ συναναδίνεσθαι, ὥσπερ ὅπου τῶν ῥευματιζομένων.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 52 sur 413

Περὶ γεύσεως.

Ἀλκμαίων οἴεται τῷ ὑγρῷ, καὶ τῷ χλιαρῷ ὡς ἐν τῇ γλώττῃ ὑπὸ τῆς μαλακότητι κρίνεσθαι τοὺς χυμούς. Διογένης, τῇ ἀραιότητι τῆς γλώττης, καὶ τῇ μαλακότητι, καὶ διὰ τὰς φλέβας ἀπὸ τοῦ σώματος εἰς αὐτὴν φλεβίας, καὶ διαχεῖας τοὺς χυμοὺς ἑλκομένους εἰς τὴν αἴσθησιν, καὶ τὸ ἡγεμονικόν, καθάπερ ἀπὸ σπογγιᾶς.

De guſtu.

Alcmæon arbitratur tum humore ac tepore linguæ, tum mollitie internoſci ſapores. Diogenes raritate linguæ & mollitie, & propter venas quæ à corpore in ipſam deriuantur, & diffundi ſapores attractos in ſenſum, & in principem facultatem, vt à ſpongia.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Περὶ φωνῆς.

Πλάτων φωνὴν οἴεται πνεῦμα διὰ στόματος ἀπὸ διανοίας ἠγμένον, καὶ πληγὴν ὑπ' ἀέρος δι' ὤτων καὶ ἐγκεφάλου, καὶ αἵματος μέχρι ψυχῆς διαδιδομένην. [λέγεται δὲ καὶ καταχρηστικῶς ὅτι τὴν ἀλόγων ζώων φωνὴν, καὶ τὴν ἀψύχων, ὡς χρεμετισμὸν καὶ ῥόθιον κυρίως ἡ φωνὴ ἔναρθρός ἐστιν, ὡς φωτίζουσα τὸ νοούμενον. Ἐπίκουρος, τὴν φωνὴν εἶναι ῥεῦμα ἐκπεμπόμενον ἀπὸ τῶν φωνούντων, ἢ ἠχούντων, ἢ ψοφούντων· τοῦτο δὲ ῥεῦμα εἰς ὁμοιομερῆ σχήματα διαιρεῖσθαι διαύσματα· ὁμοιομερῆ δὲ λέγει τὰ στρογγύλα τοῖς στρογγύλοις, καὶ σκαληνὰ καὶ τρίγωνα τοῖς ὁμοιομερέσι· τούτων δὲ ἐμπιπτόντων τὴν ἀκοὴν, ἐκπληροῦσθαι τὴν αἴσθησιν τῆς φωνῆς· φανερὸν δὲ τοῦτο γίνεσθαι ἀπὸ τῶν ἀσκῶν ἐκρεόντων, καὶ τῶν ἐκφυσώντων κυαφέων τοῖς ἱματίοις. Δημόκριτος καὶ τὸν ἀέρα φησὶν εἰς ὁμοιομερῆ σχήματα διαιρεῖσθαι σώματα, καὶ συγκαλινδεῖσθαι τοῖς ἐκ τῆς φωνῆς διαύσμασι· καλιὸς οὖν ἂν δοκοίη καλιὸν ἰδὼν, καὶ ἀεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸ ὅμοιον· καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἀγαλείοις αἱ ὁμοιαι ψῆφοι κεῖνται τοῖς αὐτοῖς ἕδεσιν ὁρῶνται, καὶ ἄλλο μὲν αἱ σφαιροειδεῖς, καὶ ἄλλο δὲ, αἱ ἐπιμήκεις· καὶ ὅτι τῶν κοσκινιζόντων ἐστὶ τὰ ὅμοια συναυλίζεται τὰ ὁμοιομερῆ, ὥστε χωρεῖν εἰς τοὺς αὐτοὺς εἰπεῖν· πῶς ὀλίγα διαύσματα πλήσαι μυρίανδρον ἐκκλησίαν θέατρον.] Οἱ δὲ Στωϊκοὶ φασι τὸν ἀέρα μὴ συγκεῖσθαι ἀπὸ διαυσμάτων, ἀλλὰ συνεχῆ εἶναι δι' ὅλου μηδὲν κενὸν ἔχοντα· ἐπειδὰν δὲ πληγῇ τὸ πνεῦμα κυματοῦται καὶ κύκλοις ὀρθοῖς εἰς ἄπειρον, ἕως πληρώσῃ τὸ ὑποκείμενον ἀέρα, ὡς ὅτε τὴν κολυμβήθραν πληγείσης λίθου, ἐκκυλιομένης μὲν αὐτῆς κυκλοειδῶς, τὸ δὲ ἀέρος σφαιροειδῶς. Ἀναξίμανδρος τὴν φωνὴν γίνεσθαι πνεύματος ἐμπεσόντος μὲν στερεμνίῳ ἀέρι, τῇ δὲ ἀποστροφῇ τῆς πλήξεως, μεγέθει τοῦ ἀκοῆ προσπεσόντος καθ' ὃ καὶ τὴν λεγομένην ἠχὼ γίνεσθαι.

Εἰ ἀσώματος ἡ φωνὴ, καὶ πῶς ἦχος γίνεται.

imminuitur enim & fame contabescit. Omnia namque quæ dico eiusmodi hominem pati, ea fami attribuo. Dico autem etiam omnes alios homines qui sine cibis duos aut tres dies degerunt, eadem passuros quæ de impransis protuli. At eiusmodi naturas ego dico celeriter ac vehementer suorum delictorū damna percipientes reliquis imbecilliores esse. Proximè verò ad ægrotantem imbecillus accedit. Est autem imbecillior qui ægrotat, magisque ipsi, qui aliquid intempestiuè egerit, consentaneum est laborare. Quum autem eiusmodi diligentia in arte existat, quod est certissimū semper assequi difficile est. Multæ tamē species in Medicina ad tantam diligentiam perueniūt, de quibus dicetur. Neq; sanè priscam artē *Medicam* ideò quòd exactam omnium certitudinem non habeat, quasi nō existentem, neq; rectè inuestigatam reiiciendā esse censeo. Verùm multò magis quòd proxima sit certissimæ veritati, simúlq; ratiocinio possit ad ipsam peruenire, admirari oportere cēseo ea quæ ex multa ignorātia sunt eruta ac inuēta, prout probè rectéq; inuēta sunt & nō à fortuna, aut casu.

CAPVT VI.

Solas qualitates primas nec sanitatis, nec affectuum causas esse, sed à diuerso pane diuersas oboriri hominum affectiones.

AD eos verò qui communi ratione artem ex suppositione quærunt, orationem redire volo. Si enim est calidum, aut frigidum, aut siccum, aut humidum quod lædit hominē; ac oportet rectè medentem calido quidem per frigidum, frigido verò per calidum, sicco per humidum, & humido per siccum opitulari; sit mihi homo non ex robustis natura, sed imbecillioribus, edat autem ille triticū, quod ex area sustulit crudum & illaboratum, & incoctas carnes, aquámque bibat; hac vtens victus ratione, certò scio quòd is multa & grauia sit perpessurus. Etenim & doloribus vexabitur, ac corpus erit imbecillum, & ventriculus corrumpetur, neque diuturno tempore viuere poterit. Quodnam igitur ita se habenti auxilium comparandum est? Simplex enim est horum quodque. Si enim quod lædit ab his ipsis est diuersum, id contrario conuenit soluere, prout illis verba sunt. Tutissimum enim atque euidentissimum remediū est, sublatis quibus vtebatur cibis, pro tritico quidem panem præbere, pro crudis carnibus coctas, ad hæc vinum bibere. His permutatis fieri non potest quin sanus euadat, nisi penitus fuerit & tempore & victu corruptus. Quid ergo dicemus. Nū ei à frigidis malè affecto, calida hæc exhibita profuerunt, an contraria? Ego namque arbitror, multam me interrogato dubitationem præstitisse. Qui enim panem ex tritico apparat, calidum, aut frigidum, aut siccum, aut humidum abstulit. Nam *panis* & igni & aquæ traditur, & multis aliis elaboratur, quorum quodque propriam facultatem & naturam obtinet, & eorum quidem quæ ipsi insunt, quædam abiecit, aliis verò temperatus & mixtus est. Enimverò & hæc noui, scilicet humano corpori interesse sitne panis purus, an confusaneus, vel non expurgato tritico factus, an purgato atque excorticato, aut copiosa aqua subactus, aut non subactus, aut excoctus, an incoctus, aliáque ad hæc innumera. Similiter quoque & de maza. At & magnæ sunt cuiusque facultates, nihilque altera alteri simile. Quicunque verò hæc non aduertens haud nouit, quonam modo is prauos hominum affectus cognoscere queat?

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 163 sur 413

nam ab eorum vnoquoque homo & efficitur, & alteratur vel hoc, vel illo modo, atque ex his omnis vita & sano, & ex morbo se reficienti, & ægroto. Non igitur alia his vtiliora, aut certè magis necessaria sunt quàm hæc nosse.

CAPVT VII.

De primis ac secundis qualitatibus seu facultatibus & earum mixtione & secretione, quibus afficitur homo.

QVàm verò egregiè, & conuenienti ratiocinatione inuestigantes ad hominis naturam hæc apta primi inuentores inuenerunt, iudicarúntque artem dignam quæ Deo ascriberetur, vt & ducitur. Non enim siccum, neque humidum, neque calidum, neque frigidum, neque horum quicquam hominem lædere existimarunt, neque horum aliquo indigere. Sed quod in vnoquoque robustum est, & natura eáque humana potentius, quódque superari ipsa nequit, id lædere censuerunt, & tollere conati sunt. Robustissimum autem est in dulci quidem dulcissimum, in amaro amarissimum, in acido acidissimum, & quod in vnaquaque rerum omnium summum est. Hæc enim & homini inesse, & hominem lædere videbant. Inest enim homini & amarum, & salsum, & dulce, & acidum, & acerbum, & insipidum, aliáque innumera omnigenas facultates habentia, tum copiam, tum robur. Et hæc quidem mixta inter se & temperata neque conspicua sunt, neque hominem lædunt: at vbi quidpiam horum secretum fuerit, & per se solum extiterit, tunc conspicuum est, & hominem molestia afficit. Quinetiam ex cibariis quæcunque nobis idonea non sunt, ac ingesta hominem lædunt, eorum quodque aut amarum quid, aut intemperatum est, aut salsum, aut acidum, aut quid aliud, & à mixtione secretum, & robustum, ob idque ab ipsis turbamur, vt & ab iis quæ ex corpore excernuntur. At quæcunque homo edit aut bibit edulia eiusmodi minimè huius succi intemperati & excedentis manifestè erunt participia, vt panis & maza, & quæ hæc sequuntur, quibus homo plurimis & semper vti consueuit, præterea, quæ ad voluptatem & satietatem condiuntur, & apparantur: ac ab iis plurimis in hominem ingestis, turbatio, & facultatum corporis erectio minimè fit, sed robur, & incrementum, & alimentum maximè, ob nihil aliud obtingit, quàm quòd & probè contemperata sunt, & nihil habent intemperatum, sed totum vnúmque factum est & simplex, & validum. Atque ego haud capio, qui ista verba loquuntur, artémque ex hac via ad suppositionem abducunt, quo tandem modo, quemadmodum supponunt, homines curaturi sint. Neque enim, vt ego arbitror, ipsis est adinuentum ipsum quid per se calidum, aut frigidum, aut siccum aut humidum, ac nullius alterius generis particeps. Verùm arbitror ego eosdem ipsis potus, & cibos esse, quibus omnes vtimur, sed huic calidum esse illi frigidum, huic siccum, illi humidum attribuunt. Quandoquidem illud anceps est imperare ægrotanti calidum quid assumere. Statim enim quæret quid illud sit, vt nugari necesse sit, vel ad horum quæ sunt aliquod confugere. At verò si quod calidum est, acerbum sit, aliud autem calidum, insipidum; aliud denique calidum quod commoueat (sunt enim

A ὑπὸ γὰρ ἑνὸς ἑκάστου τουτέων, πάσχει τε καὶ ἑτεροιοῦται ἄνθρωπος, ἢ τοῖον, ἢ τοῖον. καὶ διὰ τουτέων πᾶς ὁ βίος, καὶ ὑγιαίνοντι, καὶ ἐκ νόσου ἀνατρεφομένῳ, καὶ κάμνοντι. οὐκ ἂν δὴν ἕτερα τουτέων χρησιμώτερα, οὐδὲ ἀναγκαιότερα ἔῃ εἰδέναι δήπου.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Περὶ τῶν πρώτων τε καὶ δευτέρων ποιοτήτων ἢ δυνάμεων, καὶ περὶ τῆς αὐτῶν συμμίξεώς τε, καὶ ὑποκρίσεως, ἀφ' ὧν ὁ ἄνθρωπος εὖ καὶ κακῶς διατίθεται.

B ΩΣ δὲ καλῶς καὶ λογισμῷ προσήκοντι ζητήσαντες, πρὸς τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν εὗρον αὐτὰ οἱ πρῶτοι εὑρόντες, καὶ ᾠήθησαν ἀξίην τὴν τέχνην θεῷ προσθεῖναι, ὡς καὶ νομίζεται. οὐ γὰρ ὦ ξηρόν· οὐδὲ ὦ ὑγρόν· οὐδὲ ὦ θερμόν· οὐδὲ ὦ ψυχρόν, οὐδ' ἄλλο τουτέων οὐδὲν ἡγησάμενοι, οὔτε λυμαίνεσθαι, οὔτε προσδεῖσθαι οὐδενὸς τουτέων τὴν ἄνθρωπον. ἀλλ' ὅτι ἰσχυρὸν ἑκάστου, καὶ ὦ κρέσσον τῆς φύσιος τῆς ἀνθρωπίνης, οὗ μὴ ἠδύνατο κρατέειν, τοῦτο βλάπτειν ἡγήσαντο. καὶ τοῦτο ἐζήτησαν ἀφελέειν. ἰσχυρότατον δέ ἐστι, τοῦ μὲν γλυκέος, ὦ γλυκύτατον· τοῦ δὲ πικροῦ, ὦ πικρότατον· τοῦ δὲ ὀξέος, ὦ ὀξύτατον·

C ἑκάστου δὲ πάντων τῶν ἐόντων, ἡ ἀκμή. ταῦτα γὰρ ἑώρων καὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐνεόντα, καὶ λυμαινόμενα τὴν ἄνθρωπον. ἔνι γὰρ ἀνθρώπῳ καὶ πικρόν, καὶ ἁλμυρόν, καὶ γλυκύ, καὶ ὀξύ, καὶ στρυφνόν, καὶ πλαδαρόν, καὶ ἄλλα μυρία παντοίας δυνάμιας ἔχοντα, πλῆθός τε καὶ ἰσχύν. ταῦτα μὲν μεμιγμένα, καὶ κεκρημένα ἀλλήλοισιν, οὔτε φανερά ἐστιν, οὔτε λυπέει τὴν ἄνθρωπον. ὅταν δέ τι τουτέων ἀποκριθῇ, καὶ αὐτὸ ἐφ' ἑωυτοῦ γένηται, τότε καὶ φανερόν ἐστι, καὶ λυπέει τὴν ἄνθρωπον. τοῦτο δὲ τῶν βρωμάτων ὅσα ἡμῖν ἀνεπιτήδεια ἐστι, καὶ λυμαίνεται τὴν ἄνθρωπον ἐμπεσόντα, τουτέων ἕκαστον, ἢ πικρόν τι, καὶ ἄκρητόν ἐστιν ἢ ἁλμυρόν· ἢ ὀξύ· ἢ ἄλλο

D τι ἄκρητόν τε, καὶ ἰσχυρόν. καὶ διὰ τοῦτο ταρασσόμεθα ὑπ' αὐτέων, ὥσπερ καὶ ὑπὸ τῶν ἐκ τοῦ σώματος ἀποκρινομένων. πάντα δὲ ὅσα ἄνθρωπος ἐσθίει, ἢ πίνει, τὰ τοιαῦτα βρώματα ἥκιστα τουτέου χυμοῦ ἀκρήτου τε, καὶ διαφέροντος, δῆλα ἔσται μετέχοντα. οἷον ἄρτος τε καὶ μάζα, καὶ τὰ ἑπόμενα τουτέοισιν οἷσιν εἴθισται ἄνθρωπος πλείστοισί τε καὶ αἰεὶ χρέεσθαι. ἔξω τῶν πρὸς ἡδονήν τε, καὶ κόρον ἠρτυμένων τε, καὶ ἐσκευασμένων. καὶ ἀπὸ τουτέων πλείστων ἐσιόντων ἐς τὴν ἄνθρωπον, ταραχήτε καὶ ἀπόκρισις τῶν ἀμφὶ τὸ σῶμα δυνάμιων, ἥκιστα γίνεται. ἰσχύς τε καὶ αὔξησις, καὶ τροφὴ μάλιστα

E δι' οὐδὲν ἕτερον γίνεται, ἢ ὅτι εὖ τε συγκέκρηται, καὶ οὐδὲν ἔχει ἄκρητον, οὐδὲ ἰσχυρόν. ἀλλ' ὅλον ἕν τε γέγονε, καὶ ἁπλόον, καὶ ἰσχυρόν. ἀπορέω δ' ἔγωγε, οἱ τὴν λόγον ἐκεῖνον λέγοντες, καὶ ἀπάγοντες ἐκ ταύτης τῆς ὁδοῦ ἐπὶ ὑπόθεσιν τὴν τέχνην, τίνα ποτὲ τρόπον θεραπεύσουσι τοὺς ἀνθρώπους, ὥσπερ ὑποτίθενται. οὐ γάρ ἐστιν αὐτέοισιν, ὡς ἐγὼ οἶμαι, ἐξευρημένον αὐτό τι ἐφ' ἑωυτοῦ θερμόν, ἢ ψυχρόν ἢ ξηρόν, ἢ ὑγρόν, μηδενὶ ἄλλῳ εἰδεῖ κοινωνέον. ἀλλ', οἶμαι, ἔγωγε ταῦτα πόματα καὶ βρώματα αὐτέοισιν ὑπάρχειν, οἷσι πάντες χρώμεθα. προστιθέασι δὲ τῷ

F μὲν, εἶναι θερμῷ· τῷ δὲ, ψυχρῷ· τῷ δὲ, ξηρῷ· τῷ δὲ, ὑγρῷ. ἐπεὶ ἐκεῖνό γε ἄπορον, προστάξαι τῷ κάμνοντι, θερμόν τι προσενέγκασθαι. εὐθὺς γὰρ ἐρωτήσει, τί ἐστιν, ὥστε λήρειν ἀνάγκη, ἢ ἐς τουτέων τι τῶν γενομένων καταφυγεῖν. εἰ δὲ δὴ τυγχάνει ὦ μὲν θερμὸν ἐὸν στρυφνόν· ἄλλο δὲ θερμόν, πλαδαρόν· ἄλλο δὲ θερμόν, ἀράδον ἔχον,

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 164 sur 413

ἔστι γὰρ καὶ ἄλλα τε θερμὰ, καὶ ἄλλας δυνάμιας ὑπεναντίας ἑωυτοῖσιν ἔχοντα, εἰ δήσει τι αὐτέων προσενεγκεῖν; ἢ ὂ θερμὸν καὶ στρυφνόν· ἢ ὂ θερμὸν καὶ πλαδαρόν· ἢ ἅμα ὂ ψυχρὸν καὶ στρυφνόν. ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο, καὶ ὂ ψυχρόν τε καὶ πλαδαρόν. ὡς μὲν καὶ ἔγωγε οἶδα, πᾶν τοὐναντίον ἐφ' ἑκατέρου αὐτέων ἀποβαίνει· καὶ οὐ μόνον ἐν ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν σκύτει, καὶ ἐν ξύλῳ, καὶ ἐν ἄλλοισι πολλοῖσι, ἅ ἐστιν ἀνθρώπου ἀναισθητότερα. οὐ γὰρ ὂ θερμόν ἐστι ὂ τὴν μεγάλην δύναμιν ἔχον, ἀλλὰ ὂ στρυφνὸν, καὶ πλαδαρὸν, καὶ τἄλλα ὅσα μοι εἴρηται, καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ ἔξω τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἐσθιόμενα, καὶ πινόμενα, καὶ ἔξωθεν ἐπιχριόμενά τε, καί πως πλασσόμενα. ψυχρότητα δ' ἔγωγε καὶ θερμότητα πασέων ἥκιστα τῶν δυνάμιων νομίζω δυναστεύειν ἐν τῷ σώματι, διὰ τάδε τὰς προφάσιας. ὃν μὲν ἂν δήπου χρόνον μεμιγμένα αὐτὰ αὐτέοισιν, ἅμα ὂ ψυχρὸν καὶ θερμὸν ᾖ, οὐ λυπέει. κρῆσις γὰρ καὶ μετριότης, τῷ μὲν ψυχρῷ, τῶν ἀπὸ τοῦ θερμοῦ, τῷ δὲ θερμῷ, ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ. ὅταν δὲ ἀποκριθείη χωρὶς ἑκάτερον, τότε λυπέει. ἐν δὲ δὴ τουτέῳ τῷ καιρῷ, ὅταν ὂ ψυχρὸν ἐγένηται, καὶ λυπήσῃ τὴν ἄνθρωπον, διὰ ταχέος, πρῶτον δι' αὐτὸ τοῦτο πάρεστι ὂ θερμὸν αὐτόθεν ἐκ τοῦ ἀνθρώπου, οὐδεμιῆς βοηθείης, οὐδὲ παρασκευῆς δεόμενον, καὶ ταῦτα καὶ ἐν ὑγιαίνουσι τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἀπεργάζεται, καὶ ἐν κάμνουσι.

alia calida, quæ subcontrarias sibi ipsis facultates habent) quodnam eorum offerendum erit? an calidum & acerbum, aut calidum & insipidum, aut frigidum simul & acerbum (tale namque aliquod est) aut frigidum & insipidum? Nam vt equidem noui, planè contrarium ab vtroque eorum accidit, neque in homine solùm, sed & in corio, & in ligno, & in aliis multis quibus quàm homini hebetior sensus est. Non enim calidum est, quòd magnam facultatem habet, verùm acerbum, & insipidum, & alia quæ à me dicta sunt, tum in homine, tum extra hominem *in iis* & quæ eduntur & bibuntur, & foris illinuntur, aut aliquomodo admouentur. Frigidum autem, & calidum inter omnes facultates, minimum equidem in corpore posse has ob causas existimo. Quo nimirum tempore ipsa inter se permixta simul calidum & frigidum fuerint, non lædunt. Contemperationem enim & commoderationem habet frigidum à calido, & calidum à frigido. Vbi verò secretum fuerit seorsim vtrumque, tunc lædit. At eo sanè tempore quum frigidum obortum fuerit, hominémque læserit, confestim, primùm ob id ipsum adest calidum indidem ex homine, nullius auxilij, neque apparatus egens, atque hæc & in sanis hominibus, & in ægrotantibus efficit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Ὅσῳ μᾶλλον ἐκθερμαίνεται ὂ σῶμα, τοσούτῳ αὐτὸν μᾶλλον διαψύχεται, καὶ ὅσῳ ψυχρότερόν ἐστι, καὶ τοσούτῳ θερμότερον γίνεται. καὶ μὴ ἀπὸ τοῦ θερμοῦ ἁπλοῦ οἱ πυρετοὶ, ἀλλὰ τοῦ θερμοῦ τε καὶ πικροῦ, ἢ τῶν ἄλλων ὁμοίων γίνονται.

Τοῦτο μὲν, εἴ τις θέλει ὑγιαῖνον χειμῶνος διαψύξαι ὂ σῶμα, ἢ λουσάμενος ψυχρῷ, ἢ ἄλλῳ τῷ τρόπῳ, ὅσῳ ἂν αὐτὸ ἐπιπλέον ποιήσῃ· καὶ ἤν γε μὴ παντάπασιν παγῇ ὂ σῶμα, ὅταν εἵματα λάβῃ καὶ ἔλθῃ ἐς τὴν σκέπην, μᾶλλον καὶ ἐπὶ πλέον θερμαίνεται ὂ σῶμα. τοῦτο δὲ, εἰ θέλοι ἐκθερμανθῆναι ἰσχυρῶς, ἢ λουτρῷ θερμῷ, ἢ πολλῷ πυρί. ἐκ δὲ τουτέου, ὂ αὐτὸ εἷμα ἔχων ἐν τῷ αὐτέῳ χωρίῳ τὴν διατριβὴν ποιέεσθαι, ὥσπερ ὁ διεψυγμένος, πολὺ φανεῖται καὶ ψυχρότερος, καὶ ἄλλως φρικαλεώτερος· ἢ ῥιπιζόμενός τις ὑπὸ πνίγεος, καὶ παρασκευάζων αὐτὸς ἑωυτῷ ψύχος ἐκ τουτέου τοῦ τρόπου διασπάσαι· τῷ τοῦτο ποιέοντι δεκαπλάσιον πάρεστι ὂ καῦμα καὶ ὂ πνίγος, ἢ τῷ μηδὲν τουτέων ποιέοντι. τὰ δὲ δὴ καὶ πουλὺ μείζω· ὅσοι ἂν διὰ χιόνος ἢ ἄλλης ψύξιος βαδίσαντες, ῥιγώσουσι διαφερόντως πόδας, ἢ χεῖρας, ἢ κεφαλὴν, οἷα πάσχουσιν ἐς τὴν νύκτα, ὅταν περισταλέωσί τε καὶ ἐν ἀλέῃ γένωνται ὑπὸ καύματος, καὶ κνησμοῦ, καὶ ἔστιν οἷσι φλύκταιναι ἀνίστανται, ὡς ἀπὸ πυρὸς κατακεκαυμένοισι. καὶ οὐ πρότερον τοῦτο πάσχουσιν, πρὶν ἢ θερμανθῶσιν. οὕτως ἑτοίμως ἑκάτερον αὐτέων ἐπὶ θάτερα παραγίνεται. μυρία δ' ἂν καὶ ἕτερα ἔχοιμι εἰπεῖν. τὰ δὲ κατὰ τοὺς νοσέοντας, οὐχ οἷσιν ἂν ῥίγος γένηται τουτέοισιν ὀξύτατος ὁ πυρετὸς ἐκλάμπει, καὶ οὐχ οὕτως ἰσχυρῶς, ἀλλὰ καὶ παυόμενος δι' ὀλίγου, καὶ ἄλλως τὰ πολλὰ ἀσινὴς, καὶ οἷς ἂν χρόνον παρῇ διάθερμος, καὶ διεξιὼν διὰ παντὸς τελευτάων ἐς τοὺς πόδας μάλιστα, οὗπερ ὂ ῥίγος καὶ ἡ ψύξις νεηνικωτάτη, καὶ ἐπὶ πλέον ἐχρόνισε. πάλιν δὲ ὅταν ἱδρώσῃ καὶ ἀπαλλαγῇ ὁ πυρετὸς, πολὺ μᾶλλον ἔψυξεν, ἢ εἰ μὴ ἔλαβε τὴν ἀρχήν· ᾧ οὖν διαταχέος

CAPVT VIII.

Quò magis incaluerit corpus, eò magis refrigeratur, & quò frigidius redditum est, eò calidius redditur; nec à calido simplici, sed à calido & amaro, aut simili febres oboriri.

Hoc equidem *in sanis sit exemplum.* Siquis sanum hyeme corpus aut frigida lotione, aut alio modo perfrigerare velit, quò plus id fecerit, nisi planè corpus congelarit, quum vestimenta sumpserit, & sub tectum appulerit, eò magis & vehementius incalescit corpus. Aliud verò *exemplum.* Siquis aut calido lauacro, aut multo igne plurimùm incalescere velit, inde verò eandem vestem habens, eodem in loco, in quo alter qui perfrigeratus est, versari, multò frigidior, atque aliàs vehementius horrescere conspicietur. Aut præ æstu ventulo perflatus aliquis, & sibi frigus quærens hoc modo dissipare, Id facienti decuplò maior & ardor & æstus accidit, quàm nihil horum facienti. Atque hæc sanè multò etiam maiora, quæ qui per niues, aut alia frigora itinere facto vehementer pedibus, vel manibus, vel capite obriguerint, noctu patiuntur, quum vestibus operti, & calido in loco fuerint, ab ardore & pruritu, quibusdam etiam phlyctænæ *pustulæ* velut igne ambustis exurgunt, neque priùs id patiuntur, quàm incaluerint; adeò promptè vtrumque eorum ad alterum accedit. Sed innumera ac alia dicenda mihi suppeterent. At in ægrotis, non quibus rigor obortus fuerit, iis acutissima febris emicat, neque ita vehementer, sed pauco tempore sedatur, ac alias propè innoxia, & quo tempore adfuerit, feruens, & vniuersum peruadens, in pedes maximè desinit, vbi rigor, & frigus vehementissimum diutissimè durauit. Rursus vbi sudor eruperit & febris decesserit multò vehementius perfrigescit, quàm si initio non prehendisset. Cui igitur summè contrarium

tam citò oboritur, ac vires ſponte adimit, quid ab eo magnum, aut graue accidat? Aut quónam magno ad id opus ſit auxilio? dixerit aliquis. At febricitantes & ardentibus febribus, & peripneumoniis, aliiſque vehementibus morbis, non celeriter calore liberantur, neque iſthîc calor frigori ſuperuenit. Ego verò magnum hoc mihi argumentum eſſe puto non propter calidum ſimpliciter febricitare homines, neq; id ſolum affectionis prauæ cauſam eſſe, eſſe & amarum & calidũ idem; & calidum & acidum; & ſalſum & calidum, aliáque innumera, ac rurſus frigidum cum aliis facultatibus. Quæ igitur lædunt, hæc ſunt. Simul autem adeſt & calidum roboris particeps, vt quod principatum teneat, & exacerbetur, & cum illo augeatur, nullam tamen peculiarem vim, quàm conueniat, maiorem obtinet. Atque hæc ita ſeſe habent. At verò ſigna primùm quidem manifeſtiſſima ſunt, quæ omnes experti multoties iam fuimus, & experimur.

ὅτῳ δὴ γῦν ὃ ἀναπιώτατόν τε, καὶ ἀφελόμενον τὴν δύναμιν ἀπὸ τοῦ σώματος, τί ἂν ἀπὸ τούτου μέγα ἢ δεινὸν γένοιτο; ἢ τίνος δεῖ πολλῆς ὀπὶ τούτῳ βοηθείας; εἴποιεν ἄν τις. ἀλλ' οἱ πυρεταίνοντες τοῖσι καύσοισί τε καὶ περιπλευμονίῃσι, καὶ ἄλλοισιν ἰσχυροῖσι νοσήμασιν, οὐ ταχέως ἐκ τοῦ θέρμους ἀπαλλάσσονται. οὐδὲ πρόσεστιν ἐνταῦθα ὃ θερμὸν ὅτι ὃ ψυχρόν. ἐγὼ γὰρ τοῦτο μοι μέγιστον τεκμήριον ἡγοῦμαι εἶναι, ὅτι οὐ δι' ὃ θερμὸν ἁπλῶς πυρεταίνουσιν οἱ ἄνθρωποι, οὐδὲ τοῦτο εἶναι ὃ κακόν ἐστι μισῶν· ἀλλ' ἔστι καὶ πικρόν, καὶ θερμὸν ὃ αὖθ' καὶ θερμὸν καὶ ὀξύ. ὃ δὴ μοῦνον καὶ θερμόν· καὶ ἄλλα μυρία· καὶ πάλιν γε ψυχρὸν μὴ δυνάμεων ἑτέρων. τὰ μὲν οὖν λυμαινόμενα, ταῦτα ὅστι συμπρόσεστι γὰρ ὃ θερμὸν, ῥώμης μετέχον. ὡς ἂν ὃ ἡδὺ ὄμνον, καὶ παροξυνόμενον, καὶ αὐξανόμενον ἅμα κεῖνῳ. δύναμιν γὰρ ἔχει πλείω τοῦ προσκούσης δηλαδή. ταῦτ' ὧδε ἔχει. ὅτι τῶνδε τῶν σημείων, πρῶτον μὲν ὅστι φανερώτατα, ὧν πάντες ἔμπειροι πολλάκις ἤδη ἐσμέν τε καὶ γιγνόμεθα.

CAPVT IX.

De fluxionibus in nares & oculos irruentibus coryzam, & palpebrarum aliarúmque partium exulcerationes generantibus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Περὶ ῥεύματος τοῦ ὑπὸ τὰς ῥῖνας τε καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς πεπτωκότων, καὶ τοῦ κορύζαν, καὶ τὰς τῶν βλεφάρων, καὶ τῶν ἄλλων μερῶν ἑλκώσεις ποιουμένου.

PRimùm quidem, quibuſcunq; noſtrum grauedo oborta fuerit & fluxus per nares concitatus, is vt priore, & eo qui quotidie per nares ferebatur multò acrior eſt, ac naſum quidem tumere facit, & calidum, ſummèque feruidum adurit. Si verò manum admoueas, ac longiori tempore immoretur, etiam exulceratur locus qui carnis exper- ac durus eſt. Tum autem abit è naribus ardor, haud quum fluxio fit, & phlegmone conſiſtit, ſed quum illa craſſior ac minus acris euaſerit, & concocta, eique qui priùs aderat, humori magis permixta fuerit; tum iam & ardor deſiit. Aliis autem à frigore, eóque ſolo grauido oboritur, nullo alio ſimul accedente. At omnibus eadem eſt *morbi* propulſatio, excalefactis quidem ſi à frigore, refrigeratis verò ſi à calore *coryſa ſit*. Atque hæc celeriter accedunt, nulliuſque concoctionis indigent. Reliqua autem omnia quæcunque humorum acrimonia, & intemperie oboriri ego aſſero, eodem modo emendantur tum temperata, tum concocta. Ac rurſus quæcunque fluxiones in oculos irruunt, vt quæ vehementes & vniuerſas habent acrimonias, palpebras quidem exulcerant, quibuſdam verò genas, & ſubiectas oculis partes quò affluxerint exedunt, & eam quæ pupillam ambit tunicam rumpunt, ac peredunt. dolores autem, & ardor, & ſumma inflammatio tandiu obſidet quoad fluxiones concoctæ fuerint, & craſſiores euaſerint, lemæque ab iis exierint. Fit autem coctio ex permixtione, mutuáque contemperatione, & cum aliis concoctione.

Τοῦτο μὲν, ὁπόσοισιν αὖ ἡμέων κόρυζα ἐγγένηται, καὶ ῥεῦμα κινηθῇ ἀπὸ τῶν ῥινέων, τοῦτο ὡς πολὺ δριμύτερον τε τοῦ πρὶν γινόμενόν τε, καὶ ὄντος ἐκ τῶν ῥινέων καθ' ἑκάστην ἡμέρην καὶ οἰδέον μὲν ποιέῃ τὴν ῥῖνα, καὶ συγκαῇ θερμὸν τε, καὶ ἀπύρετον ἐφάπτως. ὧν δὲ τὰ χεῖρα τοῦ προσφέρης, καὶ πλείω χρόνον πρῇς· καὶ ὀξελκοῦται ὃ χωρίον, ἀζῳκόν τε ἐκ σκληρὸν ἐόν. παύεται δέ πως τὸ γε καῦμα ἐκ τῆς ῥινὸς, ἐπὴν ὅταν ὃ ῥεῦμα γίνηται, καὶ μὴ φλεγμονὴ ᾖ· ἀλλ' ἐπειδὰν παχύτερόν τε, καὶ ἧσσον δριμὺ, πέπον τε, καὶ μεμιγμένον μᾶλλον τῷ τοῦ τέρου γινομένῳ, τότ' ἤδη καὶ ὃ καῦμα πέπαυται. ἄλλοισι δὲ ἐκ τοῦ ψύχεος φανερῶς αὐτὸ μόνα γῦν, μηδενὸς ἄλλο ξυμπροσγενομένου. πᾶσιν δὲ αὕτη ἡ ἀπαλλαγὴ, ἐκ μὲν τῆς ψύξιος, ἀφαθερμαίνεσθαι· ἐκ δὲ τοῦ καύματος, ἀφαψύχεσθαι· καὶ ἐκ τοῦ τὰ ταχέως προσγίνεται· καὶ πέψις ὑπάρχει τοῦ προσδεῖται. τὰ δ' ἄλλα πάντα, ὅσα ἀπὸ χυμῶν δριμύτητος, καὶ ἀκρησίας φημὶ ἔχειν γίνεσθαι, τὸν αὐτὸν τρόπον ἀπαλλάσσεσθαί τε χρὴ δέοντα, καὶ πεφθέντα. ὅσα τ' αὖ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς τρέπεται τὸ ῥεῦμα, ὡς ἰσχυρὰς καὶ πάμπολλας δριμύτητας ἔχοντα· ἕλκοῖ μὲν βλέφαρα, κατεσθίῃ δὲ σίνων γλάδους τε, καὶ τὰ ὑπὸ τοῖσιν ὀφθαλμοῖς, ἐφ' ὅ, τι ἂν ὑπερρύῃ, ῥήγνυσί τε καὶ διεσθίῃ τὸν ἀμφὶ τὸν ὀφθαλμὸν χιτῶνα. ὀδυνᾶσι δὲ, καὶ καῦμα, καὶ φλεγμὸς ἔσχατος κατέχει μέχρι πολλοῦ, μέχρις ἂν τὰ ῥεύματα πεφθῇ, καὶ γένηται παχύτερα, καὶ λήμη ἀπ' αὐτέων εἴη. ὃ δὲ πεφθῆναι, γῦν ἐκ τοῦ μιχθῆναι, κρηθῆναί τε ἀλλήλοισι, καὶ συνεφθῆναι.

CAPVT X.

Ex facultatibus humorum exuperantibus morbos oriri, ac morbos alteratione, purgatione & contemperatione ſolui, qualitatéſque contrarijs emendari.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Ὅτι ἐκ τῶν δυνάμεων τῶν χυμῶν, ἢ ποιοτήτων τὰ νοσήματα γίγνονται, καὶ νοσήματα καὶ ἀλλοίωσιν, καθάρσιν, καὶ σύμμιξιν ἀπολύεσθαι, καὶ αἱ ποιότητες ἐπ' ἐναντίων ἐπιμορφοῦνται.

DEinde verò quæ fluxiones in fauces illabuntur, à quibus raucedines, anginæ, eryſipelata, peripneumoniæ proueniunt, hæ omnes primum quidem ſalſæ & humidæ & acres pro-

Τοῦτο δ' ὅσαι τῶν φαρύγγων, ἀφ' ὧν βράγχοι γίνονται, κυνάγχαι, ἐρυσιπέλατα, περιπλευμονίαι· πρῶτα μὲν πάντων, ὃ μὲν πρῶτον ἁλμυρά τε, καὶ ὑγρὰ, καὶ δριμέα ἀφίκ-

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 166 sur 413

καὶ ἐν τοῖσι τουτέοισιν ἔρρωται τὰ νοσήματα. ὅταν δὲ παχύτερα καὶ πεπαυτέρα γένηται, καὶ πάσης ἀριμύτητος ἀπηλλαγμένα, τότ' ἤδη καὶ οἱ πυρετοὶ λύονται, καὶ τἄλλα τὰ λυπέοντα τὸν ἄνθρωπον. δεῖ δὲ δήπου ταῦτα αἴτια ἑκάστου γιγνώσκεσθαι, ὧν παρεόντων μὲν, τοιοῦτον ἔοντα ἀνάγκη γίνεσθαι· μεταβαλλόντων δὲ ἐς ἄλλο χρῆσιν, παύεσθαι. ὁκόταν οὖν ἀπὸ αὐτέης τῆς θέρμης εἰλικρινέος, ἢ ψύξιος γένηται, καὶ μὴ μετέχῃ ἄλλης δυνάμεως μηδεμιῆς, ὅταν παύσηται αὕτη, ὅταν μεταβάλῃ ἐκ τοῦ ψυχροῦ, ἐς τὸ θερμὸν, καὶ ἐκ τοῦ θερμοῦ, ἐς τὸ ψυχρόν. μεταβάλλει δ', ὃν μοι τρόπον εἴρηται ἔμπροσθεν. ἔτι τοίνυν πάντα ὅσα κακοπαθέα ἀνθρώπου, πρώτα ἀπὸ δυνάμεων γίνεται. τοῦτο μὲν, ὅταν πικρότης τις ἀποχυθῇ, ἢ δὴ χολὴ ξανθὴ καλέοιμεν, οἵη καὶ ὅση, καὶ καῦμα, καὶ ἀδυναμίαν κατέχουσιν; ἀπαλλαγέντες τε τουτέου εἰσὶ τε, καὶ καθαρθέντες, ἢ αὐτόματοι, ἢ ὑπὸ φαρμάκου, ἢ ὅταν καιρῷ τι αὐτέων γένηται, φανερῶς καὶ τῆσι πόνων καὶ τῆς θέρμης ἀπαλλάσσονται. ὅσον δ' αὖ χρόνον ταῦτα μετέωρα ἦ καὶ ἄπεπτα, καὶ ἄκρητα, μηχανὴ οὐδεμίη, οὔτε τῆσι πόνων παύσασθαι, οὔτε τῆσι πυρετῆσι. καὶ οἵσι μὲν ὀξύτητες παρέσχανται, ἀριμεῖαί τε, καὶ ἰώδεες, οἵαι λύουσαι, καὶ δήξιες ἀπολάζων, καὶ χώρνιχος, καὶ ἀποείη, ἃ παύεται τουτέου πρότερον πρὶν ἀποκαθαρθῆναι τε καὶ καταστορεσθῆναι, καὶ μιγῆναι τοῖσιν ἄλλοισι. πέπανται δὲ, καὶ μεταβάλλει, καὶ λεπτύνεσθαι καὶ παχύνεσθαι ἐς χυμῶν εἶδος, ἀπὸ πολλῶν εἰδέων καὶ πρωτοίων. διὸ καὶ αἱ κρίσιες, καὶ οἱ ἀριθμοὶ τῶν χρόνων, ἐν τοῖσι τουτέοισι μέγα δύνανται. πρώτων δὲ τουτέων, ἥκιστα παρέσχηκε θερμῷ ἢ ψυχρῷ πάσχειν. οὔτε γὰρ ἂν τῶτό γε σαπῇ, οὔτε παχυνθῇ. τί δ' ἂν αὖθ' φαίημεν εἶναι; χρῆσίς τε αὐτέων ἐστὶ, πρὸς παρέσχηκε ἄλληλα ἔχουσα δύναμιν. ἐπεὶ ἄλλῳ γε οὐδενὶ ὁ θερμὸν μᾶλλον παύσεται τῆς θέρμης, ἢ τῷ ψυχρῷ· οὐδέ γε πάλιν ὁ ψυχρὸν, ἢ τῷ θερμῷ. τὰ δ' ἄλλα πάντα τὸν ἄνθρωπον, ὅσα αὖ πλέοσι μίσγεται, τοσούτῳ ἧσσόν τε καὶ βελτίονα. πρώτων δὲ ἄρξεται διακρίνεσθαι ὁ ἄνθρωπος, ὅταν πέσσηται, καὶ ἐν ἡσυχίῃ, μηδεμιῇ δυνάμει ἰδίῃ ἀποδεχόμενος. τοῦτο μὲν οὖν τουτέων, ἱκανῶς μοι δεδήλωται ἐπιδεδεῖχθαι.

A deunt, & in his morbi inualescunt. At quum crassiores euaserint, magisque concoctæ, atque omnem acrimoniam exuerint, tum iam & febres, & cæteræ hominem vexantia soluuntur. At verò eas cuiusque rei causas censere oportet, quibus quidem præsentibus, eam hoc modo gigni: permutatis verò ipsum in aliud temperamentum, cessare. Quando igitur ab ipso mero calore, aut frigore *fluxiones* contigerint, nullámque aliam facultatem participauerint, ita demum cessauerint, quum ex frigido in calidum, & ex calido in frigidum mutauerint. Mutant autem ad eum quem dixi modum. Præterea etiam alia quæcunque mala homo patitur, omnia à facultatibus oriuntur. Primùm quidem quum amarities quædam effusa fuerit, quam sanè bilem, flauam vocamus, quæ & iactationes, & æstus, & impotentiæ occupant? Ea verò interdum liberati, & purgati, siue sponte, siue medicamento, siquid horum tempestiuè contigerit, manifestè tum doloribus tum calore defunguntur. At rursum quanto tempore hæc sublata fuerint, & incocta & minimè contemperata nulla machina, neque dolores, neque febres sedari poterunt. Et quos humorũ acores acres & æruginosi obsident, quinam furores rabidi, quis morsus viscerum & thoracis, & quod animi deliquium eos diuexant? neque ab eo *qui laborat* discedunt, priusquam illi expurgati, alterati, aliisque permixti fuerint. Coqui autem ac mutari, & attenuari, & crassescere in *probam* humorum speciem per multas variásque formas contingit. Ideóque in istis, & crises, & temporum numeri multum possunt. At hæc omnia perpeti, minimè omnium conuenit calido aut frigido, quum neque putrescere neque crassescere queant. Quod ergo *munus ipsum vtriusque* dicemus? Contemperatio ipsorum est. Tum verò etiam in se mutuò agendi facultatem habent. Quandoquidem nulli alteri permixtum calidum, B C D definit esse calidum, quàm frigido; neque permutatur ab alio frigidum, quàm à calido. At reliqua omnia quæ in homine insunt, quò pluribus permiscentur, eò mitiora, & meliora *euadunt*. Attum demum homo omnium optimè dispositus est, vbi concoquit, & in quiete est, nullam facultatem propriam indicans. De his igitur abundè mihi demonstrasse videor.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Τὸ περὶ φύσεως γνῶναί τι σαφὲς ἐξ ἰατρικῆς πάσης παραλαμβάνεσθαι, καὶ τῆς ἰατρῷ ἀναγκαίου, καὶ τοῦτο ἐν τῇ τοῦ ἑκάστου κατασκευῇ, καὶ διαίτῃ γίνεσθαι.

CAPVT XI.

Certam naturæ cognitionem artis esse Medicæ vniuersæ, & Medico necessariam, eámque in cuiusque constitutione, ac diæta versari.

E

Λέγουσι δέ τινες καὶ ἐπιστοί, καὶ σοφισταί, ὡς οὐκ ἔνι δυνατὸν ἰατρικὴν εἰδέναι, ὅστις μὴ οἶδεν ὅ, τί ἐστιν ἄνθρωπος, καὶ ὅπως ἐγένετο πρῶτον, καὶ ὅπως συνεπάγη. ἐγὼ δὲ, τουτέων μὲν, ὅσα τινὲς εἰρήκασι σοφιστῇ, ἢ ἰητρῷ, ἢ γεγράφασι περὶ φύσιος, ἥσσον νομίζω τῇ ἰατρικῇ τέχνῃ προσήκειν, ἢ τῇ γραφικῇ. νομίζω δὲ, ὅτι περὶ φύσιος γνῶναί τι σαφὲς, οὐδαμόθεν ἄλλοθεν ἔστι, ἢ ἐξ ἰατρικῆς. τοῦτο δὲ οἷόν τε καταμαθεῖν, ὅταν αὐτῷ τις τῷ ἰατρικῷ ὀρθῶς πᾶσαν προσέλθῃ. μέχρι δὲ τουτέου, πολλοὺς μοι δοκεῖ ἰδεῖν. λέγω δὲ τὸν ἰατρικὸν τοῦτον εἰδέναι, ἄνθρωπος τί ἐστι, καὶ δι' οἵας αἰτίας γίνεται, καὶ τἄλλα ἀκριβέως. ἐπεί τοι γέ μοι δοκέει ἀναγκαῖον εἶναι πάντι ἰητρῷ, περὶ

F

AT Medici quidam & sophistæ fieri non posse dicunt, vt quis Medicinam norit, nisi idem sciat quid sit homo, & quomodo ortus sit, & quomodo compactus. Ego verò hæc talia, siue à sophista, siue à Medico quocunque tandem de natura vel dicantur, vel scribantur, minùs censeo Medicæ arti conuenire, quàm pictoriæ. At de natura certi aliquid manifestum nosse, non aliundè quàm ex arte Medica contingere censeo, hoc verò intelligi posse, quum quis Medicinam vniuersam rectè comprehenderit. At eo vsque multos scire ego arbitror; dico verò pertritas quæstiones nouisse, quid sit homo, & quas ob causas ortum habeat, & alia accuratè. Quandoquidem omni Medico necessarium esse mihi videtur de

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 167 sur 413

natura noſſe, atque ſummopere ſtuduiſſe vt ſciat (ſiquid eorum quæ deceant facturus eſt) quid ſit homo ad ea quæ eduntur & bibuntur, & quidnam ex ſingulis cuique euenturum ſit; neque ſimpliciterſic exiſtimare, quòd prauum edulium ſit caſeus; dolorem namque ipſi qui ſe eo impleuerit adfert, ſed & quem dolorem, & quamobrem, & cuinam earum quæ homini inſunt partium idoneus non ſit. Sunt enim tum alij plerique cibi, tum potius natura praui, ac hominem non eodem modo afficiunt. Ita igitur mihi ſit *aliquid* verbi cauſa, vt vinum merum copioſum epotum, afficit quodammodo hominem imbecillum, idque qui viderint omnes nouerint eas eſſe vini facultates, ipſúmque cauſam eſſe, ac in quibus hominis partibus hoc præcipuè poſſit, nouimus. Veritatem eiuſmodi & in cæteris conſpicuam eſſe volo. Caſeus ſiquidem (quoniam hoc exemplo vſus ſum) non omnes homines lædit, ſed ſunt nonnulli qui eo repleti, ne tantillum quidem offenduntur, quinetiam gracilibus mirè conferre perhibetur, quidam autem eo difficilè defunguntur. Horum autem naturæ differunt. Differunt, inquam, in eo, quod in corpore caſeo inimicum eſt ab eo excitatur, & agitatur, quibus eiuſmodi humor copioſior ineſt, & in corpore prædominatur, eos etiam magis prauè affici conſentaneum eſt. Quòd ſi vniuerſæ hominum naturæ infeſtus eſſet, omnibus vtique noceret. Hæc autem ſiquis nouiſſet, non afficeretur. At in iis qui ex morbis conualeſcunt, ac præterea etiam in diuturnis morbis multi oboriuntur conflictus, alii quidem ſponte, alii verò ab aſſumptis caſu occurentibus. Pleróſque autem Medicos noui, velut idiotas ac ignaros, qui ſiquid *ægri* fortè eadem die innouarint, vt ſi lauerint aut deambulauerint, aut aliquid alienum ederint, hęcque omnia quanquam meliora ſint adhibita, quã non adhibita, nihilominus horum alicui cauſam retulerunt, quum cauſam quidem non agnoſcerent, vtiliſſimum verò, ſi ita inciderint, è medio tollerent. At non decet, ſed noſſe quid balneum intempeſtiuè adhibitum operetur, & quid labor. Nunquam enim eadem ab his moleſtia, neque ab alio, neque etiam à repletione, neque à cibo tali, vel tali. Quicunque igitur hæc ignorauerit, quemadmodum ſingula ſe habeant ad hominem *relata*, is neque cognoſcere poterit, quæ ab ipſis fiunt, neque iis rectè vti.

Φύσιος εἰδέναι, καὶ πόθεν ἀποῤῥάσσει ὡς εἰπεῖν, εἴπερ τι μέλλῃ τῶν δεόντων ποιήσειν· ὅ, τί ὅστιν ἄνθρωπος, πρὸς τὰ ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα. καὶ ὅ, τι ἀφ' ἑκάστου ἑκάστῳ συμβήσεται. καὶ μὴ ἁπλῶς οὕτω δοκέειν, ὅτι πονηρὸν βρῶμα τυρός. πόνον γὰρ φέρει ὃς πλησθέντι αὐτέῳ. ἀλλὰ τίνα τε πόνον, καὶ ὅθεν τί, καὶ τίνι τῶν ἀνθρώπου ἐνεόντων αἰεπιτήδειον. ἔστι γὰρ καὶ ἄλλα πολλὰ βρώματα καὶ ποτὰ φύσιν πονηρὰ, καὶ διαφθεῖραι τὸν ἄνθρωπον, οὐκ αὐτὸν ἐόντα. οὕτως οὖν μοι ἔστω τῷ λόγῳ, οἷ οἶνος ἄκρητος πολὺς πεθεὶς, διαφθεῖραί πως τὸν ἄνθρωπον ἀδυνέα. καὶ ἅπαντες αὐ ἴσμεν τοῦτο, γινώσκομεν ὅτι αὕτη ἡ δύναμις οἴνου, καὶ αὐτός ἐστιν αἴτιος. καὶ οἵσι γε τῶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τοῦτο μάλιστά γε δύναται, οἴδαμεν. τοιαύτην δὴ βούλομαι δήπειτα καὶ περὶ τῶν ἄλλων φανῆναι. τυρὸς γὰρ, ὅπερ τουτέῳ σημείῳ ἐχρησάμεθα, οὐ πᾶσι μὲν ἀνθρώποις λυμαίνεται· ἀλλ' εἰσὶν οἵτινες αὐτέου πλησθέντες, οὐδ' ὁτιοῦν βλάπτονται· ἀλλά καὶ τοῖς ἰσχνοῖσιν αὖ ξυμφέρειν θαυμαστῶς προφέρεται. εἰσὶ δὲ οἱ χαλεπῶς ἀπαλλάσσουσι. διαφέρουσι δὲ τουτέων αἱ φύσιες. διαφέρουσι δὲ καὶ τόδε· ὅσῳ ἐν τῷ σώματι ἔνεστι πολέμιον τυρῷ, τόσῳ τοιουτέου ἐλκέεταί τε καὶ κινέεται. οἷσιν ὁ τοιοῦτος χυμὸς τυγχάνει πλέων ἐνεών, καὶ μᾶλλον ἐνδυναστεύων ἐν τῷ σώματι, τουτέοις μᾶλλον καὶ κακοπαθέειν εἰκός. εἰ δὲ πάσῃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἰῷ κακὸν, πᾶσιν ἂν ἐλυμαίνετο. ταῦτα δὲ εἴ τις εἰδείη, οὐκ ἂν πάθοι. τὰ δ' ἐν τῇσιν ἀνακωχμιδῇσι, τῇσιν ἐκ τῶν νούσων, ἔτι δὲ καὶ ἐν τῇσι νούσοισι τῇσι μακρῇσι, γίνονται πολλαὶ συμπλοκαὶ πάθεος. αἱ μὲν ἀπὸ τοῦδε μέτου· αἱ δὲ, καὶ ἀπὸ τῶν προσγενεσθέντων τῷ τυχόντων. οἶδα δὲ τοὺς ἰητροὺς τοὺς πολλοὺς, ὡς τοὺς ἰδιώτας, ἐπὶ τύχῃσι περὶ τὴν ἡμέρην ταύτην τί κεκαμνουργηκότες, ὡς λουσάμενοι, ἢ περιπατήσαντες, ἢ φαγόντες τι ἕτερον, ταῦτα δὲ πάντα βελτίω προσενενεγμένα ἢ μὴ, οὐδενὸς ἧσσον τὴν αἰτίην, τουτέων τινὰ ἀναπτέρας· ὃ μὲν αἴτιον ἀγνοεῦντας· ὃ δὲ συμφορώτατον, ἐπὶ οὕτως τύχωσιν, ἀφανίσαντας. δεῖ δὲ οὔ· ἀλλ' εἰδέναι τὸ λουτρὸν ἀκαίρως προσγινόμενον ἐργάσεται, καὶ τὸ κόπος. οὐδέποτε γὰρ ἡ αὐτὴ κακοπαθίη τουτέων οὐδ' ἑτέρου, οὐδὲ γε ἀπὸ πληρώσιος, οὐδὲ γε ἀπὸ βρώματος, τοίου ἢ τοίου. ὅστις οὖν ταῦτα μὴ εἰσεται, ὡς ἕκαστα ἔχει πρὸς τὸν ἄνθρωπον, οὔτε γινώσκειν τὰ γινόμενα ἀπ' αὐτέων δυνήσεται, οὔτε χρέεσθαι ὀρθῶς.

CAPVT XII.

De multis ac varijs figuris partium.

OPortere autem mihi videtur & eas noſſe, quæcunque homini affectiones à facultatibus veniunt, & quæcunque à figuris. Id quoddam certè dico. Facultatem quidem eſſe, & ſummas noſſe humorum qualitates, & vires, figuras verò appello quæcunque inſunt in homine. Quædam enim cauæ, & ex lato in anguſtum ſunt coactæ, aliæ etiam expaſſæ, aliæ ſolidæ & rotundæ, aliæ verò latæ & ſuſpenſæ, aliæ diſtentæ, aliæ longæ, aliæ denſæ, aliæ raræ & vegetę, aliæ ſpongioſæ & laxæ. Primùm quidem attrahere ad ſe & allicere humorem ex reliquo corpore, vtrum cauæ & expaſſæ, aut ſolidæ, & rotundæ, aut cauæ & in anguſtum ex lato coactæ maximè poſſunt. Eas equidem exiſtimo, quæ ex cauitate & latitudine

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Περὶ πολλῶν τε καὶ πεπτοίων σχημάτων τῶν μερῶν.

Δεῖν δέ μοι δοκέει καὶ ταῦτ' εἰδέναι, ὅσα τῶν ἀνθρώπου παθήματα ἀπὸ δυνάμεων ἔρχεται, καὶ ὅσα ἀπὸ σχημάτων. λέγω δή τι τόδε. δυνάμιν μὲν ἕν, τῶν χυμῶν εἰδέναι τάς τε ἀκρότητάς τε καὶ ἰσχύς, σχήματα δὲ λέγω, ὅσα ἔνεστιν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. τὰ μὲν γὰρ, κοῖλά τε καὶ ἐς στενὸν ἐξ εὐρέως εἰς στενὸν ἐστι συνηγμένα· τὰ δὲ καὶ ἐκπεπταμένα, τὰ δὲ στερεά τε καὶ στρογγύλα, τὰ δὲ πλατέα καὶ ὑπερεμαλμένα, τὰ δὲ διατεταμένα, τὰ δὲ μακρὰ, τὰ δὲ πυκνὰ, τὰ δ' μανὰ τε καὶ τεθλιμμένα· τὰ δὲ σπογγοειδέα, καὶ ἀραιά. τῶν μὲν ἑλκῦσαι ἐφ' ἑωυτὸ, καὶ ὑπαναδέξασθαι ὑγρότητα ἐκ τοῦ ἄλλου σώματος, πότερον τὰ κοῖλά τε καὶ ἐκπεπταμένα, ἢ τὰ στερεά τε καὶ στρογγύλα, ἢ τὰ κοῖλά τε καὶ ἐς στενὸν ἐξ εὐρέως συνηγμένα, δυνατ' ἂν μάλι-

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 168 sur 413

σα. οἷμαι μὲν τοι τὰ τοιαῦτα, εἰς γενὸν σῶν ημένα ἐκ κοίλου τε καὶ ὑρέος. καταμανθάνειν δὲ δεῖ αὐτὰ ἔξωθεν ἐκ τῶν φανερῶν. τοῦτο μὲν γὰρ, τῷ στόματι κεχλιωὼς, ὑγρὸν οὐδὲν ἀνασπάσεις. τοῦτο μὲν ἧσσον δὲ, καὶ συστείλας, πιέσας τε τὰ χείλεα, ἔτι τε αὐλὸν προσθέμενος, ῥᾳδίως ἀνασπάσεις ἄν, ὅτι θέλῃς. τοῦτο δὲ, αἱ σικύαι προσβαλλόμεναι ὀξ ὑρέος εἰς γεωτέρην ἐγενωλύμεναι, προὸς τοῦτο τετχέαται, προὸς ὃ ἕλκειν ἀπὸ τῆς χρωὸς καὶ ὀπτασπάσθαι, ἄλλα τε πολλὰ τοιουτότροπα. τῶν δ' ἔσω τῶ ἀνθρώπου, φύσις καὶ σῆμα τοιόνδε· κύστις τε, καὶ κεφαλὴ, καὶ ὑστέρη γυναιξί καὶ φανερῶς ταῦτα μάλιστα ἕλκει. καὶ πλήρεα ἔστιν ἐπάκτου ὑγρότητος αἰεί. τὰ δὲ κοῖλα, καὶ ἐκπεπταμένα, ὁπηρρύησθαι μὲν οὐ ὑγρότητα μάλιστα δόξαιμ' ἂν πάντων. ὁπτασπάσαιτο δ' ἄν, οὐχ ὁμοίως. τὰ δὲ γε στερεὰ καὶ στρογγύλα, ὅτ' οὐ ὁπτασπάσαιτο, ὅτ' οὐ ὁπορρύησθαι ἐκδέξαιτο. τοιοῦτα δέ τε γὰρ ἂν, καὶ οὐκ ἔχοι ἔδριον, ἐφ' ἧς ῥυῇ. τὰ δὲ σαρκώδεά τε ἁβρὰ, οἷ σαρκὸς, πνεύμονι, καὶ μαλακοὶ, προσκαθεζόμενα μάλιστα αἰσθοίη, καὶ σκληρυνθείη κ' αὐξηθείη ὑγρότητος προσγιγνομένης ταῦτα μάλιστα. ὅ γὰρ ἂν ἐν τοιαύτῃ σὺν κοιλίῃ σὺν ὃ ὑγρὸν, ἔξω τε προσέχῃ αὐτέῃ ἡ κοιλίη ὃ ὑγρὸν, καὶ ὀξαλγήσοιτ' ἂν καθ' ἑκάστην ἡμέρην. ἀλλ' ὅταν πίῃ καὶ δέξηται αὐτὸς ἐς ἑωυτὸν ὃ ὑγρὸν τὰ κενὰ καὶ ἁβρὰ, καὶ τὰ σμικρὰ πάντα. ἐν αὐτῷ ἁβροῦ τε καὶ μαλθακοῦ, σκληρός τε καὶ πυκνὸς ἐγγίνεται. ἐν ὅτ' ἂν πέσῃ, ὅτ' ἀφίσει. ταῦτα μὲν πάντα δεῖ πρὸς φύσιν τῶ σήματος. ὅσα δὲ φύσεώς τε καὶ αὐξήσιος ἕνεκα γίνεται ἐν τῷ σώματι, προσήκει δὲ μὴ τοῖσι κοίλοισί τε καὶ ὑρυχωρήσεσιν οἷ κοιλίη τε καὶ θώρηκι, ψόφον τε καὶ πάταγον ἐμποιῆν ὅτι γὰρ οὐ μὴ ἀπλησθῇ οὕτως ὥστε ῥοῆσαι, ἀλλ' ἔχῃ μᾶλλον τε καὶ κινήσῃς, ἀνάγκη ἀπ' αὐτέων, καὶ ψόφον καὶ κλαγγὰς τε καὶ κινήσιας γίνεσθαι. ὅσα δὲ σαρκώδεά τε καὶ μαλθακὰ, ἐν τοῖσι τοιούτοισι νάρκη τε καὶ πληρώματα, οἷα ἐν τοῖσιν ἀποσφαγείσι γίνεται. ὁτὲν δ' ἐγκύρσῃ πλατεῖ τε καὶ αὐτοκειμένῳ, καὶ τι προὸς αὐτὸ αὐτιπέσῃ, καὶ φύσῃ τοῦτο τύχῃ μήτε ἰσχυρὸν ἐὸν, ὥστε δύνασθαι ἀντέχεσθαι τῆς βίης, μηδὲν κακὸν παθεῖν. μήτε μαλθακόν τε καὶ ἁβρὸν, ὥστ' ἐνδέξασθαί τε καὶ ὑπείξαι, ἀπαλόν τε καὶ τεθηλὸς, καὶ ἔναιμον καὶ πυκνόν· οἷ ἦτορ, ὅσῳ μὲν πλείω πυκνότητα καὶ πλατύτητα, διήκηκέ τε, καὶ οὐχ ὑπείκει. φύσα δὲ ἐπισυλλεγομένη, αὔξεταί τε καὶ ἰσχυροτέρη γίνεται. καὶ ὁρμᾶ μάλιστα προὸς ὃ αὐτιπᾶον. ὅσῳ δὲ πλείω ἀπαλότητα καὶ πλείω ἔναιμότητα, διὰ δύναται διὰ δι' πόνων εἶναι. καὶ ὅσῳ ταύτας τας προφάσιας, ὀδύνας τε ὀξυτάτας καὶ πυκνότατας προὸς τοῦτο χωρίον γίνονται, ἐκπυήματά τε καὶ φύματα πλεῖστα. γίνεται καὶ ἐπὶ φρένας ἰσχυρὰς. ἧσσον δὲ πολλόν. ὅσῳ μὲν γὰρ φρένες πλατείη καὶ αὐτοκειμένη. φύσις δὲ νευρωδεστέρη τε καὶ ἰσχυροτέρη· ὅσῳ ἧσσον ἐπώδυνά ἐστι γίνονται δὲ ταῦτα, καὶ πόνοι καὶ φύματα. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα καὶ ἔσω καὶ ἔξω τῶ σώματος εἴδεα σημήνῃ, ἃ μεγάλα ἀλλήλων διαφέρει προὸς τὰ παθήματα, καὶ νοσέοντι καὶ ὑγιαίνοντι. οἷ κεφαλαὶ σμικραὶ, ἢ μεγάλαι· τραχήλοι λεπτοὶ, ἢ παχέες· μακροὶ, ἢ βραχέες· κοιλίαι μακραὶ, ἢ στρογγύλαι· θώρηκος καὶ πλευρέων πλατύτητες, ἢ στενότητες· καὶ ἄλλα μυρία, ἃ δεῖ πάντα εἰδέναι ἢ διαφέρει ὅπως τὰ αἴτια ἑκάστων εἰδὼς, ὀρθῶς τηρήσῃς.

in angustum coactæ sunt. Ista verò ab externis ex rebus manifestis condiscere oportet. Partim quidem, quod ore hians, nihil humidi attraxeris; labris verò protensis, & contractis, & pressis, si præterea fistulam admoueris, facilè quicquid velis attraxeris. Partim verò quæ admouentur cucurbitulæ ex amplitudine in angustius arctatæ eum in vsum arte sunt factæ, vt ex carne trahant & alliciant, aliáque huiusmodi permulta. Eorum autem quæ intra hominem sunt, natura & figura talis est. Vesica & caput, & vterus mulieribus, & manifestè hæc maximè trahunt sempérque attractæ humiditatis plena sunt. Quæ verò caua sunt & expassa, ea affluentem quidem humorem omnium maximè exceperint; verùm non perinde attraxerint. At solida & rotunda neque attraxerint, neque affluentem *humorem* exceperint. Nam circum elaberetur, nec sedem in qua permaneat haberet. Spongiosa verò & rara, velut lien, pulmo, & mammæ quæ obsident maximè ebiberint, ac indurierint, & creuerint humore accedente, cáque maximè. Neque enim si in ventriculo humor insit, extrinsecus continet hic ventriculus humorem, & per vasa depletur singulis diebus. Sed quum ebiberit & exceperit ipse in sese humidum, vacua & rara, ac parua omnia explentur, ac pro raro & molli, durus & densus euadit, & neque excoquit, neque emittit. hæc autem patitur propter naturæ figuram. Quæcunque verò flatus, corúmque conuolutiones in corpore efficiunt, ea in concauis ac laxis spatiis, vt ventre & thorace, strepitum & sonum excitare æquum est. Quod enim non sic impleuerint, vt consistant, sed mutationes & motiones habeant, ab ipsis strepitum, & euidentes motiones fieri necesse est. Quæ verò & carnosa, & mollia, in iis torpores, & plenitudines, repletiones, quales in iugulatis fiunt. Quum verò in latum, ac renitens inciderit, eíque aliquid obstiterit, idque natura neq. ita robustum sit, vt vim sustinere valeat, nihilque mali pati, neque *ita* molle & rarum, vt & excipiat & cedat, sed tenerum, & floridum, & sanguineum ac densum, velut hepar, ob densitatem quidem & latitudinem resistit, neque cedit, flatus verò subiens augescit, & robustior efficitur, & impetum facit in id maximè quod obluctatur; verùm quia tenerum, & sanguine præditum est, absque doloribus esse non potest. Eásque ob causas acutissimi & creberrimi dolores eo in loco excitantur, suppurationes etiam & tubercula quãplurima. Fiunt etiam vehementes sub diaphragmate sed multò minùs. Nã distentio quidem diaphragmatis lata ac renitens est; natura verò neruosior, ac robustior, proinde minùs doloribus obnoxia est. In iis tamen & dolores & tubercula oboriuntur. Multæ præterea tum intra tum extra corpus existunt figurarum species, quæ magnopere inter se differunt, secundum affectiones *quas* tum ægrotanti, tum sano excitant, velut capita parua aut magna, ceruice graciles aut crassæ, longæ aut breues, ventres longi aut rotundi thoracis & costarum latitudines aut angustiæ, & alia innumera, quæ omnia quâ differant nosse oportet, quò cognitas tibi singulorum causas rectè obserues.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 169 sur 413

A

CAPVT XIII.

De humorum facultatibus.

DE humorum autem facultatibus, quid eorum quisque in homine efficere possit perspectum habere oportet, quemadmodum etiam antea dictum est, cognationes vt inter se habeant. Quòd autem dico tale est. Si dulcis humor in aliam speciem mutetur, non ex commixtione, sed ipse à se discedens, qualisnam primus oriatur, amarus aut salsus, aut acerbus, aut acidus? Sanè acidus humor omnium maximè incommodus fuerit, reliquis aliquantum commodis existentibus, siquidem dulcis omnium commodissimus est. Ad hunc modum siquis possit inuestigando extrinsecus assequi, queat semper is ex omnibus quod melius est eligere. Optimum verò id est quod longissimè abest ab eo, quod incommodum est.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Περὶ δυνάμεων τῶν χυμῶν.

Περὶ δὲ δυνάμεων χυμῶν, αὐτέων τε ἕκαστος ὅτι δύναται ποιέειν τὸ ἀνθρωπον ἐσκέφθαι, ὥσπερ καὶ πρόσθεν εἰρέαται, ὡς ξυγγενείας, ὡς ἐχθροι πρὸς ἀλλήλους λέγω δὲ ὅ τι ποιοῦσιν· εἰ γλυκὺς χυμὸς μεταβάλλοι ἐς ἄλλο εἶδος, μὴ ἀπὸ ξυγκρήσιος, ἀλλ' αὐτὸς ἐξιστάμενος, ποῖός τις πρῶτος γένοιτο, πικρὸς, ἢ ἁλμυρὸς, ἢ στρυφνὸς, ἢ ὀξύς· ἀρὰ ὀξὺς χυμὸς ἀνεπιτηδειότατος πρὸς φορῶν ἀνθρώπων ἁπάντων; λοιπῶν μάλιστα εἰη. εἰ δὲ ὁ γλυκύς γε πάντων ἐπιτηδειότατος. οὕτως εἴ τις δύναιτο ζητέων ἐξωθεν ἐπιτυγχάνειν, δυνάμενος ἀεὶ πάντων ἐκλέγεσθαι αἰεὶ τὸ βέλτιον. βέλτιστον δὲ ἐστι, τὸ πρὸς πάντα τὸ ἀνεπιτηδείου ἀπέχον.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΑΡΑΓΓΕΛΙΑΙ.

HIPPOCRATIS PRAECEPTIONES.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩι ΒΙΒΛΙΩι.

Τινὲς παραγγελίαι ἐνταῦθα περιέχονται, δι' ὧν ἔς τε πρὸς τὴν τῆς ἰητρικῆς κτῆσιν ἔς τε πρὸς αὐτὴν, τὸ ἰητρὸν διδάσκει.

ARGVMENTVM LIBRI.

Breues quædam præceptiones hìc continentur, quibus ad artem medendi tum adipiscendam, tum exercendam, medicum instruit.

CAPVT PRIMVM.

C

De tempore, occasione, curatione, exercitatione, ratiocinatione, experientia, recordatione, naturam moueri ac doceri; ac rationem solam in Curationibus non satis esse.

TEMPVS est, in quo occasio; occasio autem, in qua tempus non multum. Curatio tempore, interdum autem occasione cõtingit. Qui igitur hæc norit, eum oportet non ratiocinationi priùs incumbentem probabili, sed exercitationi cum ratione Medicinam facere. Ratiocinatio enim memoria quædam est componẽs ea quæ sensu percepta sunt; euidenti namque imaginatione concepta est, ac sensus quæ prior patitur & remittit ad intellectum ea quæ sibi subiecta sunt. Hic autem vbi sæpè accepit quibus, quando, & qualiter obseruans, & in seipsum deponens recordatur. Collaudo itaque & ratiocinationem si ab experientia initium faciat, & ipsam delationem ex apparẽtibus methodo persequatur. Ex iis enim quæ manifestò perficiuntur, si ratiocinatio initium duxerit, in mentis potestate inesse deprehendetur, quum ipsa ab aliis singula accipiat. Proinde existimandum est naturam à multis & qui-

D

E

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Περὶ χρόνου τε, καὶ καιροῦ, καὶ θεραπείης, καὶ τριβῆς, καὶ λόγου, καὶ μνήμης, καὶ φύσιν κινέεσθαί τε, καὶ διδάσκεσθαι· καὶ τὸν μόνον λόγον οὐκ ἐν τῆσι θεραπείησιν ἱκανὸν εἶναι.

ΧΡΟΝΟΣ ἐστὶν, ἐν ᾧ καιρὸς· καὶ καιρὸς, ἐν ᾧ χρόνος ὀλίγος. ἄκεσις χρόνου, ἔστι δὲ ἐνίοτε καὶ καιρῷ. δεῖ γε μὲν τοῦτα εἰδότα, μὴ λογισμῷ πρότερον πίθανῳ προσέχοντα ἰητρεύειν, ἀλλὰ τριβῇ μετὰ λόγου. ὁ γὰρ λογισμὸς, μνήμη τίς ἐστι ξυνθετικὴ τῶν μετ' αἰσθήσεως ληφθέντων. ἐφαντασιώθη γὰρ εὐαργέως, ἥτε αἴσθησις πρώτη ἐς διάνοιαν τῶν ὑποκειμένων. ἡ δὲ πολλάκις, οἷς, ὅτε καὶ ὁκοίως τοῦτα τηρήσασα, καὶ ἐς ἐωυτὴν καταθεμένη, ἐμνημόνευσε. ξυγκαταινέω μὲν οὖν καὶ τὸν λογισμὸν, ἰὼν πρὸς ἐκ τριβῆς ἰητρὸς ποιῆται τὴν ἀρχὴν, καὶ τὴν καταφορὴν ἐκ τῶν φαινομένων μεθοδεύῃ. ἐκ γὰρ τῶν εὐαργέως ὑπαντελεομένων, ἰὼν τὴν ἀρχὴν ποιήσηται ὁ λογισμὸς, ἐν διανοίης δύναμει ὑπάρχων δύνεσθαι, πολυδεδαιμένης αὐτῆς ἑκάστα πρὸς ἄλλων. ὑπολαμβάνεσθαι οὖν τὴν φύσιν ὑπὸ τῶν πολλῶν, καὶ

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 170 sur 413

πόνων τε πρηγμάτων κινηθῆναί τε καὶ διδαχθῆναι, βίης A
ἐστὶ εὐσύνης. ἡ δὲ διάνοια πρὸς αὐτῆς λαβοῦσα ὡς πρόσθεν, ὕστερον εἰς ἀληθείην ἦγαγε. εἰ δὲ μὴ ἐξ ἀναργέος ἐφόδου, ἀλλ' ἐκ πιθανῆς αἰτιολογίης λόγου, πολλάκις βαρείῃ καὶ ἀναρίθμῳ ἐπιπώλεται ψεύδεσιν. οὔτοι δὲ αὖ δίκαιον χρείζουσι. τί γὰρ ἂν ὦ κακὸν, ὦ τὰ ὀπταγίεια ἐκομίζοντο, οἱ τὰ τῆς ἰητρικῆς ἔργα κακῶς δημιουργέοντες; νῦν δὲ τοῖσιν ἀναιτίοισιν ἐόδοι τὴν καμνόντων ὀκόσοισιν, οὐχ ἱκανὴ ἐφαίνετο ἐόδος τῇ νοσέῃ βίη, εἰ μὴ ξυνέλθοι τῇ τῆς ἰητρικῆς ἀπειρίη. ταῦτα μὲν οὖν τοιαῦτα, ἄλλοισι ἔστω διειλεγμένα. τὴν δ' ὡς λόγου μόνου ξυμβαφαιρομένων, μὴ εἶη ἐπαυχέειν, B
τὴν δὲ ὡς ἔργου σύνδειξιν. σφαλερὴ γὰρ καὶ ὀλίγιστος ἡ μετ' ἀδολεσχίης ἰδέρωσις. δεῖ γὰρ καθόλου δεῖ ἔγνωσθαι τὴν γινομένων, καὶ ταῦτα μὴ ἐλαχίστως γίνεσθαι, ὦ μέλλῃ ἕξιν ῥηϊδίην καὶ ἀναμάρτητον ἕξειν, ὦ δὴ ἐπιτεχνᾶν παρασκευάζομαι. χάρτα γὰρ μεγάλων ὠφελίων παρεσκεύασται τοῖσί γε νοσέουσι, καὶ τοῖσι τουτέων δημιουργοῖσιν. μὴ ὀκνέειν δὲ καὶ ἰδιωτέων ἱστορέειν, ὦ τι δοκέῃ ξυμφέρον, εἰς καιρὸν θεραπείης, ὅτε γὰρ δοκέω τὸ ξύμπασαν τέχνην αὐξηθῆναι, ἀφ' ὅτε ἑκάστου τῶν τέλεως τηρηθῆναι, καὶ εἰς ταὐτὰ ξυναγελιοθῆναι. C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Δόγματα περὶ τῆς παρασκευῆς τε, καὶ τῶν μισθοῦ· καὶ τῆς τῶν νοσεόντος θεραπείης.

Προσέχειν οὖν δεῖ παρασκευὴν τε τῇ ὡς ὀπιτοπολύ, καὶ μετ' ὠφελίης καὶ ἠρεμαιότητος μᾶλλον, ἢ ἐπαγγελίης καὶ ἀπολογίης τῆς μὴ θρηξιος. χρήσιμος δὲ καὶ παίκιλος τὴν προσφερομένων τῷ νοσέοντι, ὁ προσοισμός· καὶ ὅτι μόνον οἱ προσενεχθὲν ὠφελήσῃ. οὐ γὰρ ἰκμαίσιος δεῖ. πάντα γὰρ τὰ παθήματα πολλὰς παρεισάσας, καὶ μεταβολὰς μοίρῃ ὑπὸ προσκαθίζει. πραγμάτιος δ' ἂν καὶ τοῦτο ὑποδεηθεῖη τῆς θεωρίης. εἰ γὰρ ἀρξαιο πόθεν μαθεῖν, ξυμβάλλῃ γάρ τι καὶ τῷ ξύμπαντι, τῷ μὲν ἀλγέοντι τοιαύτην διανοήσιν ἐμποιήσῃς, τὸν ὅτι σὺν ἀπλιπὼν αὐτὸν πορεύσῃ, μὴ ξυνθέμενος· καὶ ὅτι ἀμελήσῃς, καὶ οὐχ ὑποδήσῃς ἅτε τῷ πρέοντι. ὑπιμελέσθαι δεῖ οὖν περὶ ἑκάστου μισθοῦ. ἀχρεῖον γὰρ ἡγεόμεθα ἐνθύμησιν ὀχλεομένου τὸν τοιαύτην, πολὺ δὲ μᾶλλον, ἐν ὀξέῃ νοσήματι. νόσου γὰρ ταχύτης καιρὸν μὴ διδόσα ἐς ἀναγροφὴν, σὺν ἐπιτειχῇ τὸ καλῶς ἱστορέοντα ζητεῖν ὁ λεσιτελὲς, ἔχεσθαι δὲ δόξης μᾶλλον. χρέων οὖν σωζομένοισιν ἐνδίζειν, ἢ ὀλεθρίως ἐχόντας παρεμέσθαι. καὶ τοι ἔνιοι νοσέοντες ἀξιοῦσι τὸ ξενοπρεπὲς καὶ τὸ ὕδηλον παρεκρίνοντες, ἀξιοι μὲν ἀμελίης. οὐ μὲν τοι γε κολάσιος, παρεκρίνοντες. δεῖ τουτέοισιν ἀμπάξη ἑκότως, μεταβολῆς ὅτι σάλου πορευομένοισι. τίς γὰρ ὦ παῖς Διὸς, ἀδελφισμένος ἐπὶ ἐπιθύει πίσῃ ἢ ἀτρεμιμίῃ; ὡς ἂν ἀρχῇ αἰσχρινόντας πρῶ πάθος, μὴ ἐπαθέσθαι τινὰ ξυμφέροντα ἐς θεραπείῃ, ἀποθεραπεύσαί τε τὸ νοσέοντα, καὶ μὴ πρίδειν; τῆς δ' ὑπεκαρπίης, μὴ αὖθι τῆς ὑπισθυαζούσης παρὲς μάθησιν ὑπιθυμίης, παθήσεσθαι δὲ μὴ λίην ἀπόμοθεφτίῃ εἰσάγειν, ἀλλ' ἀπολέπειν ἐς τε παρεισοίσι καὶ οὐσίῃ. ὅτε δὲ παρίκα, ἀναφέρων μνήμην ὑπομνήσιος παρετέρῃ, ἢ πρέοσθαι ὑπόκιμίῃ. ὦ δὲ καιρὸς εἶη χορηγίης ξένῳ τε ἐόντι καὶ ἀπορέοντι, μάλιστα ἐπιτρέπειν

busquinque rebus vi quadam cogente moueri ac doceri. Mens autem vbi ab ea acceperit, vt antè dixi, postea ad veritatem perducit. Quòd si non ex euidenti incursu, verùm ex probabili rationis figmento præcedat, plerúmq; grauem & molestam infert affectionē. Isti verò inuium tenent. Quidnā enim mali contingeret, si manuarium pretium *iis* auferrent qui Medicinæ opera malè administrant? At nunc citra causam præcedentem ægrotantibus quibuscunque non satis esse vis morbi visa est, nisi etiam Medici imperitia accederet. Itaque de his hæc satis dicta sunto. At iis quæ sola ratione concluduntur, frui non liceat, verùm iis quæ operis demonstratione: fallax enim & ad errorem proclinis quæ cum garrulitate est affirmatio. Quare etiam in vniuersum iis quæ fiunt adhærere oportet, & circa ea vel maximè versari, siquis facilem & innoxium habitum (quem sanè Medicinam vocamus) possessurus est; valde namque vtilitatem tum ægrotis, tum eorum artificibus comparabit. Neque verò pigeat ex idiotis scisciari siquid ad curationis opportunitatem conferre videatur, sic enim censeo artem vniuersam commonstratam fuisse, quòd ex vniuscuiusque fine obseruata sit, & ad idem congregata.

CAPVT II.

Præcepta de occasione fortuita, mercede paciscenda, & ægri curatione suscipienda.

Attendere igitur oportet fortuitæ occasioni quæ vt plurimùm se offert, quæque cum vtilitate ac mansuetudine potius fit, quàm cum pollicitatione & defensione ea quæ cum actione est. Vtilis verò est ac varia eorum quæ ægroto offeruntur præfinitio, quódque solum exhibitum aliquid iuuabit; non enim affeueratione opus est. Omnes enim affectiones ob varias casuum circumstantias & mutationes moræ cuidam incumbunt. Atque id præceptum speculatione opus habuerit. Si namque à mercede inceperis, (id enim & toti negotio aliquid confert) ægroto quidem istam cogitationē inducis, te eo relicto non discessurum quòd non composueris, & te neglecturum, neque præsenti tibi quenquam *pignori* suppositurum. De mercede igitur instituenda curare oportet. Noxiam enim & inutilem esse putamus hanc ægri cogitationem, tum aliàs, tum præsertim in morbo acuto. Morbi enim celeritas nullam ad reditum occasionem præbens, honestè medentem minimè impellit lucrum quærere sed existimationē sequi magis. Satius igitur est à morbo seruatis exprobrare, quàm perniciosè habentes emungere. Quanquam ægroti nonnulli peregrinum pactū volunt, & speciosum liquidum præferunt, digni quidem neglectu, non tamen pœnâ qui præferunt. Quare his meritò occurre in salo inconstantiæ fluctuātibus. Quis enim, per Iouem, fraterno amore flagrans Medicus fide magis quàm duritate non medetur? adeò vt & per initia toto affectu cognito, quædam ad curationē conferentia præcipiat, ægrúmque curet, nec spretum deserat? At verò emolumenti, non fine ea quæ ad disciplinam apparat cupiditate, adhortor ne nimiam inhumanitatem introducas, sed ad salutē & facultates respicias. Interdum verò gratis cures, antiquiorem ducēs memoriam gratitudinis, quàm præsentem existimationē. Quòd si occasio sit largitionis & peregrino & egeno, maximè his largia-

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 171 sur 413

ris; si namque hominum adsit amor, adest & amor artis Quidam enim ægrotantes quum senserint eum quo obsidentur morbum haud in tuto versari, proba etiam Medici mansuetudine se ad sanitatem redituros sibi persuadent. Præclarum est ægris quidem præesse sanitatis restituendæ gratia, sanis autem prospicere ne in morbos procidant; sanis quoque curam impendere ad decorem.

τοῖσι τοιουτέοισιν. ἰῶ γὰρ πρὴ φιλανθρωπίη, πάρεστι καὶ φιλοτεχνίη. ἔνιοι γὰρ νοσέοντες, ἁδηλιώδεες ὄ τοῖσι ἑωϋτοὺς πάσχοις μὴ ἐὸν ἐν ἀσφαλείῃ, ἢ τῇ τῶ ἰητροῦ ὑπηκοίῃ ὑδοκιμέουσι, μεταλλάσσοντες ἐς ὑγιείην. ὑπ' ἦ ἔχῃ νοσεόντων μὴ ὑπισατέῃ, ἕνεκεν ὑγιείης· ὑγιαινόντων δὲ φροντίζῃ, ἕνεκεν αἰσχύνης, φροντίζῃ ἢ ὑγιαινόντων, ἕνεκεν ὑπ' ἐμπειρίης.

CAPVT III.

Qui Medici præceptionibus Hippocratis percipiendis apti, qui inepti; duplex ægrorum error, Medicorum consilia probanda, contentiones vitandæ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 189 sur 413

assseuerare. Ita in hac proposita speculatione res se- A
se habet. Nam materiæ penuria nullum eorum
quæ ex semine natura in animali formando con-
struxit rursus construere non potest.

ἐπιμόρφωσιν. ὅτως ἔχῃ καὶ πὶ τῶν νῦν προκειμένου σκέμματος. ἀπορία γὰρ τῆς ὕλης, ὁπόταν ἐξ ὑστέρου ποιῇ ἡ φύσις οἷα τ' ἐστὶν, ὧν ἐκ σπέρματος ἐν τῷ ἀρχαπλάσῃ ὃ ζῷον ἐποίησεν.

CAPVT XIII.

De auxiliorum materia deligenda, ac inuenienda.

QVum autem de his abundè dictum sit, quod
sermoni deest id adiiciamus, ea de quibus
paulo antè disseruimus, inuenienda remedia. Et-
enim veluti generales ipsorum ideas recensui-
mus oportere alia refrigerare, alia calefacere, B
alia humectare, alia exiccare. Hi namque in si-
milaribus scopi sunt, veluti in his vitiata quan-
titate eam, vel auferre, vel reficere. Ita verò
& in his numero vitiatis, vel totum detrahere,
aut generare. In his denique conformatione
vitiata, eam ad naturales figuras reducere; re-
pleta vacuare, vacua replere, obstructiones aper-
rire, aperta contrahere, conniuentia & den-
sata in contrarium conuertere, illa aperiendo,
hæc rarefaciendo. Sic autem in compositio-
nis morbo scopus est ad naturalem statum re-
ducere, in soluta vnitate, diductarum partium C
conglutinationem moliri. Verùm in omnibus
his auxiliorum materiam inuenire, non parua
est artis portio; velut statim in luxatis articulis,
quum contingit non modò in posteriora, & an-
teriora, & in dextra ac sinistra prolabi luxa-
tum, sed etiam in superiorem locum à mu-
sculorum contentione reuelli, duplici motione
opus est iis qui in locum articulos reponunt,
prima quidem deorsum, altera verò in sedem
propriam repositione, atque idcirco sine ten-
sione opposita, reductio fieri non potest. Ad
oppositam verò tensionem, validarum appre-
hensionum, tensionumque vsum esse cuique ma- D
nifestum est. At quum interdum nostris mani-
bus ea nequeamus efficere, instrumenta ad hoc
idonea inuenimus, sed ipsorum pleraque ad lu-
xatorum repositionem inseruiunt. Atque hæc
omnia instrumenta, remediorum materiæ quæ-
dam sunt, quemadmodum & quæ conueniunt
omnia, medicamenta, edulia, potiones, ac vni-
uersè quæcunque corpori admouentur, com-
memoratas affectiones in naturalem statum re-
uocant. Oportet itaque medicum in horum ma-
teria versatum fuisse, qui prædictos scopos ma-
teriarum vsui accommodet, ne interdum quo- E
dam habitu deceptus sit iis simili, qui frigi-
dam conferre censent omnibus refrigerandis,
& calidam calefaciendis, ignorantes frigidam
aliquando ex accidente calefacere, & calidam
refrigerare. Plurima sanè de horum omnium
methodo in opere de medicamentis tractan-
tur. Id autem præsenti sermoni apponemus,
vniuersum hoc materiæ præsidiorum genus,
in offerendis, faciendis, euacuandis, atque ex-
trinsecus incidentibus consistere; quæ si om-
nia artem constituens discusserit, & particu-
larem vniuersæ materiæ scientiam habuerit, F
non solùm facultatis, sed & vsus, ita vniuersas
causas sanitatis, vt nihil ipsi ad medentis artis
constitutionem desit, absoluerit, omnibus his
in capita duo redactis, corporum quibus auxi-
lia adhibentur, cognitionem, & ipsam auxilio-
rum naturam.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Περὶ τῆς ἐξευρέσεώς τε, καὶ ἐκλογῆς τῶν ὑλῶν τῶν βοηθημάτων.

ΕΠεὶ δὲ καὶ περὶ τούτων αὐτάρκως εἴρηται, προσθῶμεν τῷ λόγῳ ὃ λεῖπον, ὑφ' ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἴπομεν, ἐξευρίσκοντες τὰ βοηθήματα. τὰς μὲν γὰρ οἷον γενικὰς αὐτῶν ἰδέας διηλθομεν, ὡς χρὴ τὰ μὲν ψύχειν, τὰ δ' θερμαίνειν, τὰ δὲ ὑγραίνειν, τὰ δὲ ξηραίνειν. ὅτοι γὰρ ἐν τοῖς ὁμοιομερέσιν οἱ σκοποὶ, καθάπερ ἐν τοῖς κατ' ὄγκον, ἤτοι καθαιρεῖν, ἢ ἀναπληροῦν, ὅτων δ' καὶ τοῖς κατ' ἀριθμὸν, ἢ ἀφαιρεῖν ὅλον, ἢ γενναῖν. ἐν δὲ τοῖς κατ' σχηματισμὸν, εἰς τὰ κατὰ φύσιν ἐπανάγειν σχήματα, καὶ κενοῦν τὰ πεπληρωμένα, καὶ πληροῦν τὰ κεκενωμένα, καὶ τὰς ἐμφράξεις ἀνοίγειν, καὶ τὰς ἀναστομώσεις συνάγειν, καὶ τὰ μεμυκότα, καὶ πεπυκνωμένα πρὸς τοὐναντίον διαιρεῖν, τὰ μὲν ἀναστομοῦντα, τὰ δὲ ἀραιοῦντα. ὅτων δὲ καὶ τῷ κατὰ σύνθεσιν νοσήματι, πρὸς ὃ κατὰ φύσιν ἐπανάγειν ὁ σκοπὸς, καὶ τῷ τὰ ἐνώσιν λελύσθαι κόλλησιν ἐργάζεσθαι τῶν κεχωρισμένων. ἀλλ' ἐν ἅπασι τούτοις ἐξευρίσκειν ὑλας βοηθημάτων, ὑ μικρόν ἐστι μέρος τῆς τέχνης. οἶδ' οὖν ὅτι τῶν παλαιοτέρων ἀφέντων, ὅπερ συμβαίνει μὴ μόνον ὀπίσω καὶ πρόσω, καὶ ἔνθα καὶ ἔνθα μεταχωρεῖν ὃ ὀξυτάτομον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν αὐτὸν τόπον ἄνω τῆς τῶν μυῶν σκυτονίας ἀνέλκεσθαι, δυοῖν κινήσεων ὄντι τοῖς ἐμβάλλουσιν ἡ χρεία, πρός τε τὴν μὲν τῆς κάτω, δευτέρας δὲ τῆς εἰς τὴν οἰκείαν χώραν ἀποθέσεως. καὶ διὰ τοῦτο χρεὼν αὐτοπάσεως, ἀδυνάτου γενέσθαι τῷ ἐμβολεῖ. εἰς δὲ τὴν αὐτόπασιν, ὅτε μὲν ἰσχυροτέρων αὐτοπλήξεών τε καὶ τάσεων ὄντι χρεία, πρόσθεν ἄπτεται. ποιεῖ δ' αὐτὰ, σπάνιον δὲ τῶν ἡμετέρων χειρῶν ἀδυνατοῦντες, ὄργανα πρὸς τοῦτ' ἐξευρήκαμεν ὀπτικὰ δύο. τὰ πολλὰ δ' αὐτῶν, καὶ εἰς αὐτὴν τὴν ἀπόθεσιν τῶν ἐξηρθρημένων συμπροσάπτει, καὶ ταῦτα πάντα τὰ ὄργανα τῶν βοηθημάτων ὕλαι τινές εἰσιν, ὥσπερ καὶ τὰ ἁρμόζοντα πάντα, καὶ τὰ φάρμακα, καὶ τὰ ἐδέσματα, καὶ τὰ πόματα, καὶ ἁπλῶς ὅσα προσαγόμενα τῷ σώματι, τὰς εἰρημένας διαθέσεις, εἰς ὃ κατὰ φύσιν ἐπανάγει. χρὴ πάντα πεπραγματεῦσθαι, καὶ περὶ τῆς τούτων ὕλης τὴν ἐπιστήμην, συμβαίνοντα πολλοῖς εἰρημένοις ἔμπροσθεν σκοποῖς τὴν χρῆσιν τῶν ὑλῶν, ἵνα μή ποτε πλανηθῇ ὁμοίου τινὸς παθόντος τοῖς οἰομένοις, ὅσα μὲν δεῖται ψύχεσθαι, πᾶσιν αὐτοῖς ἁρμόττειν ὕδωρ ψυχρὸν, ὅσα δὲ θερμαίνεσθαι, θερμὸν, οὐκ εἰδόσιν ὅτι κατὰ συμβεβηκὸς, ἐνίοτε καὶ ὃ ψυχρὸν, θερμαίνει, καὶ ὃ θερμὸν, ψύχει. πλεῖστα δὲ περὶ τῆς ἐν τούτοις ἁπάσι μεθόδου, κατὰ τὸν περὶ φαρμάκων πραγματείαν λέγονται. ἐν δὲ τῷ παρόντι λόγῳ τοῦτο προσθῶμεν, ὡς ἅπαν ὃ τοιοῦτον γένος τῆς ὕλης τῶν βοηθημάτων, ἐν προσφερομένοις, καὶ ποιουμένοις, καὶ κενουμένοις, καὶ τοῖς ἔξωθεν προσπίπτουσι κεῖται, δι' ὧν ἁπάντων ὁ σκοπὸς τὸν τέχνην διεξελθὼν, καὶ τῆς κατὰ μέρος ὕλης ἁπάσης ὁπτικὴν ἔχων, οὐ μόνον τῆς δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ τῆς χρήσεως, οὕτως ἂν εἴη συμπεπληρωκὼς ἅπαντα τὰ ὑγιεινὰ τῶν αἰτίων, ὡς μηδὲν λείπειν αὐτῷ πρὸς τὴν τῆς θεραπευτικῆς τέχνης σύστασιν. εἰς δύο κεφάλαια τούτων ἁπάντων ἀναγομένων, εἴς τε τὴν γνῶσιν τῶν σωμάτων, οἷς προσφέρεται τὰ βοηθήματα, καὶ αὐτὴν τὴν τῶν βοηθημάτων φύσιν.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 190 sur 413

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Περὶ τῶν ἐν τοῖς ὑγιαστικοῖς σημείων, ὑφ' ὧν αἱ παρὰ φύσιν διαθέσεις γνωρίζονται, ὅτι παραδείγματος τῆς πλευρίτιδος.

CAPVT XIV.

De ſignis diagnoſticis in ſalubribus quibus affectus præter naturam dignoſcuntur, pleuritidis exemplo.

Τὸ λοιπὸν δή, ἂν εἴη παρέπηγε αὐτῷ μέλλοντι τὰ κατὰ τὴν τέχνην, ἐξευρῆσθαί τινα διαγνωστικὴν θεωρίαν ἁπασῶν τῶν διαθέσεων, καὶ μάλιστα ὅσαι περὶ τὰ κατὰ βάθος μέρεα στωίσαντα. Ἔστι δὲ ἐν παντὶ τῷ τυχόντος ἔστιν ἐξευρεῖν ἑκάστου τῶν μορίων, ἢ τῶν ἁπλῶν, ἢ τῶν ὀργανικῶν, τὴν νοσώδη διάθεσιν, ὅταν ἐν τοῖς βάθεσι τύχῃ κείμενον. Ἀλλὰ καὶ ταύτῃδε μεθόδῳ τινὶ χρὴ πειρᾶσθαι ὃ πεπονθὸς ἐξευρίσκειν ἅμα τῇ περὶ αὐτῶν διαθέσει, περὶ ἧς εἴρηται καὶ ἡμῖν ἑτέρωθι διὰ πλόνων. Ἀλλ' ὥσπερ τῶν ἄλλων ἁπασῶν μεθόδων ἐνταῦθα τὰ κεφάλαια διηλθομεν, οὕτω καὶ περὶ τούτων εἰπεῖν ἀναγκαῖόν ἐστι, καὶ πρῶτόν γε διὰ τίνος γνῶσις τῶν παρὰ φύσιν, ἐλπίζειν χρὴ τὴν διάγνωσιν αὐτῶν ποιήσασθαι. τρία γάρ ἐστι τὰ συμπάντα γνῶναι τῶν παρὰ φύσιν, ἓν μὲν, αἱ διαθέσεις, αἱ βλάπτουσαι τὴν ἐνέργειαν. ἕτερον δὲ, τὰ τούτων αἴτια· καὶ τρίτον, τὰ συμπτώματα. τὰ μὲν οὖν αἴτια κυριώτατα μὲν, ὅταν ἐνεργῶσι, ταύτης τῆς προσηγορίας ἀξιοῦται. λέγεται μέντοι γε πολλάκις εἰ καὶ μηδέπω μηδὲν ἐνεργεῖ κατ' αὐτὸ τὸ δύνασθαι μόνον, οἷς καὶ ἡ ἀπεψία νόσων αἴτια λέγεται, κἂν μηδέπω νοσάζῃ. καλοῦ δὲ ἀπεψίαν, οὐ μόνον τῆς ἐν γαστρὶ πέψεως τὴν ἀποτυχίαν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἀγγείοις τε καὶ ἥπατι, καὶ τῷ ὄγκον σύμπαντα. τῶν δὲ συμπτωμάτων τὸ γένος, εἰς τρεῖς τέμνεται διαφοράς, τὴν βλάβην τῶν ἐνεργειῶν, τὰ συμβαίνοντα τοῖς σώμασι, καὶ τὴν ἀκρισίαν μιγνυμένων ἀμετρίας. ἀπάντων δὲ τούτων αἴτια τῆς σώματός ἐστιν ἡ διάθεσις, ὡς εἴτε νόσον, εἴτε πάθος ὀνομάζοι τις, οὐ διίσταται γνωρίζεται δ' εἰκότως ἕκαστον τῶν συμπτωμάτων, αἰτίας γε λόγον ἔχουσα πρὸς αὐτά. ἔνια μὲν οὖν αὐτῶν, ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τοῖς διαθέσεσιν, ἔνια δ' οὐκ ἐξ ἀνάγκης, ἀλλ' ἤτοι πληθάκις, ἢ ἀσυνιάκις, ἢ ἀμφιδόξως. ὥσπερ αὖ πάλιν, ἕτερα συμπτώματα, τὰ μὲν ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τῇ διαφορᾷ τῆς διαθέσεως, τὰ δ' ὡς ὅτι τὸ πολὺ, τὰ δ' ἀμφιδόξως, τὰ δὲ ἀσυνιάκις. ὅσα μὲν οὖν ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τῇ νοσήματι συμπτώματα, παδογνωμονικὰ προσαγορεύεται, καὶ ταῦθ' ἡγεῖσθαι χρὴ γνωρίσματα βέβαια τῶν νοσημάτων εἶναι ἀρχήν. ὅσα δ' οὐκ ἐξ ἀνάγκης, ἤτοι τῆς διαφορᾶς ἐστὶ τῆς νοσήματος, ἢ τῆς ἥθους, ἢ τῆς μεγέθους ἐνδεικτικά. δείξω δ' ὅτι παραδείγματος ἑνὸς ἑκάστου τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν, ἵν' ἐντεῦθεν ὁρμώμενος, ἔχῃς γυμνάζειν σαυτὸν ὁμοίως ἐν ἅπασι κατὰ τὴν αὐτὴν μέθοδον. ὑποκείσθω φλεγμαίνειν ὁ τὰς πλευρὰς ὑπεζωκὼς ὑμήν. ἔστι δὲ δήπου τοῦτο τὸ πάθος ἡ φλεγμονή, συμπτώματα μὲν ἐξ ἀνάγκης ἕξουσα, τὸ παρὰ φύσιν ὄγκον, ἔρυθρος, ὀδυνῶν, ὧν οὐκ ἐστὶν ἐπιπολῆς τὰ δύο, λείπεται δὲ τὸ ἄλγημα μόνον, ὁ κατὰ τὰς πλευρὰς ἐρείδον νυγματώδες γινόμενον. ἀλγεῖ μὲν οὖν ὁ ἄνθρωπος, ὅτι φλεγμονὴ τὸ πάθος. ἡ δὲ ἰδέα τῆς ὀδύνης, νυγματώδης, ὅτι καὶ ἡ οὐσία τοῦ πεπονθότος ἐστὶν ὑμενώδης. κατὰ δὲ τὰς πλευρὰς ἐρείδει, διότι ἐν ταύτῃ κεῖται τὸ πεπονθός. καὶ μὲν δὴ καὶ μέχρι πλείστου διήκει, διότι καὶ αὐτὸς ὁ ὑπεζωκὼς ὅτι πλεῖστον ἐκτέταται. πυρετὸς δ' ἐξ ἀνάγκης ἕπεται διά τε τὸ πάθος, καὶ τὴν θέσιν τοῦ πεπονθότος, ὧν ἐὰν ἀπῇ θατέρου, οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθήσῃ πυρετός. Οὐδὲ γὰρ

B

C

D

E

F

ENimvero qui quæ ſunt artis facturus eſt, ipſi reliquum erit, vt quandam omnium ſibi affectuum dignoſcendorum facultatem inueniat, corúmq; maximè qui altis partibus inſident. Neque enim hîc obuij cuiuſque eſt ſingularum partium, vel ſimplicium, vel organicarum quum in alto ſitæ fuerint, morboſum affectum inuenire. Attamen & hîc methodo quadam partem affectam, ſimul cum eius affectu comminiſci conandum eſt. de qua pluribus & à nobis alibi dictum eſt; Verùm ſicut aliarum omnium methodorum capita hîc perluſtrauimus, ita de his quoque diſſerere neceſſe eſt; ac primùm quo eorum quæ præter naturam ſunt affectuum genere, ipſorum cognitio ſperanda ſit, inſtruere. Tria namque vniuerſa ſunt eorum quæ præter naturam dicuntur genera. Vnum affectus actionem lædentes; Alterum, illorum cauſæ; Tertium, ſymptomata. Itaque principaliſſimæ quidem cauſæ, quum agunt, hanc appellationem merentur; dicuntur tamen multoties cauſæ, etiamſi nondum quicquam agant, eo dumtaxat quòd agendi facultate polleant; vt cruditas morborum cauſa dicitur, licet morbum nondum intulerit. Voco autem cruditatem, non ſolùm fruſtratam in ventriculo concoctionem, ſed in vaſis quoque, iocinore, corporíſque mole vniuerſa. Symptomatum genus in tres ſecatur differentias, actionum læſionem; ſimplices quæ corporibus accidunt qualitates; eorum quæ excernuntur incommoderationem. Omnium verò horum cauſa, corporis eſt affectus, quem ſiue quis morbum appellet, ſiue affectionem, nihil intereſt. Cognoſcitur autem meritò ex ſymptomatis cauſæ rationē ipſorum reſpectu obtinere. Quædam enim ex ipſis neceſſariò affectus ſequuntur, quædā nonneceſſariò, ſed vel ſæpe, vel rarò, vel ambiguè: quemadmodū rurſus alia ſymptomata affectus differentiā ex neceſſitate ſequuntur, quædam vt plurimùm, quædā incertò, quædā rarò. Quæ iam ex neceſſitate morbum ſequuntur ſymptomata, pathognomonica, hoc eſt affectuum indicatoria nuncupāt. Atque hæ certæ morborum notæ cenſendæ ſunt. Quæ verò non neceſſariò, vel morbi differentiam, vel morem, vel magnitudinem indicant. Sed exemplo quodam cuiuſque prædictorum vim oſtendam, vt eo adiutus, ſimiliter in omnibus eadem methodo teipſum exerceas. Supponatur igitur membrana coſtas ſuccingens inflammatione laborare. Affectus hic inflammatio eſt, ſymptomata quidem neceſſariò habens, tumorem præter naturam, ruborem, dolorem; quorum duo iam non ſubincidunt, ſolus autem dolor relinquitur, qui coſtis incumbens punctorius concitatur. Dolet igitur homo, quod inflammatio affectus ſit, doloris autem ſpecies pungens eſt, quòd affectæ partis ſubſtantia membranoſa ſit. Pleuræ verò incumbit, quia illa afficitur, quinetiam dolor latiſſimè ſpargitur, quòd membrana coſtas ſuccingens plurimùm extenſa ſit. Febris autem ex neceſſitate ſequitur, tum propter affectum, tum propter partis affectæ ſitum, quorum alterum ſi abſit, febris neceſſariò non ſequetur. Neque enim

ſi

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 191 sur 413

si digitus inflammatione laboret, continuò febris inuadit, quoniam procul à corde *situs est*. Neque quum membrana succingens affecta fuerit, mox affectus vel scirrhus, vel œdema contingit; quanquam difficultas spirandi ex iis sit quæ necessariò partem affectam sequuntur, quia spirabilis cuiusdam instrumenti portio est. Atqui spirandi difficultatis species non propter partem, sed ob affectum erit; dolor enim respirationis instrumenta plurimùm diduci prohibet; ideóque actionem respirationis, vsu nondũ expleto priùs dissoluit. Vnde ad secundã actionem celeriter accedere necessitas est; nõ ampliùs tantum quietis intermittendo, quãtum in naturali statu; atq; sic spiritus paruus & frequens redditur. At & pulsuum alteratio, ex necessitate membranæ costas succingentis inflammationem comitatur, tum quæ à febribus, tum quæ ab affectæ partis specie non separatur. Arteriæ namque ipsis, quòd quidem febricitent, maiorem, celeriorem, & frequentiorem pulsum edunt, quia verò neruosa pars est quæ inflãmatione infestatur, cum tensione simul ac duritie. Hæc igitur necessariò succingentis membranæ inflammationem symptomata sequũtur. Vnum autem est ex his quæ necessariò sequuntur, decubitus vel in latus affectum qui minùs est dolorificus, vel in oppositum; vel in vtrumque similiter. Nam quum duplex succingẽs membrana sit, si quidẽ exterior eius pars ossibus incumbẽs validiore inflammatione laboret, faciliùs in oppositũ latus reclinant. Etenim in affecta parte premũtur. Si verò altera interior ægrotet, quod vt plurimum accidere consueuit, in oppositum recũbentes vehemẽtiùs dolent, quòd pars inflammata ipsis pendeat; quòd si in affectã partem, minùs; nõ enim hæc ab ossibus premitur, neque suspensa est, sed ab vtroque libera est, & super alterum illæsum affirmata. Vtrisque verò succingentis membranæ partibus affectis, in vtrumq; latus æqualiter decũbunt. At verò quòd dolor quibusdã ad hypochondrium perueniat, aliis ad clauiculã, id tum propter partis affectæ naturam fit, tum quia inflammationis symptoma dolorem intẽdat. Quoniã enim ad clauiculas vsq; membrana succingens ascendit, & totum septum transuersum, vbi superiores eius partes inflammãtur, iugulum deorsum reuelli videtur, vbi inferiores, dolor ad hypochondrium peruenit. Igitur exiguam planè inflammationem in gastarum medio excitari oportet, ne in alterutram partem pertingat, vt magna in ambas peruenit. Quinetiam quòd nonnulla resudent, ac tenuis ex inflammata parte sanies effluat, tum propter morbum, tum propter partem eueniet, quemadmodum in omnibus oris partibus inflammatis, & oculis accidit. Si quidem & ex humorum influxu inflammatio suboritur, & pars rara est, non, vt cutis, constricta densáque. Quum igitur copiosus simul ac tenuis in inflammata parte humor subsistit, & pars rara est, plurimum foràs effunditur; quum verò è contrario pauca sit, & crassa fluxio, corpúsque densum, pauciſſimum, quod autem est pauciſſimum ad tussim quidem irritat, nihil autem expuitur; quemadmodum si fluxio fiat copiosiſſima, & plurimùm tussiunt ægri, & non pauca expuunt. Ac tussis ab hoc affectu inseparabilis est; excreatio verò post tussim non inseparabilis, verùm sæpe contingit. Si igitur expuant, sputum necessariò colorabitur, non tamen eodem perpetuò colore, quia nec in parte inflammata eiusdem semper naturæ est excrementum.

A ἐαὶ ὁ δάκτυλος φλεγμαίνῃ, πολύτως πυρέτιοισιν, ὅτι πορρὼ τῆς καρδίας. οὐδὲ ὅταν οὖν ὁ ὑπεζωκὼς μὴ πάθῃ, ὃ πάθος δ' ἤτοι σκίρρος, ἢ οἴδημα τύχῃ. καὶ μὴν καὶ ἡ δύσπνοια τῶν ὅσ ἀνάγκης ἀκολουθησάντων ἔσχε τὰ πεπονθότα τόπα, ὅτι μέρος ὄντι ἀναπνευστικοῦ ὄργανου. ὃ μὴ τοι ἡ δυσπνοίας εἶδος οὐ λέγ' ὃ μέρος, ἀλλὰ λέγ' ὃ πάθος ἔσχε. κωλύει γὰρ ἡ ὀδυνῶν διεστάλθαι μέζον πλείσου τὰ τῆς ἀναπνοῆς ὄργανα. τοῦτο καταλύει τὴν ἐροιῶν τῆς ἀναπνοῆς τὸ ἐνεργάν, οὐδὲ πω τῆς χρείας πεπληρωμένης, ὅθεν ἀναγκάζεται λέγ' τὰ ἔργα ὅτι τὼν δύ τέρων ἐνεργάν ἰέναι, μηκέτ' ἠρεμοῦντα τοσοῦτον, ὅσον ὅτ' ἐν τῷ κῦ φύσιν ἰῶ, καὶ οὕτω γίνεται ὃ πνεῦμα
B μικρὸν καὶ πυκνόν. ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν σφυγμῶν ἀλλοίωσις, ὃς ἀναλύσεως ἀκολουθεῖ τῇ φλεγμονῇ τὸ ὑπεζωκότος, ἤτ' ἀχώρευτος τῶν πυρετῶν, καὶ ἡ κῦ τὸ πεπονθότος ἰδέαν. σφύζουσι γὰρ αὖθις αἱ ἐντειναί, διότι μὴν πυρέτοισι μεῖζον, καὶ θᾶττον, καὶ πυκνότερον, ὅτι δὲ νευρώδες ὃ φλεγμαῖνον, ἅμα τάσις τε καὶ σκληρότης. ταῦτα μὲν οὖν ὃς ἀνάγκης ἀκολουθεῖ τὰ συμπίπτοντα τῇ φλεγμονῇ τὸ ὑπεζωκότος. ὃς ἀνάγκης δὲ καὶ τῶν ἐπομένων ἕν ἂ, ἤτοι γε ὅτι τὼν πεπονθὼς πλευρὰν ἡ κατάκλισις ἦν ἐπώδυνός ἐστιν, ἢ ὅτι τὼν ἀντικειμένων, ἢ ἐπ'
C ἀμφοτέρας ὁμοίως διπλοῦ γὰρ ὄντος τοῦ ὑπεζωκότος, εἰ μὲν οὖν ὃ πρὸς τοῖς ὀστοῖς ἔξωθεν αὐτοῦ μέρος ἰσχυρότερον φλεγμαίνοι, ῥᾷον ὅτι ὃ ἀντικείμενον καταπλίνονται, θλίβονται γὰρ ὅτι τοῦ πεπονθότος. εἰ δὲ ὃ ἕτερον ὃ ἔνδον, ὅπερ ὡς ἐπὶ πολλὰ συμβαίνειν εἴωθεν, ὅτι ὃ ἀντικείμενον ὀδυνῶνται μᾶλλον κλινόμενοι. χρεμᾶται γὰρ αὖθις ὃ φλεγμαῖνον. εἰ δ' ὅτι ὃ πεπονθὸς, ἦττον, οὔτε γὰρ θλίβεται πρὸς τοῖς ὀστοῖς, οὔτε χρεμᾶται, ἀλλ' ἀμφοῖν γε τούτοις ἠλθυήρωται, καὶ κῦ θατέρου τοῦ ἀπαθοῦς ἐσήκεκεν. παθόντων δὲ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν τοῦ ὑπεζωκότος, ὁμοίως ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς πλευραῖς
D κλίνονται. καὶ μὴν δὴ καὶ τοῦ δύνειν ὃ ἄλγημα τοῖς μὲν εἰς ὑποχόνδριον, οἷοις δ' εἰς κλῆν, ἅμα τε τῶν φύσιν τοῦ πεπονθότος γίνεται μείζου, καὶ ὃ τῆς φλεγμονῆς σύμπτωμα ὃ ἐκτείνεσθαι τὼν ὀδυνῶν. ἐπεὶ γὰρ ἄχρι τε τῶν κλῆδῶν ὁ ὑπεζωκὼς αἴνηκει, καὶ κῦ τοῦ ἀμφεγμάτος ἅπτονται, τῶν μὲν ἄνω μερῶν αὐτοῦ φλεγμαινόντων, ἡ κλεὶς καταπατᾶσθαι δοκεῖ, τῶν κάτω δ', εἰς ὑποχόνδριον ὀξύνει ὃ ἄλγημα. μικρὰν οὖν χρὴ πάνυ κῦ τὰ μέσα τοῦ πλευρῶν γίνεσθαι τὼν φλεγμαινόντων, ἵν' εἰς μηδέτερον ὀξύνηται, ὡς ἡ γε μεγάλη τοῖς ἀμφω διίκνεσθαι. καὶ μὴν καὶ ὃ διίδρυσθαι ἶνα, καὶ ἀποχεῖσθαι τοῦ φλεγμαίνοντος μείζου λεπτὸν ἰχῶρα ἅμα τε ὃ
E νόσημα γίνεσθαι, καὶ ὃ μέζον, ὥσπερ καὶ τοῖς ἐν τοῦ στόματι φλεγμαίνουσιν ἅπασι συμπίπτῃ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς. ὃς ὑπορροῆς τε γὰρ τοῦ ὑγροῦ ἡ φλεγμονὴ, καὶ ὃ μέρος ἀραιόν, οὐχ ὥσπερ ὃ δέρμα πεπιλημμένον τε καὶ πυκνόν. ὅταν μὲν οὖν πολλή τε ἅμα, καὶ λεπτὴ κῦ ὃ φλεγμῆνον ἡ ὑγρότης ἐπαίρῃ, καὶ ὃ μέζον ἀραιόν, πλῆθος ἐπιχεῖται τοῖς ὃ ἐκτός. ὅταν δ' ἔμπαλιν ὀλίγον τε ᾖ καὶ παχὺ ὃ ῥεῦμα, καὶ ὃ σῶμα πυκνὸν ἐλάχιστον. τοῦτ' δ' ἐλάχιστον ἐρεθίζει μὲν εἰς βῆχα, τοιούτοις δὲ οὐδέν. ὥσπερ γε καπειδὴ πλῆθος
F γίνεται, βήχουσί τε πλῆθος ἃ ἀναπτύουσιν οὐκ ὀλίγα. καὶ εἴη ἄν, ὃ μὲν βήττειν ἀχώρευτον τῶν πάντος, ὃ δὲ πτύειν ὅτι τοῦ βήττειν, οὐκ ἀχώρευτον μέν, ὡς ὅτι ὃ πολὺ δὲ χυμώδες. εἰ μέντοι γε ἀναπτύοιεν, οὐκ ἀνάγκης μὲν χρῶμ' ἔσεσθαι ὃ σίελον, οὐ μὲν ἀεί γε τοιοῦτον χρώματι, διότι μηδ' ἐν τοῦ φλεγμαίνοντι μέρει τῆς αὐτῆς ἀεὶ φύσεώς ἐστι ὃ σίελον.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 192 sur 413

ὁτὲμ μὲν οὖν αἷματῶδες, ἢ χολῶδες ἐπαρχῇ, τοιοῦτον δ' A
ἐν πλευρίτιδι τὸ πίπτον ἐστὶ τὸ τοῦ φλεγμονῶδ ἐργαζόμενον
ῥεῦμα, κεχρωσμένον ὑπὸ τοῦ παρεγκειμένου
χυμοῦ καὶ τὸ φλεγμαῖνον. ἐρυθρὸν μὲν, ὁτὲμ αἱματικὸν
ἐπαρχῇ τὸ ῥυὲν εἰς τὸ ὑπεζωκότα. ξανθὸν δ', ὁτὲ πικρόχο-
λόν ἐστιν. Εἰ μέντοι φλεγματώδης χυμὸς ἐπῴτον σφίγ-
θείς τε καὶ διαφθαρεὶς, αἴτιος καθίσταται τοῦ τοῦ φλεγμονῶδ
ἐργαστικοῦ ῥεύματος, τίνα καὶ τὰ ἀποπτύοντα ἀφρώδη.
πτύουσι δὲ ἐνίοτε μέλανά ποτε, κατοπτηθέντος τοῦ ῥεύματος, αὖθ'
αἱματικὸν, αὖ τε πικρόχολον ἢ. σημαινόμενα οὖν τὰ τοιαῦτα
πάθη, τῇ τε τοῦ πεπονθότος μορίου διαγνώσει, καὶ τῇ τοῦ πά- B
θους, τοῦ διαφορὰν τοῦ ῥεύματος. ὡς' ἐκ τῶν εἰρημένων δῆ-
λον, ὡς ἐνίοτε οὐσίαν ἑκάστου τῶν πεπονθότων μορίων, ἀναγ-
καῖόν ἐστιν ἐπίστασθαι, καὶ τοῦ πρὸς τὰ σύμφυτα κοινω-
νίαν, εἰς τοῦ τῶν νοσημάτων τε καὶ συμπτωμάτων τόπων εὕρεσιν.
ὅτι δ' ἐνίοτε διαφορὰ λέγω, ἢ θέσιν, ἢ σύνθεσιν, ἢ πρὸς τὰ
σύμφυτα κοινωνίαν, δῆλον εἶ) νομίζω, κἂν ἐγὼ μὴ
λέγω.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Περὶ τῶν λοιπῶν σημείων, ἐξ ὧν τὰ νοσήματά τε, καὶ C
τὰ πεπονθότα μόρια διαγινώσκομεν.

ΕΚ δηλον δ' ἐκ τῶν εἰρημένων ἐστὶν, ὡς ἐνίοτε καὶ τοῦ ἐνεργάσασθαι τε
καὶ τοῦ χρείαν ἑκάστου τῶν μορίων αἰαγκαῖόν ἐστιν ἐπί-
στασθαι. καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὰς τῶν νοσημάτων τε, καὶ συμ-
πτωμάτων γενέσεις. Εἰς δὲ τοῦτο, καὶ τὰς ποιούσας αἰτίας τὰ
νοσήματα. πρός τε γὰρ τοῦ διαγνῶναι ἑκάστου τῶν πεπονθό-
των μορίων ἅμα τὰς διαθέσεσι, καὶ πρὸς τὰς τῶν νοσημάτων
αὐτῶν διαφορὰς, αἀναγκαῖα φαίνεται ταῦτα. ℞ Ὁ μὲν μέγεθος δὲ, D
καὶ ὁ ἦθος ἑκάστου τῶν νοσημάτων, ἐκ τῶν αὐτῶν τούτων λαμ-
βάνεται. Ὁ μὲν μέγεθος μὲν, ἔκ τε τῆς τῆ τοῦ διαθέσιν αὐτῶν
μεγέθους, καὶ τῶν ἐπομένων αὐτῇ συμπτωμάτων. Ὁ δὲ ἦθος,
ἔκ τε τῆς διαφορᾶς τῶν νοσήματος, καὶ τῶν ἐπομένων αὐτῇ
συμπτωμάτων. δῆλον γοῦν ὅτι τῶν πρωτοπαθοῦς διαθε-
σίμματος, ἐλευθεριώτατος μὲν ὅστις ὁ μελαγχολικὸς ὀπτικὰ τῶν
χυμῶν, ὅτι τε κακοηθέστατος αὐτῶν ὅστι, καὶ διαβρωτικώτατος, καὶ
δυσαπόπλυτος, καὶ δυσεκκάθαρτος, ὅτι τε πλείστης θερμασίας
ἐνδεκτικὸς, ὑφ' ἧς καυθῆναι ἐγίνετο. πέμπτων δ' ὀπτικέστα-
τος ὁ αἱματικὸς, ὡς αὖ γλυκύτατός τε καὶ εὐπεπτότατος ὤν.
οἱ δ' ἄλλοι δύο χυμοὶ, μεταξὺ τῶν εἰρημένων εἰσὶν, ἁπλότη- E
τός τε καὶ κακοηθείας. τῶν συμπτωμάτων δὲ, ὁ μὲν μηδὲν αἰα-
πύλυν ὀλέθριον, ὅτι τε δεδέσθαι δηλοῖ τοῦς τῆς φλεγμονῆς
ῥεῦμα, καὶ ὅτι διαφθαρήσεται. Ὁ
δ' ἀναπύλυν ἀπόνως τε καὶ ῥᾳδίως ὀπτικέσται. εἰ δὲ δὴ καὶ
ὁ πυώδη ἐστὶ πεπεμμένον, ἔτι καὶ μᾶλλον ὀπτικέσται.
Ἀλλὰ καὶ τὰ τοὺς σφυγμοὺς συμπτώματα, ὁ ἦθος δηλοῖ τῆ
νοσήματος. ἤδη δὲ καὶ τ' ἄλλα ὅσα τῇ συμπάσχειν ὀπτιγένεται,
διαφορήσεώς τε, καὶ κώματα, καὶ ἀπορεξίαι, καὶ οὖρα, καὶ
διαχωρήματα τίνα καὶ τίνα γιγνόμενα. γυμνασέον οὖν ἡμῖν
ἐστιν, ἐν ἅπασι τοῖς εἰρημένοις, εἰ διαγνωσικὰ βουλόμεθα F
γενέσθαι νοσήματός τε καὶ μορίου πεπονθότος, ἦθός τε καὶ με-
γέθους, καὶ διαφορᾶς τῆς κατ' αὐτά. ἐκ τῶν αὐτῶν δὲ τούτων
ἡμῖν ἐπαρξῇ, καὶ ὃ προγινώσκειν, εἰς ὅ, τι τελευτήσῃ ὁ νό-
σημα, καὶ ἡ τῶν βοηθημάτων ὀπτὶ δέξιος χρῆσις. ἡ μὲν γὰρ προ-
γνῶσις αἰσχίστου τε τ' ἰατροῦ ἀποφαίνῃ τῶν θανάτων, ὑπείθεῖς

Quum igitur cruentum, vel biliosum extiterit, (talis autem in pleuritide plerumque fluxio est quæ inflammationem efficit) coloratum est sputum ipsius cruore *refuso*, ab humore qui in parte inflammata continetur. Rubrum sanè, quum quod in succingentem membranam defluit, id cruentum est. Flauum, quum biliosum est. Si verò pituitosus humor primùm & impactus, & putrefactus, fluxionis inflammationem generantis author fuerit, tunc spumosa expuunt; expuunt autem & nigra nonnunquam fluxione exasperata, siue cruenta, siue biliosa fuerit. Hæc igitur omnia vnà cum affectæ partis, ipsiusque affectus dignotione, fluxionis differentiam indicabunt. Quare ex his quæ dicta sunt, constat tum cuiusque partis ægrotæ substantiam, tum communionem cum vicinis necessariò esse cognoscendam ad morbi eiusque laborantis loci inuentionem. Quòd autem nihil referat, situm, vel compositionem, vel cum aliis societatem, communionémque dicere, quis ignorat?

CAPVT XV.

De reliquis notis, quibus morbos, & affectas partes dignoscimus.

EX prædictis autem liquet quòd tum actionem tum vsum singularum partium scire sit necessarium; ad hæc etiamnum morborum, & symptomatum generationes; postea causas etiam morbos efficientes. Etenim hæc ad cuiusque partis affectæ, ac vnà ipsius affectus dignotionem, & ad morbi ipsius differentias necessaria videntur; Sed & magnitudo, & vniuscuiusque morbi mores, ex his ipsis deprehenduntur; magnitudo quidem & ex ipsorum affectus magnitudine, & ex symptomatis illum consequentibus; mores autem ex morbi differentia, & symptomatis eum comitantibus. Statim enim in proposito exemplo, melancholicus humor quum exuperat, pernicioſissimus est, quòd is maximè malignus plurimum erodat, ægrè concoquatur, & vix expurgetur; quódque copioſissimi caloris sit index, à quo assatus dicitur. Omnium verò mitissimus sanguineus humor est; quòd dulcissimus, & concoctu facillimus existat. Reliqui duo humores inter hos dictos consistunt medij, in simplicitate & malignitate. Ex symptomatis, nihil prorus expuere, pernicioſum; tum quòd detineri ab inflammatione ipsum fluorem indicet; tum quòd intus manendo totus corrumpatur. At citra laborem, & ex facili excreare, saluberrimum est. Si verò iam sputum coctum fuerit, hoc etiamnum quàm saluberrimum est. Cæterùm pulsuum symptomata, morbi morem repræsentant, atque iam alia omnia quæ ex consensu contingunt, deliria, sopores, fastidium, vrinæ, deiectiones hoc aut illo modo factæ. Proinde exercere nos oportet in his omnibus prædictis, si morbum, partem affectam, morem, magnitudinem, & eorum differentiam velimus dignoscere; ex his verò ipsis præsagire licebit quò morbus desinet, & dexter auxiliorum vsus. Etenim præsagia medicum mortis non authorem declarant, ægrósque reddunt

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 193 sur 413

reddunt obtemperantes, & ex multis remediorum occasionem prædocent. Quòd autem dexter remediorum vsus id artis quidem sit præcipuum, à quo vniuersus sermo manauerit, omnibus manifestum est. At qua ratione ex prædictis præsagia comparentur, paulò post dicetur. Nunc etenim his quæ exposui, finem priùs imponere volo. Nam morborum, & eos susci-
pientium partium dignotio in vno nobis exemplo declarata est. Adiicere verò aliud quoddam simile nihil mali *fuerit*. Nam eorum quæ excernuntur idea permulta docet. Cum ipsa autem concurrit vnde excretionem fieri cernimus; vt ex ambobus coëuntibus stabilis vna indicatio proueniat. Membranoso etenim, verbi gratia, corpore excreto, indicatio quidem ex eo quod apparet, talem partem exulceratam esse indicat, quæ in summo membranæ naturam obtineat; id autem separatum significare nequit, attamen excretionis ad affectam partem nos deducet. Quod etenim deorsum deiectum est, intestini vlcerationem innuit; sursum verò vomitu reiectum, ventriculi, tussiendo redditum, membranarum quæ asperas arterias integunt; at mictum, vel vesicæ vel qui in pudendo est meatus. Has igitur ipsas partes, ac præterea quæ per consensum & primario affectu laborant, ab inuicem discernere conuenit, principatu, consequentia, magnitudine, & paruitate; insupérque accessione causarum vtrumque deprauantium. Multi siquidem ob stomachi affectum, vel cerebro consentiente, vel oculis suffusione laborantibus, melancholiæ symptomatis infestantur. At si quis animum diligenter adhibeat, commemoratos affectus cruditates, & excrementa in ventriculi orificio collecta sequi deprehendet; atque eosdem simul intendi cum illis quæ os ventriculi lædunt, & remittere cum his quæ hoc iuuare dicuntur. At vniuersam de affectis partibus tractationem transigere in præsentia mihi propositum non est, quemadmodum nec aliud quicquam eorum quæ in arte medica absoluta sunt; verùm solam inueniendi ipsa methodum ostendere ac quomodo ea fini artis coniuncta sit. Atqui necessarium est, vt variis se modis quisque exerceat in omnibus nostris commentariis. Quod igitur in rem præsentem requiritur, apponentes, ad methodos commemoratas discedemus; atque hîc rei formam esse censeto; vbi verò materiis inducta fuerit, totam substantiam, quum omnia particulatim recensuero, sicut modò in paucis exemplis factitaui, & hæc tibi artis integra pars erit.

A τε πρὸς τοὺς κάμνοντας, ὃν πολλῶν τε προδιδάσκει τὸ χρεὼν τῶν βοηθημάτων. ἡ δὲ βοηθημάτων χρῆσις ὅτι δεξιὸς, ὅτι μὲν αὐτῶ ὃ κυριώτατόν ὄστι τῆς τέχνης, ἐφ' ᾧ σύμπας ὁ λόγος ὥρμηται, προδηλον πᾶσι. πῶς δὲ ὃν τὰ προφημένων ἔσται, μετ' ὀλίγον εἰρήσεται. νυνὶ μὲν γὰρ ὅπερ ἔμπροσθεν βούλομαι προτεῖναι οἷς διεξιέναι, τὸ τέλος. ἡ γὰρ τῶν νοσημάτων ἅμα τοῖς δεδεγμένοις αὐτὰ μορίοις διάγνωσις, ἐφ' ἑνὸς μὲν ἤδη μοι τοῦδε δείγματος εἴρηται. προσθεῖναι δ' ἕτερόν τι τοιοῦτον ἁπλότερον, οὐδὲν χεῖρον. ἡ γὰρ τῶν ἐκκρινομένων ἰδέα διδάσκει πολλά, συνῆπταί δ' αὐτὴ τῷ σώματι, ἐξ οὗ τὴν ἔκκρισιν ὁρῶμεν γιγνομένην, ὡς ἐξ ἀμφοῖν συνιόντων ἐνδέξιν μίαν γίνεσθαι βεβαίαν. ὑμενώδους γὰρ, εἰ ὄντως ἔτυχεν, ἐκκρινομένου σώματος, ἡ μὲν ἐξ αὐτοῦ τοῦ φαινομένου ἔνδειξις, πλακῶδές τι τοιοῦτον ἐνδείκνυται μέρος, ὡς ὑπάρξαν ὑμενώδη φύσιν ἔχον, ἀφωρισμένον δὲ αὖθ', δηλοῖ τὸ ἀδιάτειτον. ὃ μὴν τῆς ἐκκρίσεως χωρίον, ἐπ' αὐτὸ ὃ πεπονθὸς προδηλοῖ. κεῖται μὲν γὰρ ἔξω χωρήσαν, ἐνδεῖξαι δὲ τοῦτο τὸ ἕλκωσιν, ἄνω ἦν ἐμεθὲν, ταχρὸς. ἀναδηλοῖ δὲ, τὴν ὑπαλειφόντων τὰς τραχείας ἀρτηρίας ὑμένων, ὑρηθὲν δὲ ἤτοι κύστεως, ἢ τοῦ κτ' ὃ αἰδοῖον πόρου. αὐτά τε δὴ τὰ τοιαῦτα, καὶ προσεπιπολάζειν τε, καὶ προσπαθεῖν κελεύοντα σώματα, διακρίνειν ἀλλήλων προσήκει, τῇ τε τῶν μεγέθει καὶ ἀκολουθίᾳ, καὶ τοῦ μεγέθους τε, καὶ τῇ σμικρότητι, καὶ προσέτι τῇ τῶν καθ' ἑκάτερον αἰτίων προσθόλῳ. πολλοὶ γοῦν ὑπὸ στομαχικῆς διαθέσεως, ἢ τοῦ ἐγκεφάλου εἰς συμπάθειαν ἀφθέντος, ἐν μελαγχολικοῖς ἐνέπιπτον συμπτώμασιν, ἢ τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖς τῶν ὑπογεγομένων. ἀλλ' ὅτι τῶν τοιούτων ἐαὶ τις ἀκριβῶς προσέχῃ τὸν νοῦν, εὑρήσει τοὺς ἀπεψίας τε, καὶ τοὺς τῶν προσπεπτωμάτων ἀθροίσεσιν ἐν τῷ στόματι κοιλίας ἐπόμενα τὰ εἰρημένα παθήματα, καὶ συμπροξυνόμενά τε τοῖς βλαπτομένοις τῆς γαστρὸς στόμασι, καὶ συγκεκιρνάμενα τοῖς ὠφελοῦσι. ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τούτων προκείσθω νῦν, ἀπέμπτα τὸν ὑπὲρ τῶν πεπονθότων μερῶν λόγον διέρχεσθαι. ὥσπερ οὐδ' ἄλλο τι τῶν κτ' τὸν τέχνην ὁλόκληρον, ἀλλ' ἐνδείξασθαι μόνον τὸν μέθοδον αὐτῆς τῆς εὑρέσεως, καὶ ὅπως πρὸς τὰ τέλη τῆς τέχνης συνῆπται. καὶ ἀναγκαῖόν ὄστιν αὐτὸν καθ' ἕκαστον γυμνάσασθαι πολυειδῶς ἐν ἅπασιν, ἃς ὑπ' αὐτῶν γεγραμμένας ἡμῖν ἐννοίας, ἴσως προσματείας ἀναλεγόμενον. ὅπερ οὖν ἀναγκαῖόν ὄστιν ἐπὶ τὰ πρόντα προσθέντες, ἀπαλλάξομεν ὅτι τὰς εἰρημένας μεθόδους, κἀνταῦθα τὸ εἶδος νομίζε τῆς προάγματος ὑπάρχειν. ἐπειδὴ δὲ τῆς ὕλαις ἐμβεβάσθω, ὅλον τὸν οὐσίαν, ὅτιπερ ἅπαντα διέλθω τὰ κτ' μέρος, ὥσπερ νῦν ὅτι προδιδάγματων ὀλίγων ἐποίησα, καὶ τοῦτ' ἂν εἴη τὸ μέρος ἐπὶ τῆς τέχνης ὁλοκλήρως συνεχόμενος.

B

C

D

E

CAPVT XVI.

De remediorum delectu ac vsu ex substantia, conformatione & situ partium laborantium.

AT supereſt vt demonſtremus ad commodum remediorum vſum, accuratam partis quam curamus, ſubſtantiæ, conformationis, ac ſitus cognitionem eſſe neceſſariam. Subſtantia namque docet primos morbos qui in intemperie conſiſtunt, quantum à naturali ſtatu receſſerint, quantúmque ipſos ſingulos calefacere, refrigerare, exiccare, & humectare oporteat. Conformatio verò ipſos per ſe morbos docet, de quibus antea dictum eſt; & eorum

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ιϛ'.

Περὶ συλλογῆς τε καὶ χρείας τῶν βοηθημάτων ἐξ οὐσίας τε, καὶ διαπλάσεως, καὶ θέσεως τῶν πεπονθότων μερῶν.

ΥΠόλειπον δ' ὅτιν ὑποδηκνύναι, ὡς καὶ εἰς τοῦτο ἱκανὸν χρῆσιν τῶν βοηθημάτων ἀναγκαῖον ὑπάρχειν τοῦ οὐσίαν ἀκριβῶς τοῦ προπεπονθότος μορίου, καὶ τοῦ διαπλασιν, καὶ τοῦ θέσιν. ἡ μὲν οὖν οὐσία διδάσκει τὰ πρῶτα νοσήματα τὰ κτ' δυσκρασίαν, εἰς ὅσον ἐξέστηκε τοῦ κτ' φύσιν, ἄχρι τοσοῦτο θερμαντέον ὄστιν ἕκαστον αὐτῶν, καὶ ψυκτέον, καὶ ξηραντέον, καὶ ὑγραντέον. ἡ δὲ διαπλασις, αὐτά τε τὰ καθ' ἑαυτοῦ διδάσκει νοσήματα, περὶ ὧν ἔμπροσθεν εἴρηται, καὶ συνενδείκνυται ὃ

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 194 sur 413

μέγεθος αὐτῶν. Εἰς ὅσον γὰρ ἕκαστον ἀφέστηκε τῆς κατὰ φύσιν, εἰς τοσοῦτον ἔσχε μέγεθος. ἅμα δὲ τῷ μεγέθει, καὶ ὁ μέχρι πόσου, δηλοῖ τῶν σκοπῶν ἐπιτυγχάνειν αὐτὰ χρὴ τοὺς ὁρῶντας φύσιν, ἐξ αὐτῶν λαμβάνεται. Τοῦτο μὲν οὖν ἀναλόγων τοῖς κατὰ δυσκρασίαν. αἱ δὲ ἐμφράξεις τε, καὶ σφιγγώσεις τούτου εἰσὶ γλίσχροις, ἴσχνον δὲ ὀξαίρετον ἐνδείκνυται, τὸ βάθος τῆς κενώσεως ἐκ τῶν σωμάτων, καὶ διὰ τῶν σημάτων ἃ κέκτηται ὁ θεραπευόμενος ὄργανον. ὑπεκκοινοῦται δὲ τούτοις τοῖς κατὰ τῆς θέσεως ἐνδεικνυμένοις, ὑφ' ὧν ἤδη λέγομεν. ὅσα μὲν οὖν ἐν αὐτοῖς ἀναλόγων ἐστὶν, εἰς τε τὸν τῶν μεγεθῶν διαφορὰν, εἰς τε τὸ ποσὸν τῆς τῶν βοηθημάτων χρήσεως, οὐδὲν ἔτι δέομαι λέγειν. ὅσα δὲ ὀξαίρετα, λεκτέον ἐφεξῆς, ὅπως καὶ ἡ χρεία μετέχῃ πρὸς τὰς θεραπείας αὐτῶν ὅτι μεγίστων ὠφελειῶν ἀπὸ τῆς διαπλάσεως ἐνδείξεσιν. ἔστω δ' καὶ ἐνταῦθα ὁ λόγος ὀλίγων, ὑφ' τῆς γνώσεως τῶν μεθόδων. ἔμφραξίς ἐστι μὲν, ἐν οἷς τῶν ὀργανικῶν παθῶν. ἐγγίγνεται δὲ ἐν ἅπασι μάλιστα διὰ τὴν κατασκευὴν αὐτῶν, καὶ τὴν ἐνέργειαν. αἱ γὰρ ἀπὸ τῶν πυλῶν φλέβες εἰς ἅπαντα τὰ παλάγγυον τὰ σιμὰ κατακλώμεναι, στενὰ πᾶσιν τοῖς ἐν τοῖς κυρτοῖς ἀδήλοις αἰσθήσει τὰ μόρια. ἀναφέρεται δὴ ἐκ τῆς κοιλίας ἕψημα πᾶσα, πρὸς ἕνα τόπον τὸ ἧπατος, ὃν ἀπ' αὐτοῦ τοῦτο τὸ νῦν εἰρημένου, πύλας ὀνομάζουσιν. οὔτε γὰρ εἰς τὰς πόλεις εἰσελθεῖν ἔξεστιν διωλάτῃ, πρὶν διελθεῖν τὰς πύλας, ἔστ' εἰς ἣν πρῶτον ἀφικέσθαι, πρὶν ἐν τούτῳ γενέσθαι τῷ χωρίῳ. διανέμεται δὴ ἐντεῦθεν εἰς τὰ σιμὰ τοῦ ἥπατος ἀπέρατα, κἄπειτα δι' ὧν εἰρήκαμεν ῥαφάτων εἰς ὃ κυρτὸν μεταλαμβάνεται. ὀφθὲν οὖν γαμμαῖον ἐστι, διά τε τὴν τῶν ὁδῶν στενότητα καὶ ὁ πλῆθος τῆς διερχομένης οὐσίας ἐμφράττεσθαι συνεχέσιν ἀλίσκεσθαι ὃ παλάγχνον. ἴασις οὖν αὐτῶν ἔσται, πρὶν πολλὰς ἐκθρέψαι, καὶ πυρέττειν τὸν αἰθέριον τῶν λεπτομερῶν ἐδεσμάτων τε καὶ φαρμάκων τροφήν. πολλῶν δὲ ἐκθρεψάντων, οὐκ αὐτὸ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ κένωσις ἔσται, τοῦ ἵνα δι' ὧν χρὴ ποιήσασθαι χωρίων, ἥτε διάπλασις ἐνδείξεται τοῦ παλάγχνου, καὶ ἡ θέσις. ἐκ τούτων γοῦν ὁρμώμενοι, τὰ μὲν ἐν τοῖς σιμοῖς τοῦ ἥπατος ἐπ' ἔντερον τρέφομεν. ὅσα δὴ ἐν τοῖς κυρτοῖς ἐστι, δι' οὔρων ἐκκενοῦμεν. οὕτω δὲ καὶ ὅσα κατὰ τὴν ἀκρώμενα, καὶ τὰ πνεύμονα τρέφεται, κενοῦσθαι δεόμενα τροφῆς τε τῆς διαπλάσεως αὐτῆς, καὶ τῆς θέσεως ἐδιδάξαμεν ἐκκαθαίρειν διὰ βηχῶν. ὡσαύτως δὲ καὶ ὅσα κατὰ τὴν ἐγκέφαλον ὑπὸ ῥίνας ἕλκειν. οὐχ ἥκιστα δ' καὶ ἡ τῶν φλεγμαινόντων μορίων ἴασις, ἐκ θέσεώς τε καὶ διαπλάσεως λαμβάνεται. ἔστι μὲν γὰρ καὶ τούτων ὁ τροφῆς σκοπὸς, ἡ κένωσις τοῦ χυμοῦ τοῦ κατασκήψαντος εἰς ὃ φλεγμαῖνον. ὅπως δὴ ἐκκενοῦν αὐτὸν χρὴ, τῶν κατεχόντων ὀργανικῶν μορίων ἡ φύσις ἐνδείκνυται. πρὸς αὐτῶν γοῦν διδασκόμενοι, τὰ μὲν εἰς ἰγνὸν κατασκήψαντα ῥεύματα, διὰ τῶν κατ' ἰγνύα τε καὶ σφυρὰ φλεβῶν ἐκκενοῦμεν, ὥσπερ γε καὶ ὅσα κατὰ τὰς μήτρας ἵδρυται. τὰ δὲ κατὰ τὴν ἀκρώμενα, διὰ τῆς ἔνδον κατ' ἀγκῶνα φλεβός. τὰ δὲ κατὰ κεφαλὴν τε καὶ τράχηλον, ἐκ τῆς ὠμιαίας. ἡ γὰρ τῶν ἐντατῶν τε καὶ κοινῶν τῶν περὶ τοῦτο μορίων φλεβῶν κένωσις, ἄλυσίν τε καὶ ῥᾴστη. καὶ ὃ διαφορῆσαι ὃ ὃ φλεγμαῖνον, ἔστι μὲν δηλονότι καὶ αὐτὸ τῷ ἐκ τῆς νόσου ματος ἐνδέχεσθαι ἔχειν. ὑπαλλάττεται δὴ ἐν τῇ κατὰ μέρος τῶν βοηθημάτων χρήσει, τῷ τε διὰ τὴν θέσεως τῆς περὶ τοῦτο μορίων προσλαμβάνειν ἐνδέχεσθαι. ὅσα μὲν γὰρ ὑπὸ πολῆς κεῖται, τοιοῦτον ἐπ' αὐτῶν ἐστὶ προσήκει ὃ διαφορῆσον φάρμακον, οἷ' ἂν ἐνδείκνυται ὃ τῆς φλεγμονῆς εἶδος. ὅσα δὴ ἐν βάθει, τοσοῦτον

magnitudinem simul indicat, nam quantum quodque à naturali statu decessit, tantùm accedit magnitudo, vnà verò cum magnitudine & id quòd adusque quantum ipsa quæ decesserunt ad naturam per contraria restituenda sint ex ipsa deprehenditur. Itaque hæc proportione morbis in intemperie respondent; obstructiones autem & constipationes huius sunt generis. At proprium, eximiumque euacuationis modum ostendit ex oculis & figuris quas sortitum est quod curatur organum. Id autem cum iis communicat, quæ à situ indicationem habent de quibus iam dicamus, quæ igitur inter ea proportionem habent ad magnitudinis dignotionem, aut ad remediorum vsus quantitatem, non opus est dicere. Quæ verò eximia ac præcipua sunt ea deinceps docenda, quoniam & vsus ad curationem eorum est maximus, quæ indicationibus à conformatione sumptis immiscentur; quin & hîc paucis exemplis, vt methodum cognoscamus, sermo futurus est. Obstructio sanè vnus quidam est organicorum morborum, potissimùm verò iecori, tum propter eius structuram, tum ob actionem accidit. Etenim venæ quæ à portis in totam visceris cauam partem distribuuntur, oculis earum quæ in gibba sunt sensum latentibus cohærent. Defertur autem totum alimentum ex ventriculo ad locum vnum hepatis, quem ab eo quod modo dictum est, portas appellant. Nemo enim in ciuitatem ingredi potest, nisi portas primò transeat; neque alimentum ad iecur peruenire, priùs quàm in hoc loco fuerit; inde verò in totam iecoris cauam partem distribuitur, ac deinde per dictos venarum terminos in gibbum transsumitur. Nihil igitur mirum est, viscus hoc crebris obstructionibus ob viarum angustiam, & substantiæ permeantis copiam corripi. Harum igitur curatio fuerit, antequam plures augeantur, & homo febricitet, eduliorum & medicamentorum attenuantium oblatio. Multis autem adauctis, non modò ipsa, sed & vacuatio curabit, quam quibus locis astrui oporteat, tum visceris conformatio, tum situs demonstrat. Ex his igitur procedentes, quæ in cauis quidem hepatis sunt, ea ad intestinum impellemus, quæ verò in gibbo existunt, per vrinas vacuabimus; simili modo & quæ in thorace & pulmone continentur, si vacuanda sint, à conformatione ac situ didicimus per tusses expurgare, simili modo & quæ in cerebro hærent, ad nares trahere. Non minùs autem partium inflammatione laborantium sanatio ex situ & conformatione sumitur. Etenim & horum primus scopus est humoris in partem inflammatam decumbentis euacuatio. Quomodo autem hic euacuandus sit, continentium organicarum partium natura docet. Ab ipsis igitur instituti, fluxiones in coxam decumbentes, per venas poplitis & tali vacuabimus, quemadmodum & ea quæ in vteris continentur. Quæ verò in thorace & pulmone, per interiorem cubiti venam. Quæ denique in capite & ceruice *infestant*, per humeralem. Optima namque & facillima est, per proximas & affectæ parti communes venas euacuatio. Atque quod tumet, per halitum discutere, & hoc sanè ex morbo indicationem habet. Verùm particularem auxiliorum vsum variandum esse, partis affectæ situs ostendit. Qui namque in summa cute affectus constituti sunt, iis tale resoluens esse medicamentum conuenit, qualis inflammationis species indicat. Qui in alto latent, hoc acrioribus

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 195 sur 413

acrioribus medicamentis indigent, quo magis ab exterioribus receſſerunt. Quare nõnunquam ſi vehementer admodũ in alto lateant, cucurbitulis vtimur; quod in ſumma cute ortis inflammationibus quàm maximè contrarium eſt. Ita verò ſi adſtringentis medicamenti vſus erit, loci id deſiderantis ſitum inſpiciemus. Nam ſi eò medicamentum adſtringens peruenire poteſt, nihil vetat id adhiberi. Sin autem non poſſit, conſiderandum venit, ne quando ex proximis humorem in locum affectum propellamus. Proinde vel miſcenda eſt adſtringẽti medicamento facultas quædam eiuſmodi, quę veluti id manu ducat, vel eo non vtendum eſt. Maximè ſiquidem eos lædere noui, qui ex pulmone ſanguinem extuſſiẽtibus, medicamenta adſtringentia toti thoraci vndique appoſuerunt. Nam præterquam quòd facultas eorum in pulmonem non penetraret, etiã ſanguis qui in thorace continebatur, in viſcus illud agebatur. Atq; de his ſatis eſſe dictũ arbitror ad præſentem diſputationem. Tantum igitur adhuc præfatus, quòd methodus hæc forma ſolùm commentarij huius extet, aliud aggrediar. Cęterùm ſingularum corporis partium ſcientia ac diſcurſus velut vniuerſa ſubſtantia eſt quam in aliis commentariis tranſegimus.

A δριμυτέρων δεῖται φαρμάκων, ὅσῳ τῷ ἐκτὸς ἀποκεχώρηκεν, ὥστε καὶ σικύας ἐπ' αὐτῶν ἐνίοτε χρήζομεν, εἰ τὴ συχνοὶ κέοιτο βάθους, ὅσῳ σκληρότατόν ἐστι τοῖς ὑπὸ πολῆς φλεγμαίνουσιν. οὕτω δὲ καὶ εἴ που σφόντος εἴη φαρμάκου χρεία, σκεπτέον τῷ δεομένου χωρίου τὴν δύσιν. εἰ μὲν γὰρ ἐκτὸς ἐστιν ὄγκος ἰσχνέσθαι προσῆκε αὐτὸ ὃ σφόν, οὐδὲν κωλύει τοῦτο λαμβάνειν. εἰ δ' οὐχ ἱκανὸν, ὑποσκεπτέον μή ποτε ἄρα τὴν ἐκ τῶν προσκειμένων ὑγρότητα συνελαύνομεν εἰς ὃ πεπονθὸς, ὥστε ἤτοι τὴν προσηκούσην τοῦ σφόντος φαρμάκῳ μικτέον ἐστὶ δύναμιν, ἢ οὐ χρηστέον αὐτῷ. μέγιστον οὖν οἶδα βλάπτοντας, B ὅσοι τοῖς ἐκ πνεύμονος ἀναβήσεσιν αἵμα, προσπλάσσουσιν ἐκ κύκλῳ καθ' ὅλον τὸ ἡμέρινα φάρμακα σφόντα. προσὸν δὲ τοῦ μὴ διικνεῖσθαι τὴν δύναμιν αὐτῶν εἰς τὸ πνεύμονα, συνεχαιρόντων καὶ ὃ τὸ ἡμέρινα αἷμα προσὸν ἀπαλάγχον. ἀρκεῖν ἡγοῦμαι καὶ ταῦτ' εἰρημένα. τοσοῦτον οὖν εἰπὼν ἔτι περὶ αὐτῶν ἀπαλλαξόμεθα, ὡς ἡ μὲν μέθοδος αὕτη, ὃ εἶδος μόνον ἐστὶ τῆς πραγματείας. ἡ δὲ καθ' ἕκαστον μέρος τοῦ σώματος ὑποτύπωσίς τε καὶ διέξοδος, ἡ δὴ οὐσία σύμπασα, ἐν ταῖς ἄλλαις πραγματείαις διεξήλθομεν.

C

CAPVT XVII.

De prænotione ſeu ſignis prognoſticis.

DE prænotione igitur deinceps dicturi ſumus; quum nobis tum ad alia quædam, tum ad curationem non minimùm vtilis videatur. Itaq; primùm volenti prænoſcendi artem conſtituere, neceſſarium eſt priùs cõſideraſſe vtrum quemadmodum vniuſcuiuſque animantis natura proprium vitæ tempus ſortitur, ita & morbi ſinguli, vt fieri nequeat quatuor diebus ſolui morbum, cuius naturaD le tempus præſcriptum duorum ſit menſium. An omnis morbus diuturnior fieri, & celerrimè ſolui poſſit. Nunc tamen quia plerique iam futurorum præſcij fuerunt Medici, non amplius ab idiotis quæritur, vtrum poſſibile ſit aliquem futuri euẽtus fieri præſcium, an verò impoſſibile, ſed ſerie omnes & rem poſſibilem tenent, & medicum percontantur, quo certo tempore morbus ſoluetur. Ad præſentem itaque tractationem nihil deterius acceſſerit, ſi nunc primùm nos artem prognoſticam conſtituere ſupponamus, etenim reliqua omnia ſimili ratione pertractauimus. Vnũ ſanè & primum neceſſarium eſt, (ſi prænotio quædam ſit) eſſe nonE nulla quæ certò ſint futuro tempore uentura. Scrutandum autem deinceps quomodo quis hæc; quæ & quot ſint inueniat. Non enim omnia quæ ægrotanti ſunt euentura, neceſſarium habent ortum. Nocturnus enim e vicinis tumultus, & canum latratus, vel nuncia quædam moleſta ægros reddunt inſomnes; quorum quodque neque neceſſariam habet generationem, neque certam prænotionem. An igitur quæ morbi ratione proueniunt, & præfinitam generationem habent, & certam prænotionẽ, an neque hæc vniuerſa? Poteſt enim repentè humor aliquis ſuperfluus in corpore interiùs ad F partem aliquã vitæ neceſſariam profiliens confluere; quemadmodum contrà alius ex nobiliparte in ignobilem tranſmigrare. At eum qui in nobilem partem inuectus eſt, ſummum periculum ex neceſſitate ſequetur; qui verò in obſcuram trãsfertur repentina ac inopinata laborantis ſalus erit. At verò

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ προγνώσεως, ἢ τῶν προγνωστικῶν σημείων.

Περὶ προγνώσεως τοίνυν ἐφεξῆς λέξομεν, ὅπῃ χρήσιμος ἡμῖν εἰς ἄλλα τέ τινα, καὶ οὐχ ἥκιστα προς τὴν θεραπείαν ἐφαίνη. τοῦ μὲν οὖν προτέρου βουλομένῳ συνήσεσθαι τέχνην προγνωστικὴν, ἀναγκαῖον ἐστι προεπισκέψασθαι πότερον, ὥσπερ ἑκάστου ζῴου φύσις, ἴδιόν ἐστι καὶ χρόνον ζωῆς, οὕτω καὶ τῶν νοσημάτων ἑκάστου. ὡς ἀδυνάτου ἐστὶ τεσσάρσιν ἡμέραις λυθῆναι νόσον, ἧς ἡ φυσικὴ προθεσμία δυοῖν ἐστι μηνοῖν. ἢ πᾶν νόσημα καὶ χρονίσαι δυνατόν ἐστι, καὶ λυθῆναι τάχιστα. νυνὶ μὲν τοι δὴ ὑπὸ πολλοὺς ἤδη γεγονέναι προγνωστικοὺς τῶν ἐσομένων ἰατροὺς, οὐκέτ' οὐδὲ τοῖς ἰδιώταις ζητεῖται, πότερον ἐγχωρῇ γίνεσθαί τινα τὸ μέλλοντος ἀποβήσεσθαι προγνωστικὸν, ἢ ἀδύνατόν ἐστι. ἀλλ' ἐξῆς ἅπαντες ὥσπερ δυνατὸν τε τῷ σώματος ἔχεσι, πιθανόν τε τὸ ἰατρὸν ἐν ᾧ τινι προθεσμίᾳ λυθήσεσθαι τὸ νόσημα. τοῖς μέντοι τὴν ἐνεστῶσαν προγραμματείαν οὐδὲν ἂν εἴη χεῖρον ὑποθέσθαι νῦν προτὸν ἡμᾶς συνίστασθαι τέχνην προγνωστικὴν, καὶ τὰ μὲν τ' ἄλλα πάντα E κατὰ τὸν λόγον ὕστερον διηλθομεν. ἓν μόνον δὴ καὶ προτὸν ἀναγκαῖον, εἴθ' ἔστιν εἴθ' ὡς προγνῶσις, εἶτ' οὖν βεβαίως ἐσόμενα κατὰ μέλλοντα χρόνον. ἐξῆς δὲ σκεπτέον ὅπως ἂν ὡς δύοι τινά τε, καὶ πόσα τοιαῦτά ἐστιν. ἃ γὰρ πάντα γε τὰ γιγνόμενα προσὸν τῶν καμνόντων, τὴν γνῶσιν αὐτῶν ἔχειν. δόρυβος οὖν ἐκ γειτόνων ἢ νυκτὸς, καὶ κυνῶν ὑλακτούντων, ἢ ἀγγελίαι τινὲς ἀνδρῶν ἀχθύμους ἐρχάζουσι τοὺς νοσοῦντας, ὧν οὐδὲν, οὔτ' αἰτίαν ἔχει τὴν γνῶσιν, οὔτε βεβαίαν τὴν προγνωσιν. ἆρ' οὖν ὅσα κατὰ τὸ νοσήματος ἀποτελεῖται λόγον, ὡς εἰσμηνύει τε τὴν γνῶσιν ἔχει, καὶ βεβαίαν τὴν προγνωσιν, ἢ οὐδὲ ταῦτα σύμπαντα; δυνατὸν γὰρ ὀξαίφνης ὑπορρυῆναί τι πλεῖον ὑγρὸν ἔνδον τοῦ σώματος, ἀλλόμενον ὅπῃ τι μέσον αἰανγκαῖον εἰς τὴν ζωήν. ὥσπερ καὶ πάλιν ἕτερον ἐκ μέσης κυείου μεταῤῥῆναι εἰς ἄκυρον. ἀκόλουθον δή σ' ἐξ αἰτίκης τῷ μὲν εἰς ὃ κυεμον ἐνεχθέντι μέρος ἕκαστος κίνδυνος, τῷ μεταστάντι δ' ἐξαφνίδιός τε καὶ ἀπροσδόκητος ἡ τοῦ καμόντος σωτηρία. τῶν μὲν δὴ

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 196 sur 413

τοιούτων καταστάσεων, αὐτὸ τοῦτο μόνον ὅσι προγνῶναι ὃ βέ- A
βαιόν τε καὶ σφαλερόν. οὐ μὴν ἐς ὅ,τι τελευτήσει, δυνατὸν
ἀκριβῶς ἐξευρεῖν. ἐφ' ὧν δὲ οὐκ ἔτι διαρρεῖ τὰ προκείμενα,
κατασκήψαντα δὲ ἐς ἕν τι τόπον, ἐκφανῶς κατείληφεν, ὅπῃ
τούτων ἐγχωρεῖ προγνῶναι ὃ μέλλον, εἰδόσιν ἡμῖν ὅτι τε
δυνάμεις εἰσὶ τῆς φύσεως οὐκ ὀλίγαι καθ' ἃς ἕρπει τὸ
ζῷον, ὁποῖά τε ἑκάστη αὐτῶν ἡ διαφορά. καὶ μὴν γε καὶ ὅσα καθ'
ὅλον τὸ ζῷον ἐμφέρεται τῷ αἵματι προκείμενα, χωρὶς πλήθους
ἀμέτρου, καὶ ταῦτα προθυμίαν ἕξει πέψεως ἰδίαν ἕκαστα,
ἐὰν μόνον ἑκάστου προκειμένου μετρίως τὴν φύσιν. οὕτω γὰρ B
ἐγχωρήσει καὶ περὶ τῆς πέψεως αὐτῶν σοφάσασθαι τεχνι-
κῶς, ἀπόντων γε δηλονότι τῶν παρὰ τὰ καιρικὰ προση-
μούντων ὀρθῶς. ὅσα γὰρ ἁμαρτάνεται πρός τινος, ἢ τῷ βραδύ-
νειν τὴν λύσιν τῆς νόσου, ἢ τῷ φθάσαν τὸ θανάτου αἰτίαν
καθίστασθαι, καὶ χρὴ μεμνῆσθαι τοῦτο πρὸ ὅλου τοῦ λόγου, εἴ τις
τινὸς ἄλλου. μόνας γὰρ αἱ προγνώσεις ἀποβήσονται τῷ ἀρίστου
ἰατροῦ, προαπτόντος μὲν αὐτὸ ὀρθῶς, τοῦ καιρίου δὲ μη-
δὲν ἁμαρτάνοντος. ὃ δὴ οἴεσθαι τοιαύτην εἶναι τοῖς ἰατροῖς τὴν
πρόγνωσιν, οἵαν οἱ μάντεις ἐπαγγέλλονται, γελοῖον. ὀκφνοι
μὲν γὰρ φασιν ἀναπαύσειν, εἰ οὕτως ἔτυχε, σωθήσεσθαι τὸν ἄν-
δρωπον, οὐκ ἔτι προσιέντες ἀπόντων ὀρθῶς γιγνομένων. C
οἱ μὲν γὰρ ἀπόντα τοῖς καίπουσιν αἰσίως τε, καὶ ἀπαισίως
ἐπιζημιοῦντα προμαντεύονται. ὁ δὲ ἰατρὸς οὐχ οὕτως
προεροῖ ὃ μέλλον, ἀλλ' εἰδὼς εἰ πάντα γίγνοιτο δεόντως, ἑβδο-
μαῖον, εἰ οὕτως ἔτυχε, λυθήσεσθαι τὸ νόσημα. προσημανεῖ
δὲ τινος ἁμαρτήματος, εἰ μὲν μικρὸν εἴη τοῦτο, δυνάσεσθαι με-
ταπεσεῖν τὴν λύσιν ἐκ τῆς ἑβδόμης εἰς τὴν ἐνάτην. εἰ δὲ
μεῖζον, εἰς τὴν ἑνδεκάτην. εἰ δὲ πολὺ μεῖζον, εἰς τὴν τεσσα-
ρεσκαιδεκάτην. εἰ δὲ πάνυ σφόδρα μέγα, κίνδυνον ἀκολου-
θήσειν αὐτῇ σωτηρίας ἀσφαλοῦς. προσοίσει γὰρ ὁ ἰατρὸς ἀεὶ τοῖς
δυσὶ τούτοις ὥσπερ αὐτοπάλαισι, τῇ τε νόσῳ καὶ τῇ φύσει. D
ἐκ προόντων μὲν τὸ σωθήσεσθαι τὸν ἄνδρωπον, ἢ ἀπολεῖσθαι τὴν
πρόγνωσιν οὐκ ἐκ τοῦ προγνῶναι ὃ ἰσχυρότερον. ἔπειτα δὲ καὶ
τῆς προθεσμίας οὐκ ἐκ τοῦ πόσῳ θᾶττον ἰσχυρότερον ὄσι, ποιή-
σειν. καὶ οὐ χρὴ θαυμάζειν εἰ καταστέφανος ἑκατέρου τὸν
ῥώμῃ, ἔξθυρήσει ὃ νικήσων. ὁρᾶσθαι γὰρ οὐκ ὀλίγοις τῶν γυ-
μναστικῶν ἐκ τῶν προτέρων νικήσεων, ἃς κινοῦσι πρὸς ἀλ-
λήλους οἱ παλαισταί, προσλέγοντες τὴν νικήσουσαν. πολλάκις γε
καὶ περὶ τῆς νίκης, καὶ ὅτι ταχέως ὑποχείριον ἕξει τὸν ἀντα-
γωνιστήν. προσθήσει δὲ τοῦτο ὁτιοῦν ὁρᾶσθαι ἀξιολόγως τινὶ τῶν
ἑτέρου ἰσχυροτέρων ὄντα θατέρου. προγνώσεται μὲν οὖν ὁ ἰα- E
τρὸς ὑγείαν τε καὶ θάνατον οὐκ ἐξ ἄλλων ἀσκημάτων, ἢ τῆς
γνωσθῆναι ἀκριβῶς ἰσχὺν τῆς νόσου τε καὶ φύσεως. ἐκ δὲ τῶν
αὐτῶν, ἐν τῷ ἑκατέρου προθεσμίαν εὑρήσει. ταχεῖα γὰρ ἔσται
ἡ λύσις τῆς νόσου, ὅταν ἡ δυνάμις ἐρρωμένη, θάνατος δὲ
ταχέως, ὅταν αὐτὴ μὲν ἀσθενὴς ᾖ, ἰσχυροτέρα δὲ ὁ νόσημα.
ὁ δὲ τῆς ὑποσχέσεως μέγεθος ἐνδείκνυται τῆς προθεσμίας τὸ
χρόνον. ἀπὸ τούτων μὲν τῶν σκοπῶν ὁ ἰατρὸς ὅσα προγνώσε-
ται. ἐξ οἵων δὲ πραγμάτων αὐτὰ ποιεῖται πραγματείας
τοῖς σκοποῖς, εἴρηται μὲν ἐν τοῖς περὶ κρίσεων ὅτι πλεόνων,
ἐρήσεται δὲ καὶ νῦν ἡ καθόλου μέθοδος, ὥσπερ τῶν ἄλλων ἁπάν- F
των οὕτω καὶ τοῦδε. ἰσχὺν μὲν τῆς φύσεως ἐκ τῶν οἰκείων ἐνερ-
γειῶν γνωσόμεθα, καὶ μάλιστα τῶν κατὰ τοὺς σφυγμούς, ὅπερ ἐστὶ τῆς
ζωτικῆς οὕτω δυνάμεως ἔργον εἰδέναι. ὃ δὲ μέγεθος τοῦ νοσή-
ματος, ἐκ τῶν οἰκείων συμπτωμάτων. ὃ δὴ ὅσῳ θᾶττον
ὑποφέρεται θατέρου, τοσῷδε ἀπενεγκεῖν καὶ πένεσιν, αὖθις δὲ καὶ

SIgna autem nos temperamenti cuiusque, sumpto à cerebro initio, deinceps dicemus. Sunt verò quinque vniuersa genera signorum, *quæ* ipsius *naturam ostendunt*, vnum quidem totius capitis constitutio; secundum verò, sensilium actionum integritas & vitium; tertium, effectiuarum; quartum, principum; C & quintum, naturalium. Aliud verò genus præter hæc omnia, est quæ ab extrinsecus ipsi occurrentibus aduenit alteratio. Equidem vniuersi capitis affectio, ex eius magnitudine, figura, atque capillis sumitur. Paruum igitur caput vitiosæ constitutionis cerebri proprium est indicium. Magnum verò non necessariò probæ constitutionis indicium, sed si quidem ob insitæ facultatis robur eueniat, quæ multam, atque optimam materiam formauerit, bonum signum, at si ob materiæ solius multitudinem, haudquaquam bonum. Distinguenda igitur hæc sunt, tum figura, tum his, quæ ab eo ortum habent. Figura quidem, si concinnum sit, semper enim hoc bonum est signum. His autem, quæ ab eo ortum habent, si valida sit ceruix, & aliis ossibus optimè constet, atque si vniuersum nervosum genus ipsi vegetum robustúmque sit. Propria autem capitis figura est, veluti si excogitares globum integrum cereum, leuiter vtrinque depressum. In hoc enim necesse est, posteriores, anteriorésque partes magis gibbas fieri, quàm globo conueniat, vtrasque verò laterales, magis rectas. Quòd si occipitis eminentia alicui minuatur, simul intuere nervos, atque ceruicem cum aliis ossibus. Nam, si secundum naturam habeant, materiæ defectu, non facultatis imbecillitate hoc contigit; illis verò prauè affectis, principium est debile. Plurimum autem occipitis defectum commemoratorum comitatur imbecillitas; rarissiméque aliter euenire consueuit. Caput etiam in occipitio magis acuminatum animaduerte, iisdem adhibitis distinguendi rationibus, quibus in toto ipso capite grandiori facto *vtebamur*. At sæpenumero & hîc bonum signum est, cum figura concinna cerebelli quod nonnulli medici posterius cerebrum appellant, vt reuera & posterius est, & sutura lambdoide circumscribitur. Est verò hæc pars, spinalis medullæ principium, ac proinde, nervorum omnium, qui in toto animali sunt actiui. Ipsa autem pars posterior per se paucos admodum sentientes obtinet nervos, permultos verò actiuos, quemadmodum & altera, & anterior, sentientes quidem plu-

Εἰσιν ἐγκέφαλος, καρδία, ἧπαρ, καὶ ὄρχεις. ἀπ' ἐκείνων δ' ὀκπέφυκε, καὶ ἐκείνοις ὑπηρετεῖ. νεῦρα μὲν, καὶ νωτιαῖος μυελὸς ἐγκεφάλῳ, τῇ καρδίᾳ δ' ἀρτηρίαι, φλέβες δ' ἥπατι, τὰ σπερματικὰ δ' ἄγγεια τοῖς ὄρχεσιν. αὐτὰ δ' αὐτὰ δίοικεῖ χόνδρος, ὀστοῦν, σύνδεσμος, ὑμὴν, ἄδιπος, μυελὸς, σὰρξ ἁπλῆ. τὰ δ' ἄλλα πάντα μέρεα κοινωνεῖ τούτοις ἔχοντα τὴν ἀπ' ἐαυτῶν δίοικησιν, ἀρτηριῶν τε καὶ φλεβῶν, καὶ νεύρων προσδεῖται. τριχῶν δὲ, καὶ ὀνύχων, οὐδὲ δίοικησις τίς ἐστιν, ἀλλὰ γένεσις μόνη. αὕτη μὲν οὖν αἱ τῶν μερείων διαφοραί.

χιλιάρχης ὑπηρετῶν

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Τὰ σημεῖα διαγνωστικὰ τῆς κράσεως τοῦ ἐγκεφάλου, καὶ πρῶτον τῆς τοῦ ἐγκεφάλου εὐκρασίας.

ΣΗμεῖα δ' ἐκάστου τῆς κράσεως ἐφεξῆς εἰρήσεται, τὸν ἀρχὸν ἀπ' ἐγκεφάλου ποιησάμενοι λόγον. ἔστι δὲ πέντε τὰ σύμφυτα γένη τῶν γνωρισμάτων αὐτῷ. ἓν μὲν ἡ τῆς συμπάσης κεφαλῆς διάθεσις, δεύτερον δὲ ἡ τῶν αἰσθητικῶν ἐνεργειῶν ἀρετή τε καὶ κακία, καὶ τρίτον ἡ τῶν προαιρετικῶν, καὶ τέταρτον ἡ τῶν ἡγεμονικῶν, καὶ πέμπτον ἡ τῶν φυσικῶν. ἄλλο δ' γένος ἐπὶ τούτοις ἅπασιν, ἡ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν αὐτῷ προσπιπτόντων ἀλλοίωσις. ἡ μὲν δὴ τῆς συμπάσης κεφαλῆς διάθεσις, ἐκ μεγέθους τε καὶ σχήματος αὐτῆς λαμβάνεται, καὶ τριχῶν. ἡ μὲν οὖν μικρὰ κεφαλὴ μητρὸς ἐγκεφάλου κατασκευῆς ἴδιον σημεῖον. ἡ μεγάλη δ', οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἀγαθῆς κατασκευῆς σημεῖον. ἀλλ' εἰ μὲν διὰ ῥώμην ἐγίνετο τῆς ἐγκωεῖου δυνάμεως, ὑλίκω χρησίμου τε καὶ πολλοῦ δημιουργούσης, ἀγαθὸν σημεῖον. εἰ δ' διὰ τὸ μάνης τῆς ὕλης τὸ πλῆθος, οὐκ ἀγαθὸν. δίφορον οὖν ἐστιν αὐτὸ, τῷ τε σχήματι, καὶ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ πεφυκόσι. τῷ σχήματι μὲν, εἰ εὔρυθμος, ἀεὶ γὰρ ἀγαθὸν τοῦτο σημεῖον. τοῖς δ' ἀπ' αὐτοῦ πεφυκόσιν, εἰ κρατεραύχμου τέ ἐστιν, καὶ τοῖς ἄλλοις ὀστοῖς ἀρίστα διάκειται. καὶ εἰ τὸ νευρῶδες αὐτῆ συμπᾶν, εὔτροφές τέ ἐστι καὶ εὔτονον. οἰκεῖον δ' σχῆμα κεφαλῆς, ὥσπερ ἂν εἰ νοήσαις σφαῖραν ἀκριβῆ κηρίνην, ἑκατέρωθεν ἀπέρμα πεπιλημένην. ἀναγκαῖον γὰρ τῆς τοιαύτης, κυρτοτέρα μὲν ἡ κατὰ σφαῖραν, γίνεσθαι δὲ τὰ ὄπισθεν καὶ τὰ ἔμπροσθεν, εὐθυτέρα δ' τὰ ἑκατέρωθεν. εἰ δ' ἡ κατ' ἰνίον ὀξυκὴ μειωθείη μικρὸν, στενοτέρου τὰ τε νεῦρα, καὶ τὸ αὐχένα σὺν τοῖς ἄλλοις ὀστοῖς. κατὰ φύσιν μὲν γὰρ ἐχόντων, εὐδεία τῆς ὕλης, οὐ δυνάμεως ἀῤῥωστία τοιοῦτος ἐγίνετο. φαυλοτέρων δ' ὑπαρχόντων, ἀσθενὴς ἡ ἀρχή. τὰ πολλὰ δ' τοῖς κατ' ἰνίον ἐνδείας, ἀσθενῆ τῶν εἰρημένων ἕπεται, καὶ ἀσθενὲς πολὺ τὸ μὴ τοιοῦτον. τὰ δὲ τῶν φοξοτέραν ἢ κατ' ἰνίον ὑπερκεφάλου κεφαλῶν, ὡσαύτως τοῖς ἐφ' ὅλης αὐτῆς μεγάλης γνωμένης διαιρεσιμοῖς. ὡς τὰ πολλὰ δ' καὶ ταῦτα σὺν εὐρύθμῳ τῷ σχήματι γνωμένης τῆς προεγκεφαλίδος, ἀγαθὸν σημεῖον, ὡὐ ἔνιοι τῶν ἰατρῶν ὀπίσθιον ἐγκέφαλον ὀνομάζουσιν, ὥσπερ οὖν τὸ ἔστιν ὀπίσθιος, ὀμφαλώδης τῇ λαμβοειδεῖ ῥαφῇ. τὸ νωτιαῖον δὲ ἐστιν ἀρχὴ τὸ μέσον τοῦτο, καὶ δι' ὅλου, ἀπάντων τῶν κατ' ὅλον τὸ ζῷον νεύρων προσκλιτῶν. αὐτὸ δ' τὸ ὀπίσθιον μέρος κατ' αὐτὸ, πολυταίνιον ὀλίγων αἰσθητικῶν μετέχει, παμπόλλων δὲ τῶν προσκλιτῶν, ὥσπερ γε καὶ θάτερον τὸ προόδιον, αἰσθητικῶν μὲν παμ-

χιλιάρχης ὑπηρετῶν

περὶ τῶν διαγνωστικῶν σημείων

πόλλων, ὀλίγων δὲ τῶν τοιούτων. ὥστε καὶ καλῶς διῆκε- A
μμαι, ῥωμαλέας ἑξῆς τὰς ἀπορροὰς ἑκατέρου τὰς ἰδίας. οἱ
αὖτοὶ δὲ καὶ περὶ τὴν ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς τὴν κοῖ- Ὁ μέ-
τωπον διῃρεισμοὶ τοῖς ὄπισθεν, εἰς σμικρότητά τε καὶ μέγε-
θος αὐτῶν βλεπόντων, καὶ χρῶμα, καὶ τὰς ἐνταῦθα αἰσθήσεις,
ὄψιν τε, καὶ γεῦσιν, καὶ ὄσφρησιν. ἀλλήλων γὰρ ὅδε γνωρί-
σματα, καὶ ἀλλήλοις μάρτυρες, τά τε ἀπὸ τῆς ἀρχῆς πεφυ-
κότα, τῇ τῆς ἀρχῆς ἀρετῇ τε καὶ κακίᾳ, καὶ ἡ ἀρχὴ τοῖς
περὶ ἡγεμονικῶν ἐνεργειῶν ἀπ' αὐτῆς. ἡ μὲν τοι τοῦ ἡγεμονικοῦ ἐνεργάζου ἀρετή τε καὶ
κακία, τῆς ἀρχῆς μόνης ὅδε ἐστὶν αὐτῆς καθ' ἑαυτὸν γνώρισμα.
καλῶς δὲ ἡγεμονικῆς ἐνεργείας, τὰς ὑπὸ τῆς ἀρχῆς μόνης B
γινομένας. ἀγχίνοια μὲν οὖν λεπτομερεῖς οὐσίας ἐγκεφά-
λου γνώρισμα, βραδυτὴς δὲ διανοίας παχυμερεῖς. εὐμά-
θεια δ' εὐτυπωσίαν, καὶ μνήμη μνήμην. οὕτω δὲ καὶ ἡ μὲν
δυσμάθεια δυσεπωσίαν. ἡ δ' ὑπολησμοσύνη διαῤῥεούσης,
καὶ ὁ μὲν εὐμεταβολον ἐν δόξαις, θερμῆς, ὁ δὲ μόνιμον ψυ-
χρᾶς. ἔτι δέ μοι δοκῶ λείπεσθαι δύο γένη γνωρισμάτων, ὧν
ἐξ ἀρχῆς ὑπογράμμων ἐρῶ. ἓν μὲν τὸ τῶν φυσικῶν ἐνερ-
γῶν, ἕτερον δὲ τὸ τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων, ἔοικε δὲ καὶ-
νὸς ὑπὲρ ἀμφοῖν ὁ λόγος. εἰ μὲν εὔκρατος ὁ ἐγκέφαλος
ὑπάρχῃ τὰς τέσσαρας ποιότητας, ἀπάντων τῶν εἰρη- C
μένων ἐξῆς μετρίως, καὶ τῶν περιττωμάτων, ὅσα δι' ὑδρώδους,
ἢ ὠοῦ, ἢ μυκτήρων ἐκκαθαίρεται, καὶ τούτων ἐξῆς μετρίως,
ἥκιστά τε βλαβήσεται πρὸς ἀπάντων τῶν ἔξωθεν προσπι-
πτόντων, ὅσα θερμαίνῃ, καὶ ψύχῃ, καὶ ξηραίνῃ, καὶ ὑγραίνῃ. τοῖς
τοιούτοις αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς, βρέφεσι μὲν οὖσιν ὑπό-
πυροι, παισὶ δὲ ὑπόξανθοι, τελουμένοις δὲ, γίνονται ξαν-
θαὶ, μεταξύ πως οὖσαι τῶν τε ἀκριβῶς οὐλων καὶ ἁπλῶν,
οὐ μὴν ἔτι φαλακροῦσι ῥᾳδίως. ἀκούειν δὲ χρὴ τῶν
εἰρημένων τε καὶ ῥηθησομένων γνωρισμάτων, ὡς ὑπὸ εὐ-
κράτων οἰκήσεων. ὅσα δὲ τὰς τρίχας οὐκ ὑπὸ χωρίων
μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς τοῦ χυμοῦ κράσεως, ἀναλόγων ἐχούσης τῇ D
κράσει τοῦ τε ἐγκεφάλου. εἰ δὲ θερμότερος εἴη τῷ συμ-
μέτρου, τὰς δὲ τριχὰς ἑτέρας αἰτιῆσαι εὔκρατος. εἰ μὲν ὑπὸ
πλέον εἴη θερμότερος, ἰσχυρὰ πάντα τὰ ῥηθησόμενα γνω-
σεται γνωρίσματα, βραχείας δὲ τῆς ὑποβολῆς ὑπαρχού-
σης, ἀμυδρά. χείρων δὲ οὗτος ὁ λόγος ὑπὸ πάντων εἰρήσθω μοι
τῶν μειόνων, τῶν δὲ πάσας τὰς κράσεις μελλόντων λέγεσθαι
γνωρισμάτων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

περὶ θερμῆς ἐγκεφάλου.

Γνῶσις σημείων διαφωνησάσης τῆς κράσεως δυσκράτου ἁπλοῦς τοῦ ἐγκεφάλου, θερμῆς, ψυχρᾶς, ξηρᾶς καὶ ὑγρᾶς.

ΕΞῆς δ' οὖν σημεῖα τῆς ὑπὸ ἐγκεφάλῳ θερμότητος, ὑπὸ
τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις, ἐρυθρότερα καὶ θερμότερα
τὰ περὶ τὸν κεφαλὸν σύμπαντα, καὶ αἱ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς
φλέβες αἰσθηταί, αἱ τρίχες τούτοις ἐρυθρόσι, ταχέως ὑπὸ
τῆς κεφαλῆς φύονται. πολλῷ μὲν οὖσι θερμοτέροις τῶν ὑ-
κρατῶν, μέλαιναι, καὶ ἑρυθραὶ, καὶ οὖλαι γίνονται. μὴ πολλῷ
δὲ, ὑπόξανθοι μὲν ὁ πρῶτον, εἶτα μελαίνονται, πρεσβύ- F
τεροι δὲ ταῖς ἡλικίαις φαλακροῦνται, καὶ μᾶλλόν γε οἱ ὑπὸ
πλέον θερμότεροι. πρόσπτωμα δὲ καὶ ὑπόρρους ἡ μυκτὴ-
ρες, ὀφθαλμοί τε καὶ ὦτα, βραχέα καὶ πέπονα τούτοις ἐστὶν,
ἔτοιμα ἀμέμπτως ὑγραίνεσθαι. πεπλησμένης δὲ τῆς κεφαλῆς
ἐλάττονα. σωφρονοῦσι δὲ καὶ μάλιστα αὐτοῖς, ὅταν ἀφυλάκτων

πληρώσεως πρὸς τῷ ϛ'

ἀυτοῖς ϕ

rimos, paucos admodum actiuos. Quare & probè A
conſtituta vtraque pars, robuſtas habebunt ſuas
propagines. Eædem quoque diſtinctiones adhi-
bendæ ſunt in partibus capitis anterioribus ad frõ-
tem ſpectantibus, quæ etiam in poſterioribus ad
ipſius & paruitatem, & magnitudinem inſpicien-
tes, atque itidem figuram, & ſenſus ibi collocato-
tos, viſum, guſtum, atque odoratum. Mutuas
namque de ſe notas tradunt, ſéque inuicem te-
ſtantur, & quæ à principio oriuntur, principij inte-
gritatem, & vitium; & principium ea, quæ ab ipſo
naſcuntur. Atenim principum actionum virtus ac
vitiũ ſunt principij; ſolius ipſius per ſe indicia. Vo-
co autem actiones principes quæ à ſolo principio
procedunt: ſolertia quidem ſubtilis ſubſtantiæ ce-
rebri ſignum eſt; tarditas verò intellectus, craſſæ;
diſcendi verò facilitas, formas facilè ſuſcipientis;
memoria autem ſtabilis: Sic & diſcendi difficul-
tas, formas non facilè ſuſcipientis; & obliuio, fluidæ; mobilitas quoque in opinionibus, calidæ, ſtabi-
litas autem, frigidæ. Adhuc autem duo indiciorum
genera mihi videor prætermiſiſſe, de quibus ſum
ab initio me dicturum pollicitus, vnum quidem ad
actiones attinet naturales; alterum verò ad ea, quæ
extrinſecus occurſant. Erit autem de vtriſque ſer-
mo communis. Si cerebrum quidem in quatuor C
primis qualitatibus probè temperatum ſit, omnia
quæ diximus habebit moderata; & excrementa,
quę vel per palatum, vel aures, vel nares, vel oculos
expurgantur, hæc quoque modicè habebit, atq; ab
iis, quæ extrinſecus occurſant, minimè lædetur,
quæ vel calefaciunt, vel refrigerant, vel exiccant,
vel humectant. Talibus capilli capitis, quum adhuc
ſunt infantes, ſubrufi, quum verò pueri, ſubflaui;
quum iam adoleuerint, flaui fiunt, mediique quo-
dammodo ſunt inter eos, qui abſolutè ſunt criſpi,
& ſimplices; non tamẽ facilè calueſcunt. Quæ verò
dicta, ac poſteriùs dicenda indicia ſunt, accipere
oportet, vt in temperatis habitationibus. Quæ autẽ D
ad capillos *attinent*, non ad locorum tãtùm, ſed ad
humorum quoque temperamentum, quod cerebri
temperamento proportione reſpondeat, *ſunt refe-
renda*. Si verò commoderato calidius ſit, in altera
verò oppoſitione probè temperatum, ſi quidem
præter modum calidius fuerit, omnia, quæ dicen-
tur, validiora erunt indicia; ſed ſi parua ſit exupe-
rantia, imbecilla. Communis autem hæc ratio ſta-
tuatur in omnibus partibus, quarum in tempera-
mentis vniuerſis indicia ſumus tradituri.

CAPVT VII.

E

De ſignis diagnoſticis temperamenti intemperati ſimplicis cerebri, calidi, frigidi, ſicci & humidi.

DEinceps igitur caloris cerebri ſigna, præter ea quæ priùs enarrata ſunt, ſequuntur; quæ circa caput exiſtunt, omnia rubicundiora, & calidiora ſunt, & quæ in oculis ſunt venæ, magis ſenſui patent; capilli editis in lucem celeriter in capite naſcuntur; multò quidem calidioribus, probo temperamento, nigri, & robuſti, & criſpi fiunt; non multò autem, ſubflaui quidem primum fiunt; deinde nigricant, ac progredientibus F
ætatibus caluescunt, eoque magis, quò ſunt calidiores. Excrementa verò palati, narium, oculorum, & aurium pauca & concocta ipſis ſunt, quum integram habuerint ſanitatem. At ſi aliquando eis caput repleatur; continuò enim, ac tum præſertim, quum nullam victus ſeruauerint rationem,

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 207 sur 413

rationem, tale quid eis accidit, plura quidem in ipsis excrementa, sed non incocta generantur. impletur autem, atque grauatur eorum caput à calefacientibus cibis, & potibus, odoribus, atque hisce omnibus, quæ extrinsecus occurrunt, inter quæ est, qui nobis circunfunditur aër. Sed præterea magis, si non solùm natura calida, sed etiam humida corpora extiterint. Breuibus autem somnis huiusmodi temperamenta contenta sunt, ijsdémque minimè profundis. Frigidioris verò quàm oporteat, cerebri indicia sunt; vberiora in propriis emissariis excrementa; & capilli recti, & rufi, & stabiles, & qui longo post ortum tempore nascuntur, tenues, atque ab initio malè nutriti; & facilè à causis frigidis læduntur atque hoc ipso læsionis tempore catarrhis, & grauedinibus capiuntur; neq; verò tangentibus calida, neque intuentibus rubicunda quæ circa caput sunt, apparent; & oculorum venæ visum effugiunt; & somnolentiores quodam modo sunt. Siccioris autem cerebri indicia; meatus excrementis vacant, & sensuum conspicitur integritas, sunt autem vigiles, capilli robustissimi, & qui celerrimè statim ab ortu nascuntur, crispi autem potius sunt, quàm recti, citóque caluescunt. Humidioris verò *cerebri* indicia, capilli plani, neque prorsus caluescunt. Sensus hebetes sunt, & excrementorum multitudo; somni multi atque profundi. Atque hæ quidem simplices sunt intemperies.

CAPVT VIII.

Signa diagnostica temperamenti compositi cerebri, calidi sicci, calidi humidi, frigidi sicci, & frigidi humidi.

EX copulatis verò prima quidem calida & ficcà est: qua præditi, excrementis carent, sensúsque acres habent, & vigilantissimi sunt: præproperè caluescunt, ipsísque capilli & celerrimè nascuntur, & vberrimè aluntur, magni quidem ac crispi, caput autem tangentibus calidũ apparet & rubrum, ad vigoris vsque ætatem. Si verò cum calore coniuncta sit humiditas: si quidem vtraque à mediocritate leuiter declinet, coloris bonitas adest, & calor. Oculorúmque venæ magnæ. Et excrementa copiosiora, mediocriter cocta. Capilli recti. Et subflaui. Nec facilè caluescunt. Calidis autem eiusmodi caput impletur ac grauatur. Quod si humidius sit, multo maiore excrementorum prouentu scatet. Si verò plurimum calor & humiditas excesserint, morbosum erit ac excrementosum, promptéque ab humidis & calidis offendetur. His autem Auster perpetuò aduersatur. Aquilones verò saluberrimi sunt. Neque verò longas vigilias ferre possunt. Ad somnum autem conuersi, vnà cum sopore vigilant. Somnia visis plena habent. Et visum caliginosum, sensúsque hebetes. Quòd si longè iusto temperamento calidius cerebrum sit, paulò verò humidius, manent calidi temperamenti signa, cum quibus obscuræ humoris notæ coniunguntur, quemadmodum, si multò quidem humidius sit cerebrum, minus verò calidum, perspicua firmáque erunt humoris indicia, caloris verò infirma. Hæc autem compositarum omnium intemperaturarum communis est ratio. Frigida autem & sicca cerebri temperamenta quantum ex se est, caput frigidum reddunt, ac decolorant. Semper enim memoria tenendum est

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Γνωείσματα διαγνωστικὰ κράσεως συνθέτου τοῦ ἐγκεφάλου, θερμοῦ καὶ ξηροῦ, θερμοῦ καὶ ὑγροῦ, ψυχροῦ καὶ ξηροῦ, ψυχροῦ καὶ ὑγροῦ.

Συνθετοι δὲ, θερμὴ μὲν καὶ ξηρὰ πρώτη, καθ' ἣν ἀφριτώδεῖ τε εἰσι, καὶ ἀκριβῶς αἰσθήσει, καὶ ἀγρυπνητικώτατοι, καὶ φαλακροῦνται ταχέως. ἡ πρώτη μὲν τοῦτο ἡ κρᾶσις τῶν τειχῶν ταχίστη τε ὅτι καὶ δυσαφεστάτη, μελαιόπειχές τε καὶ ὀλότειχές εἰσι, καὶ θερμοὶ, φαιόντων τε κεφαλῆς, ἐρυθρότητι μέλλει τῶν τε ἀκμῆς χρόνων. εἰ δὲ ὑγρότης προσοικείη τῇ θερμότητι, βραχὺ μὲν διαφθαλλόντων ἀμφοτέρων ὁ σύμμικτον, διὰ χροιάν τε καὶ θερμότης, καὶ αἱ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς φλέβες μεγάλαι, καὶ πρωτιτώματα πλείω, μετρίως πέπονα, καὶ αἱ τειχες διὰ πυκνότητα καὶ ξανθοὶ, καὶ διὰ φαλακροῦνται ῥᾳδίως. πληροῦνται δὲ, καὶ βαρύνονται τὴν κεφαλὴν ὑπὸ τῶν θερμαινόντων. εἰ δὲ καὶ ὑγραίνοιντο, πολὺ δὴ πλέον μᾶλλον, ὥστε καὶ πλῆθος ἔρριπτο πρωτιτωμάτων. εἰ δὲ καὶ ὅτι πλῆθος ὑγρότητός τε καὶ θερμότητος ἥκοιεν, νοσώδης τύπος ἡ κεφαλὴ, καὶ πρωτιτωματικὴ, καὶ ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν ὑγραινόντων τε καὶ θερμαινόντων βλαπτομένη. νότος δὲ αὐτοῖς πολέμιος ἀεί. ἄριστα δ' ἐν τοῖς βορείοις διάγοιτο, μάλιστα δ' ἐγρηγορέναι δύναιτ' ἂν μέχρι πλείονος, ὕπνῳ τ' ὀπτερέψαντες ἑαυτοὺς, ἀμέτρως κωματώδεις εἰσὶ, καὶ ἄγρυπνοι, καὶ φαντασιώδεις τοῖς ὀνείρασιν, καὶ αἱ ὄψεις ἀχλυώδεις, καὶ αἱ αἰσθήσεις οὐκ ἀκριβεῖς. εἰ δὲ πολλῷ μᾶλλον εἴη τὸ συμμετρότερον θερμότερος ὁ ἐγκέφαλος, ὀλίγῳ δ' ὑγρότερος, ὁπόταν μὲν τὸ τῆς θερμῆς κράσεως γνωείσματα, μηδήσῃ δ' αὐτοῖς ἀμυδρὰς τὸ τῆς ὑγρότητος, ὥσπερ καὶ εἰ πολλῷ μᾶλλον ὑγρότερος, ὀλίγῳ δ' θερμότερος. σαφηνῆ μὲν ἔσται σφοδρὰ τὸ τῆς ὑγρότητος, ἀμυδρὰ δὲ, τὸ τῆς θερμότητος γνωείσματα. κοινὸς δ' οὗτος ὁ λόγος ὅτι πασῶν ὅσαι τῶν κατὰ συζυγίαν δυσκρασιῶν. αἱ ψυχραὶ δ' ἅμα καὶ ξηραὶ κράσεις ἐγκεφάλου, ψυχραὶ καὶ ὑγραὶ ἀπεργάζονται τὸ κεφαλῆς, ὅσον ἐφ' ἑαυτῇς. ἀεὶ γὰρ

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 208 sur 413

χρὴ μεμνῆσθαι τῶν καὶ ἀρχὴν δίχα διορισμοῦ, προεπιπολαιότερον ῥηθέντων· ὅσον ἐκ τῆς τῶν χυμῶν κράσεως ἀλλοιοῦται καὶ κακὶ αὐξάνει. οὕτως δὴ αἱ τοιαῦται κράσεις, ἀφλεβοί τε καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς εἰσι, καὶ πρὸς τὰς τῶν ψυχρῶν αἰτίων ἐπίμους βλάπτονται, διὸ καὶ αὐτομάλιστα ὑγιαίνουσι, ποτὲ μὲν κουφότατοι τὰς κεφαλὰς, ἀπορίτιοί τε τὰς ἀκροάσεις· σπάνιοι δὲ καὶ ἁρροῖς τε, καὶ κορύζαις ὅτι σμικροῖς αὐτοῖς ἐπίμους ἁλισκόμενοι. αἱ δ' αἰσθήσεις αὐτῶν ἐν νεότητι μὲν ἀκριβεῖς τε εἰσι, καὶ ἄμεμπτοι τὰ πρῶτα. προϊοῦσι δὲ, ταχέως ἀμβλύνονται ταχέως, καὶ συλλήβδην φαίη τις ἂν ἐν γήρᾳ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν ἅπαντες εἰσι, διὰ τὸ πολιοῦσθαι ταχέως. αἱ τρίχες δ' αὐτοῖς γλυκυτάτοις μὲν αἴρχονται μόλις, ἀτροφοι δὲ πυρραὶ, προϊόντι δὲ τῷ χρόνῳ, κρατούσης μὲν ὅτι πλέον τῆς ψυχρότητος ἢ παρὰ τῆς ξηρότητος, οὐ φαλακροῦσθαι. τοὔμπαλιν δὲ, εἰ συμβαίη τὴν ξηρότητα μᾶλλον κρατῆσαι τῆς ὑγρότητος, τὴν ψυχρότητα δὲ τῆς θερμότητος ὀλίγον, οἱ τοιοῦτοι φαλακροῦσθαι. αἱ δ' ὑγραὶ καὶ ψυχραὶ κράσεις ἐγκεφάλου, κωματώδεις ἐργάζονται, καὶ ὑπνηλοὺς, καὶ φαύλους τὰς αἰσθήσεις, καὶ πρωϊαιτερικούς. δυσκόλους τε καὶ δυσπληρώτους τὰ κεφάλαια, δυσαλώτους τε καὶ ἁρροϊκοὺς καὶ κορύζαις· ἧττον μὲν οὖν φαλακροῦσθαι οἱ τοιοῦτοι· ταῦτα μὲν οὖν ὅτι τὰ σημεῖα τῶν ἐγκεφάλου κράσεων. ἐξ αὐτῶν δ' ὁρμώμενος ἐφ' ἕκαστον ὄργανον αἰσθήσεως, ἴδοι τὰς διαγνώσεις μεταφέρων.

αὐτοῦ

τινὰ σημεῖα ὑγρᾶς καὶ ψυχρᾶς κράσεως ἐγκεφάλου

λείπει τὸ κακῶς ἢ ὑγιαίνειν

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Σημεῖα διαγνωστικὰ τῆς τῶν ὀφθαλμῶν κράσεως.

ΑΡχέσθω δ' ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν μόνον εἰπεῖν, ὅσοι μὲν ἁπλοῦν θερμοῖς ἐναργῶς εἰσι θερμοὶ, καὶ κινοῦνται ῥᾳδίως τε καὶ πολλάκις, καὶ φλέβας εὐρείας ἔχουσι, θερμοὶ σύμπαντες εἰσι. ψυχροὶ δὲ οἱ τούτοις ἐναντίοι, καὶ ὑγροὶ μὲν, οἱ μαλακοί τε ἅμα καὶ πλήρεις ὑγρότητος. ξηροὶ δὲ οἱ αὐχμηροί τε ἅμα καὶ σκληροὶ, καὶ βλάπτονται μὲν ὑπὸ τῶν ὁμοίων αἰτίων τῇ κράσει ῥᾳδίως. ὠφελοῦνται δὲ ὑπὸ τῶν ἐναντίων τῇ ἐμμέτρῳ χρήσει. ἀλλὰ τοῦτό γε κοινὸν ὅτι πάσῃ διαγνώσει κράσεως ἁπάντως μείζονι, μεμνῆσθαι προσήκει. μέγεθος δ' ὀφθαλμοῦ ἅμα μὲν εὐρυθμία τε καὶ τῇ τῶν ἐνεργειῶν ἀρετῇ, πλήθους οὐσίας εὐκράτου ἐξ ἧς διεπλάσθησαν εὐδείκνυται. ὁ δ' αὖ τούτων, πολλῷ μᾶλλον τὴν οὐσίαν, οὐκ εὔκρατον δὲ δηλοῖ. μικρότης δ' ὀφθαλμοῦ ἅμα μὲν εὐρυθμία τε, καὶ τῇ τῶν ἐνεργειῶν ἀρετῇ, ὀλίγον μὲν, ἀλλ' εὔκρατον ἐνδείκνυται τὴν οὐσίαν ἐξ ἧς διεπλάσθησαν, ἅμα δ' ἀρρυθμία καὶ κακίᾳ τῶν ἐνεργειῶν, ὀλίγον τε ἅμα καὶ φαῦλον τῆς σημαινούσης τὴν οὐσίαν αὐτῶν. τὰ δὲ κατὰ χρόας, ὧδε χρὴ διαιρεῖσθαι, γλαυκοὶ μὲν ὀφθαλμοὶ λάμποντες ὑγρότητι καθαρᾷ τε καὶ οὐ πολλῇ, φωτὸς λαμπροῦ γίνονται σωτικοὶ οὐσίαι, μέλανες δ' ἔμπαλιν. οἱ δ' ἀπὸ μεταξὺ, κατὰ τὰς αἰτὰ μέσον αἰτίας. γλαυκὸς μὲν οὖν ὀφθαλμὸς ἤτοι διὰ μεγέθος, ἢ λαμπρότητα τοῦ κρυσταλλοειδοῦς, ἢ προπεπτωκὸς ἢ ὅτι διὰ τὴν τοῦ λεπτοῦ, καὶ ὑδατώδους ὑγροῦ τοῦ κατὰ τὴν κόρην ὀλιγότητά τε καὶ καθαρότητα γίνεται. πάντων μὲν ἅμα συνελθόντων, ὁ γλαυκότατος. εἰ δὲ τὰ μὲν αὐτῶν παρῇ, τὰ δὲ μή, ὅ μᾶλλόν τε, καὶ ἧττον ἐν γλαυκότητι συνίσταται. μέλας δ' ὀφθαλμὸς, ἢ διὰ τὴν σμικρότητα τοῦ κρυσταλλοειδοῦς, ἢ διὰ ὃ ἐν βάθει κεῖται, ἢ ὅτι λαμπρὸν τε καὶ αὐγοειδὲς ἀκριβῶς οὐκ ἔστιν, ἢ ὅτι ὃ λεπτὸν ὑγρὸν, ἤτοι πλέον, ἢ καθαρὸν ὄντι, ἢ διὰ ἅμα τούτων, ἢ διὰ πάντα πέφυκε γίνεσθαι. ὃ μᾶλλον δὲ καὶ ἧττον ἐν αὐγοῖς, ὡς

εἴη

περὶ μελάνων ὀφθαλμῶν.

A quod initio explicauimus, considerandúmque, quantum ex humorum temperie immutetur. Initio autem in eiusmodi temperamentis oculi venis carent. Promptéque à causis frigidis læduntur, ideóque in incerta instabilique valetudine degunt. Aliquando quidem capita leuissima habent, emissariáque excrementis vacua, aliquando verò destillatione & grauedine, leui occasione promptè corripiuntur. In iuuentute quidem sensus eius acres sunt, omníque vitio carent, procedente verò tempore celeriter marcescunt. Et, vt semel dicam, omnes præproperam senectutem in capite ostendunt: quocirca citò canescunt. Capilli B autem ægrè nascuntur, maléque nutriuntur in lucem editis: atque rufi sunt. Nec verò tempore, si frigus siccitatem magis exuperet, caluescunt. Contrà si humiditatem siccitas plurimum, frigiditas verò caliditatem paululum superet, caluescunt. Humida verò & frigida cerebri temperamenta soporosos ac somniculosos efficiunt. Ac sensus deprauant. Caput excrementis implent. Frigorisque iniuriis obnoxium reddunt. Facilé-que replent, ac destillationibus grauedinibúsque opportunum efficiunt. Neque verò qui sic temperati sunt, caluescunt. Hæc igitur sunt cerebri C temperamentorum indicia, quibus ad singula sentiendi instrumenta progrediendo, notas deprehendes.

CAPVT IX.

Signa diagnostica temperamenti oculorum.

SEd de oculis solùm disputare satis fuerit. Qui enim calidi tangentibus manifestè sentiuntur faciléque ac crebrò mouentur, & venas amplas habent, calidi omnes sunt. Frigidi verò his contrarij sunt. Et humidi quidem molles sunt, humoréque referti: sicci verò squallentes, & duri. D Faciléque à similibus suo temperamento causis læduntur, iuuantur verò à moderato contrariorum vsu. Verùm id in omni partis cuiusque temperamento cognoscendo commune esto. Oculorum magnitudo concinna vnà cum actionum integritate, temperatæ materiæ copiam ex qua conditi sunt, ostendit. quæ, si hæc desint, multam quidem materiam, sed malè temperatam significat. Oculorum verò paruitas & concinnitas vnà cum actionum integritate, paucam quidem, sed temperatam ostendit materiam, ex qua sunt conformati. Actionum verò vitium cum inconcinnitate quadam, E paucam simul & prauam materiam ipsorum significat. Quæ autem ad colorem attinent, ad hunc modum explicanda sunt. Oculi puro ac non multo humore collucentes, splendoris magnitudine cæsij redduntur: nigri verò contrà: horum autem medij medias causas obtinent. Cæsius igitur oculus fit aut propter magnitudinem, aut splendorem crystallini humoris, aut prominentem eius situm, aut tenuis aquosi humoris qui ante pupillam positus est, exiguitatem & puritatem. Maximè autem cæsius fit omnibus his vnà F concurrentibus. Quòd si horum quædam adsint, quædam verò desint, magis & minus cæsius fiet. Niger verò oculus fieri solet cum crystallinus humor paucus, vel in profundo positus, vel exquisitè splendidus ac lucidus non est: aut tenuis humor vel multus vel impurus est: aut cum aliqua horum adsunt, aut omnia. In his autem majoris, & minoris ratio inuenitur, vt

antè

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 209 sur 413

antè declaratum, est. Tenuis itaque humor aquosior & copiosior oculum humidiorem esse arguit: quemadmodum crassior & parcior sicciorem. Crystallinus verò si quidem durior sit, siciorem: si verò mollior, humidiorem. Ad eundem modum si tenuem plus iusto superet, aridiorem, sin superetur, contrarium efficit.

A ἔμπροσθεν εἴρηται. ὃ μὲν οὖν λεπτὸν ὑγρὸν, ὑδατωδέστερόν τε καὶ πλέον ἡμόμβιον, ὑγρότερον ἀποφαίνει τ' ὀφθαλμόν. ὥσπερ γε καὶ εἰ παχύτερον, ἢ ἔλαττον ἡμοιτο ξηρότερον, ὃ δ' ὑαλοειδὲς, εἰ μὲν σκληρότερον εἴη, ξηρότερον, εἰ δ' μαλακώτερον, ὑγρότερον. οὕτως δ' καὶ εἰ μὲν ὑπερβάλλοι τῆς συμμετρίας τὸ λεπτοῦ ξηρότερον. εἰ δ' ἀπολείποιτο, τοὐναντίον. λείπει) τὸν ὑαλοειδῆ

CAPVT X.

De signis diagnosticis temperamenti simplicis cordis, calidi, frigidi, sicci & humidi.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

περὶ καρδίας κρίσεων

B Περὶ σημείων διαγνώσεως τοῦ τῆς καρδίας ἁπλῆς τῆς καρδίας θερμῆς, ψυχρᾶς, ξηρᾶς, καὶ ὑγρᾶς.

DE cordis autem temperamentis deinceps dicemus, si priùs memoraverimus, nos cum vnamquamque partem seipsa calidiorem esse, aut frigidiorem, aut sicciorem, aut humidiorem dicemus, non ad aliquam aliam, sed ad seipsam referre. Nam quocunque modo natura frigidius cor sit, temperamenti longè calidioris est quàm cerebrum calidissimum. Calidioris igitur cordis, quatenus ad suam mediocritatem refertur, signa quædam inseparabilia ac propria sunt, respirationis & pulsus magnitudo, celeri- C tas, & frequentia; audacia, & ad actiones obeundas impigritas. Quòd si plurimùm calor exuperet, præceps acerbáque iracundia, & furiosa temeritas. Est autem his thorax hispidus, maximéque pectus, & vicinæ hypochondriis partes. Magna autem ex parte corpus vniuersum calidum reddit calida cordis intemperies; nisi iecur vehementer obsistat. Paulò post autem totius corporis signa recensebimus. Quinetiam thoracis latitudo, caloris est nota, nisi hîc etiam vehementer cerebrum obstiterit; quoniam vt plurimùm spinæ medullæ magnitudo illi proportio- D ne respondet. Tanta quidem vertebrarum, quanta spinæ medullæ, magnitudo est; proindéque & totius spinæ. Cuna ea autem parte quæ dorso adhæret, thorax coniungitur, quemadmodum nauis cum carina; quocirca dorsum longitudine necessariò æquabit, latitudinem verò vertebrarum ratione, quum ad crassitudinis earum proportionem conditus sit, habebit. Quum verò cordis calor exuperans ex primo ortu flatu distendat ac dilatet, ipsius calori proportione respondebit. Quare si exiguum caput sit, thorax verò latus, maximum caloris cordis est argu- E mentum. Si verò id magnum sit, thorax verò paruus, cordis frigidioris maximéque propria nota est. Quòd si capiti proportione thorax respondeat, aliis notis cordis temperamentum explicanda est, nullo ex thoracis magnitudine sumpto indicio. In frigidiore verò corde pulsus sunt mediocribus minores, non tamen necessariò tardiores, aut rariores. Respiratio verò, si quidem thorax tantò minor sit, quantò cordis frigus vehementius, pulsibus proportione respondebit. Sin maior quàm pro cordis frigoris vehementia, non solùm minor, sed & tardior & ratior erit. Tales natura timidi sunt, diffiden- F tes, torpentes, & cunctatores. Et glabrum pectus habet. De exiguitate autem eius differre, vt antè dictum est, oportet. Quemadmodum, & de corporis vniuersi calore. Siccius autem cor duriores pulsus efficit. Et iram non præcipitem quidem, sed feram, ac implacabilem, vniuersúmque

Περὶ δ' τῶν τῆς καρδίας κράσεων ἑξῆς λεκτέον. πρότερόν γε τοῦτο ἀναμνησθέντων ἡμῶν, ὡς ἕκαστον μέρος ἤτοι θερμότερον, ἢ ψυχρότερον, ἢ ξηρότερον, ἢ ὑγρότερον ἑαυτῷ γεγονέναι φαμὲν, οὐ πρὸς ἕτερόν τι προσβάλλοντες, ἀλλὰ πρὸς ἑαυτό. ὅπως γὰρ ἂν ἡ καρδία ψυχροτάτη τύχῃ, φύσει ψυχροτέρα πολὺ θερμοτέρου τινὸς ἐγκεφάλου τοῦ θερμοτάτου. τῆς μὲν οὖν θερμοτέρας, ὡς πρὸς τὸν ἐγκέφαλον τὸν ὀξυθυμίαν τε καὶ ὀργὴν καὶ θρασύτητα καὶ μανίαν καὶ τὰ τοιαῦτα σημαίνοντα, ὡς πρὸς τὸν ἧπαρ τὴν ἐπιθυμίαν καὶ τὴν ἡδονὴν καὶ τὴν ἀφροδίσιον ὁρμὴν καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, τὰ μὲν ἄλλα σημεῖα καρδίας θερμῆς ἐστιν, ἐγκεφάλου τοῦ ψυχρο

σῶμα ξηρότερον, εἰ μὴ τὰ καθ' ἥπαρ αὐτοῦ ἐμπόδια. ὑγρότερας δὲ καρδίας σημεῖα, σφυγμοὶ μαλακοί, καὶ ὄγδος δύσκινητον μὲν πρὸς ὀργήν, δυσκαθαίρετον δὲ, καὶ ὅ σύμπαν σῶμα ὑγρότερον, πλὴν εἰ μὴ τὰ καθ' ἥπαρ αὐτοῦ ἐμπόδια.

corpus, vt plurimum aridius, nisi iecur obstiterit. Humidioris verò cordis signa, pulsus molles, mores ad iram procliues, sed quæ facilè pacati possit, vniuersúmque corpus humidius, nisi iecur repugnet.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Θερμῆς καὶ ξηρᾶς καρδίας γνωρίσματα.

Σημεῖα διαγνωστικὰ τῆς κράσεως συνθέτου τῆς καρδίας, θερμῆς καὶ ξηρᾶς, θερμῆς καὶ ὑγρᾶς, ψυχρᾶς καὶ ὑγρᾶς, ψυχρᾶς καὶ ξηρᾶς.

CAPVT XI.

Signa diagnostica temperamenti compositi cordis, calidi sicci, calidi humidi, frigidi humidi, & frigidi sicci.

ΚΑΤὰ δὲ συζυγίαν τῶν πρώτων ποιοτήτων, αἱ δυσκρασίαι τῆς καρδίας ὧδε ἔχουσιν. θερμῆς καὶ ξηρᾶς καρδίας οἱ σφυγμοὶ σκληροὶ καὶ μεγάλοι, καὶ ταχεῖς, καὶ πυκνοί, καὶ αἱ ἀναπνοαὶ μεγάλαι τε, καὶ ταχεῖαι, καὶ πυκναί. καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον εἰς τάχος ὀπτιδιδόασι καὶ πυκνότητα, οὐ συναυξηθέντες αὐτῇ τῷ καρδίᾳ τῷ θώρακος πρόμοι οὗτοι λεγόμενοι τὰ κατὰ τὸ στέρνον εἰσὶ, καὶ τὸ ὑποχόνδριον. εἰς δὲ τὰς προφάσεις ἕτοιμοι, καὶ θυμικοὶ, καὶ ταχεῖς ἄγαν, καὶ ἀμήχανοι, καὶ ἴταμοι, καὶ ἀναίσχυντοι, καὶ τυραννικοὶ τοῖς ἤθεσι, καὶ γὰρ ὀξύθυμοι, καὶ δύσκωφοι. ὅσοι δὲ τῆς ἅπαντος τοῦ σώματος κράσεως, ἔτι τε τῆς τοῦ θώρακος εὐρυχωρίας, ἀπαλλαγὲν τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις διορισέον. εἰ δή τις ὑγρότης ὑπεκφυσήσειεν ἅμα θερμότητι, λάσιοι μὲν ἦσαν οἱ τοιοῦτοι τῶν προφερομένων, ἕτοιμοι δ' εἰς τὰς προφάσεις οὐδὲν ἧττον. οὐ μὴν ἄγριός γε ὁ θυμὸς, ἀλλ' εἰς ὀργὴν μόνον ἕτοιμοι, οἱ σφυγμοὶ δὲ μαλακοί τε καὶ μεγάλοι, καὶ ταχεῖς, καὶ πυκνοί. καὶ ἡ ἀναπνοὴ τοῦ μὲν θώρακος ἀπαλλαγὲν ἔχοντος τὴν καρδίαν, κατὰ τὠυτὸ αὐτῇ ἰδέαν τοῖς σφυγμοῖς. μικροτέρου δ' ὄντος, τοσοῦτον θᾶττόν τε καὶ πυκνοτέραν τῶν προφερομένων, ὅσον ὁ θώραξ μικρότερός ἐστιν. πολλῆς δὲ τῆς κατὰ τὸν κενεῶνα ὀπτῆς θερμότητος, καὶ μάλιστα εἰ κατὰ τὸ ὑγρότητα συμπέσοι τοῦτο, πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἔτι καὶ σηπεδονώδη νοσήματα γίνεται, διαφθειρομένων τε καὶ σηπομένων αὐτῶν τῶν χυμῶν συμπεσεῖται, καὶ αἱ ἀναπνοαὶ, μείζους τε καὶ θᾶττους τῶν εἰωθυιῶν, καὶ τοῖς σφυγμοῖς ἡ συστολὴ ταχεῖα. ὑγροτέρας δὲ καὶ ψυχροτέρας καρδίας, οἱ μὲν σφυγμοὶ μαλακοὶ, ὁ δὲ ὄγδος, ἀπολμόν τε καὶ ὀκνηρόν. εἰσὶ δὲ καὶ φιλοτεχνῶν οἱ τοιοῦτοι τὰ ἔργα, καὶ ἥκιστα μιμισόπονοι, ὥσπερ καὶ εἰς ὀργὴν οὐχ ἕτοιμοι. τὰ δὲ κατὰ θώρακα, καὶ ὅ σύμπαν σῶμα, τοῖς ἔμπροσθεν ὡσαύτως διορισέον. ἡ ψυχροτέρα δὲ καὶ ξηροτέρα καρδία, τοὺς μὲν σφυγμοὺς, σκληροὺς ἐργάζεται καὶ μικροὺς. τὸν δὲ ἀναπνοὸν, εἰ μὲν ἀπαλλαγὲν τῇ ψυχρότητι μικρὸς ὁ θώραξ γένοιτο σύμμετρον. εἰ δὲ μείζων, ἀραιὰν καὶ βραδεῖαν. ἀοργητότατοι πάντων οὗτοι. βιαζόμενοι μέντοι χαλεπὴν ὀργὴν ὀργιοῦσι, φυλάττουσι τὸν μένειν. εἰσὶ δὲ καὶ ἀτεχνοὶ τὰ ἔργα πάντων μάλιστα. ὅσοι δὲ σμικρότητι τοῦ θώρακος, ἔτι τε τῆς τοῦ ὅλου σώματος ψυχρότητος ὁμοίως διορισέον. ἓν κοινὸν ὅτι πᾶσι τοῖς εἰρημένοις ἐκφανὲς μεμνημένοις, ὡς ὅσα τοῖς ἤθεσιν, ἢ νοῦν, ἢ κατ' ἄλλον τινὰ λόγον ἐκλαμβάνεται λόγον, εἰς διάγνωσιν κράσεως, οὐχ ὑπὲρ τῶν ἐκ φιλοσοφίας, ἢ ἐξηγουμένων ἤθεων ἐκλογιζομένων, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ἐμφύτων ἑκάστῳ λελεκται.

IN coniugatis verò primis cordis qualitatibus intemperaturæ ad hunc modum habent. Calidi & sicci cordis pulsus duri sunt, magni, celeres, ac frequentes. Et respirationes magnæ, celeres, ac frequentes; multóque magis celeritas ac frequentia maior fit, si thorax ad cordis proportionem auctus non sit. His autem maximè omnium pectus ac hypochondria hirsuta sunt. Ad actiones verò prompti sunt, animosi, celeres, truculenti, immansueti, improbi, impudentes, tyrannicisque moribus præditi. Etenim concitati animi sunt, ac vix implacabiles. De corporis autem vniuersi temperamento præterea & de thoracis latitudine, ad eorum quæ antè declarata sunt proportionem differre oportet. Si verò humiditas vnà cum calore vincat; minus hirsuti sunt, quàm hi de quibus antè meminimus: non minus verò ad res agendas prompti. Nec verò feroci sunt animo, sed tantùm ad iram proni. Pulsus autem molles sunt, magni, celeres, ac crebri. Et respiratio, si quidem thorax cum corde proportionem habeat, eandem quæ pulsibus ineſt, formam seruabit. Quòd si minor is sit, tantò celerior ac frequentior, quàm antè commemoratæ, respiratio erit, quantò thorax minor extiterit. Si verò temperamentum à mediocritate multum deflectat, præsertímque ad humiditatem, præter ea quæ suprà retulimus, morbos ex humorum corruptione ac putredine procreabit. Et expiratio inspiratione maior, & celerior est, in pulsibúsque celeris contractio. Humidioris verò & frigidioris cordis temperamenti pulsus molles sunt. Quatenus autem ad mores attinet, diffidentes, timidi, segnésque sunt, hique sunt pectore glabro. Et quemadmodum promptè non irascuntur, sic nec pertinacis sunt iræ. Quæ verò ad thoracem & vniuersum corpus attinent, ea non aliter explicare oportet, quàm quæ priùs exposita sunt. Frigidiùs autem ac aridius cor pulsus duros & paruos efficit, respirationem verò (si quidem thoracis exiguitas cum cordis frigore proportionem habeat) pulsibus respondentem, sin is latior sit, raram ac tardam. Hi omnium minimè iracundi sunt: coacti tamen aliqua occasione irasci, iram retinent. Glabro autem ac debili omnium maximè sunt pectore. De thoracis autem paruitate, & totius corporis frigore, eodem modo differendum est. Vbi vnum commune in omnibus quæ dicta sunt, memorauerimus; nempe nos de moribus tam in hoc quàm in alio opere ad temperamenti cognitionem proditis, non de bonis prauisque ex philosophia comparatis, sed vnicuique congenitis verba fecisse.

CAP.

A

CAPVT XII.

Signa diagnostica temperamenti simplicis & compositi hepatis.

IEcoris calidioris notæ; venarum latitudo; Flaua bilis vberior; & in ætatis vigore, atra. Calidior ipsi sanguis est, ob idque corpus vniuersum, nisi cor repugnet. Hirsuta his hypochondria sunt, ac venter. Frigidioris autem, venarum angustia, vberior pituita, sanguis vniuersique corporis habitus frigidior, nisi à corde calefiat. Glabra his hypochondria sunt, ac venter. Siccioris verò, sanguis crassior ac paucior, venæ duriores, vniuersus corporis habitus aridior. Humidioris autem, sanguis quidem vberior ac humidior; venæ molliores, quemadmodum vniuersum corpus, nisi cor repugnet. Calidioris verò simul & aridioris iecoris signa sunt; hypochondria hirsutissima, sanguis crassior & siccior, flaua bilis plurima, & in ætatis vigore atra; venæ amplæ ac duræ sunt; quemadmodum & vniuersum corpus. Calor enim qui ex corde prodit, frigus quod ex iecore proficiscitur, vincere potest, quemadmodum frigus calorem. Siccitatem verò cor humidius in contrarium mutare non potest. In harum autem qualitatum medio, iecoris humiditas consistit, vtpote quæ magis à cordis siccitate vincatur, quàm siccitas ab humiditate, sed minus tamen quàm calor, atque etiam longè minus quàm frigus. Ipsa enim omnium iecoris qualitatum facillimè superatur. Constat igitur, quòd in idem conspirantibus vtriusque principij temperamentis, corpus totum pro illarum viribus omninò afficietur, cuius notas post explicabimus. Humidius autem simul & calidius iecur minus quàm calidius & aridius hirsuta reddit hypochondria. Plurimum verò sanguinis gignit, magnásque venas efficit, & corporis habitum humidiorem ac calidiorem, nisi cor repugnet. Si verò vtraque qualitas naturalem modum vehementer exuperet, morbo ex putredine, humorúmque vitio corpus promptè corripietur. Atque etiam magis, si aucta sit humiditas, non multùm verò calor: contrà verò si parum quidem aucta sit humiditas, plurimùm verò calor, humorum vitio minimè laborat. Humidius autem ac frigidius iecur glabra habet hypochondria, magísque pituitosum sanguinem gignit, vnà cum venarum angustia. Vniuersum corpus sibi simile reddit; nisi cor in contrarium mutet. Frigidius autem & aridius iecur paulum sanguinis gignit; angustásque venas efficit, & hypochondria glabra reddit, nisi & hîc cor quoque vicerit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Σημεῖα διαγνωστικὰ τῆς κράσεως ἁπλῆς τε, καὶ συνθέτου τοῦ ἥπατος.

ΗΠατος θερμοτέρου γνωρίσματα, φλεβῶν εὐρύτης, ἡ ξανθὴ χολὴ πλείων. ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τῆς ἀκμῆς, καὶ ἡ μέλαινα, θερμότερον αὐτοῖς τὸ αἷμα, καὶ διὰ τοῦτο, καὶ τὸ σύμπαν σῶμα. πλὴν εἰ μὴ τὰ κατὰ τὴν καρδίαν ἀντιπράττει, δασύτης τῶν καθ' ὑποχόνδρια καὶ γαστέρα. ψυχροτέρου δὲ στενότης φλεβῶν, φλέγμα πλεῖον, αἷμα ψυχρότερον, καὶ ἡ σύμπασα τοῦ σώματος ἕξις ψυχροτέρα, εἰ μή τι πρὸς τῆς καρδίας θερμαίνοιτο, ψιλὰ τριχῶν ὑποχόνδριά τε καὶ γαστήρ. ξηροτέρου δὲ, τὸ μὲν αἷμα παχύτερόν τε, καὶ ξηρότερον, καὶ ὀλιγώτερον, αἱ φλέβες δὲ σκληρότεραι, καὶ ἡ σύμπασα τοῦ σώματος ἕξις ξηροτέρα. ὑγροτέρου δὲ, τὸ μὲν αἷμα πλεῖόν τε καὶ ὑγρότερον, αἱ φλέβες δὲ μαλακώτεραι. οὕτως δὲ καὶ τὸ σύμπαν σῶμα, πλὴν εἰ μὴ τὰ κατὰ τὴν καρδίαν ἀντιπράττει. θερμοτέρου δὲ ἅμα καὶ ξηροτέρου ἥπατος γνωρίσματα, λασιώτατον ὑποχόνδριον, αἷμα παχύτερόν τε ἅμα καὶ ξηρότερον, ἡ ξανθὴ χολὴ πλείστη, κατὰ δὲ τὴν ἀκμὴν, καὶ ἡ μέλαινα. φλεβῶν εὐρύτης τε, καὶ σκληρότης. οὕτως δὲ καὶ τὸ σύμπαν σῶμα. θερμότης μὲν γὰρ ἡ ἐκ καρδίας ὁρμωμένη, νικῆσαι δύναται τὴν ἐξ ἥπατος ὁρμωμένην ψυχρότητα, καθάπερ τε καὶ ἡ ψυχρότης τὴν θερμότητα. τὴν ξηρότητα δὲ, οὐχ οἵτ' τε πρὸς τοὐναντίον ὑπὸ τῆς καρδίας ὑγροτέρας γενομένης ἀχθῆναι. μεταξὺ δέ ἐστιν ἡ ἀφ' ἥπατος ὑγρότης τῶν εἰρημένων. μᾶλλον μὲν γὰρ ὑπὸ τῆς ἐν καρδίᾳ νικᾶται ξηρότητος, ἤπερ ἡ ξηρότης ὑπὸ τῆς ὑγρότητος. ἧττον δὲ τῆς θερμότητος, ἔτι δὲ μᾶλλον ἧττον ὑπὸ τῆς ψυχρότητος. εὐνικητοτάτη γὰρ αὕτη τῶν ἐξ ἥπατος ὁρμωμένων ποιοτήτων. εὔδηλον οὖν, ὡς ἐπειδὰν εἰς ταὐτὸ συνδράμωσιν αἱ τῶν ἀρχῶν ἀμφοτέρων κράσεις, ὅλον ἀκριβῶς τὸ σῶμα κατ' ἐκείνας διατίθεται. λεχθήσεται δὲ ὀλίγον ὕστερον αὐτοῦ τὰ γνωρίσματα. τὸ δὲ ὑγρότερον ἅμα καὶ θερμότερον ἧπαρ, ἧττον μὲν τοῦ θερμοτέρου καὶ ξηροτέρου τὰ καθ' ὑποχόνδριον ἐργάζεται λάσια. πλεῖστον δ' αἷμα, καὶ φλέβας μεγάλας, καὶ τὴν ἕξιν ὑγροτέραν καὶ θερμοτέραν, εἰ μὴ τὰ κατὰ τὴν καρδίαν ἀντιπράττει. εἰ δὲ ἐπὶ πλέον ἀμφοτέραις ταῖς ποιότησιν ἐκτραπείη τοῦ κατὰ φύσιν, ἑτοίμως ἁλίσκεται τοῖς σηπεδονώδεσι, καὶ κακοχύμοις νοσήμασιν, ἔτι μᾶλλον εἰ ἐπὶ πλεῖστον μὲν αὐξηθείη τὸ ὑγρὸν, ἐπ' ὀλίγον δὲ τὸ θερμόν. εἰ δ' ἔμπαλιν ἐπ' ὀλίγον μὲν αὐξηθείη τὸ ὑγρὸν, ἐπὶ πλεῖστον δὲ τὸ θερμὸν, ἥκιστα κακόχυμοι γίγνονται. τὸ δ' αὖ ὑγρότερον καὶ ψυχρότερον ἧπαρ, ἄτριχον μὲν ἔχει τὸ ὑποχόνδριον· αἷμα δ' ἐργάζεται φλεγματικώτερον, ἅμα φλεβῶν στενότητι. καὶ τὸ σύμπαν σῶμα παραπλησίως ἔχον, εἰ μὴ πρὸς τῆς καρδίας ἐς τἀναντία μετάγοιτο. τὸ δὲ ψυχρότερον καὶ ξηρότερον ἧπαρ, ὀλίγαιμόν τε καὶ στενόφλεβον ἐργάζεται τὸ σῶμα καὶ ψυχρότερον. ὑποχόνδριόν τε ψιλὸν, εἰ μὴ κἀνταῦθα νικήσειεν ἡ καρδία.

CAPVT XIII.

F

Signa diagnostica temperamenti simplicis & compositi testium.

TEstium temperamentũ calidũ quidẽ in venerem pronũ est; mares procreat, & fœcũdũ est,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Σημεῖα διαγνωστικὰ τῆς κράσεως ἁπλῆς τε, καὶ συνθέτου τῶν ὄρχεων.

ΤΗς δὲ τῶν ὄρχεων κράσεως, ἡ θερμὴ μὲν, ἀφροδισιαστική τέ ἐστι, καὶ ἀρρενόγονος, καὶ γόνιμος, καὶ ταχέως δασύνει

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 212 sur 413

τὰ γεννητικὰ μόρια. σπερματόπλεται ὑπὸ τῆς ἀφροδίσιος, ἡ ψυχρὰ δὲ, τοὐναντίον. καὶ ἡ μὲν ὑγρὰ πολύσπερμός τε ἐστι, καὶ ὑγρόσπερμος, ἡ ξηρὰ δὲ, ὀλιγόσπερμός τε, καὶ μετρίως παχύσπερμος. ἡ θερμοτέρα δὲ, καὶ ξηροτέρα, παχυσπερμοτάτη τε ἐστι, καὶ γονιμωτάτη. καὶ ταχέως πρὸς συνουσίαν ἐπεγείρει τὸ ζῷον βιαίως ὀξὺ ὀργῆς. ἀτὰρ δὴ καὶ οἱ τοιοῦτοι, καὶ διασπώνται ταχέως τὰ γεννητικὰ μόρια, καὶ συμπέπτει τὰ τρίχε, αὖθις μὲν ἄχρι τῶν ὀμφαλὸν χοίρων, κάτω δὲ, μέχρι μέσων μηρῶν. ὁρμητικὴ μὲν δὴ καὶ τοιαύτη κρᾶσις ἰσχυρῶς ἐφ' ἀφροδίσια, ταχέως δὲ ἐμπίπλαται μόνη, καὶ εἰ βιάσαιτο, βραδέως ἀφροδισιάζει. συνελθούσης δὲ ὑγρότητος τῇ θερμότητι, λάσιοι μὲν ἧττον οἱ τοιοῦτοι, πολυσπερμοὶ δὲ μᾶλλον, οὐ μὴν ἐρέσσονται γε μᾶλλον τῶν ἑτέρων, ὀξαρκοῦσι δ' ἀβλαβέστερον ἀφροδισίοις πλείοσιν. εἰ δ' ἰσχυρῶς ἄμφω συναυξηθείη τό θ' ὑγρὸν, καὶ θερμὸν, οὐδ' ἀβλαβῶς ἀπέχονται τῶν ἀφροδισίων. εἰ δ' ὑγρότεροι, καὶ ψυχρότεροι τῶν κρᾶσιν οἱ ὄρχεις ἔχοιντο, ψιλαὶ τὰ θήλεα τείχη, καὶ βραδέως ἀφροδισιάζειν αἴρηνται, καὶ οὐδ' ὁρμητικοὶ πρὸς τὰ συνέργματά εἰσιν, ὑδατώδες δὲ καὶ λεπτὸν αὐτοῖς τὸ σπέρμα, καὶ ὀλίγον ἔστι, καὶ ἀλυγρόνον, καὶ ἄρρενον. ἡ ψυχροτέρα δὲ, καὶ ξηροτέρα κρᾶσις, ὁμοία μὲν τἆλλα τῇ προειρημένῃ κράσει, παχύτερον δ' αὐτοῖς τὸ σπέρμα, καὶ πεπυκασμένοις ὀλίγον.

A Pilisque genitalia, & quæ circum ea sunt partes, celeriter replet; Humidum multam humidámque genituram parit; Siccum verò paucam & mediocriter crassam procreat; Crassissimam verò ac fœcundissimam calidius ac siccius. Initióque statim animans celeriter ad venerem excitat. Cæterùm talibus celerrimè genitales circúmque omnes partes sursum versus ad vmbilicum vsque, deorsum verò vsque ad media femora pilis replentur. Eiusmodi temperatura ad venerem multùm quidem concitatur, sed ea celerrimè satiatur, quæ si violenta sit, noxam adfert. Coëuntibus autem calore & humiditate, minùs quidem hirsuti sunt, sed B genitura magis abundant, tametsi quàm cæteri veneris appetentiores non sunt, sed huic innocentius indulgent. Quòd si ambo, nempe calor & humiditas, multum excesserint, non sine incommodo à venere abstinent. Si verò humidiores ac frigidiores natura testes sint, vicinas partes pilis nudas habent, tardéque venerem exercere incipiunt, nec ad eam ruunt. Aquosam autem & tenuem habent genituram, & infœcundam, & ex qua fœminæ procreantur. Frigidior verò & siccior temperies reliqua alia habet antè declaratis similia; semen verò omninò crassum & paucum C obtinet.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

CAPVT XIV.

Σημεῖα διαγνωστικὰ τῆς ὅλου τοῦ σώματος ἕξεως.

Signa diagnostica temperamenti habitus totius corporis.

ΑΙ δ' ὅλου τοῦ σώματος ἕξεις, εἴρηται μὲν πού σοι πρόσθεν, ὡς ὁμοιοῦται καρδίᾳ καὶ ἥπατι. κρατεῖ δὲ ἡ ὁμοιότης τοῦ σφοδροτέραν ἔχοντος ἰδιότητα τῶν πρώτων ποιοτήτων, αἷς δὴ καὶ δράσεις ὀνομάζεται. ὅλου δὲ τοῦ σώματος ἡ ἕξις, ἐπ' ἐκείνων λέγεται μάλιστα τῶν μορίων, ὅσα θεωρήμασι προσπίπτοντα πρῶτα. μοῖραι δέ εἰσιν οὗτοι, πάντα τοῖς ὀστοῖς περιβεβλημένοι, σωλῆνές τινες ὄντες, ἔκ τε τῆς ἁπλῆς τῆς πρώτης ὀργανικῆς, ἔτι τε τῶν ἰνῶν αἷς αὐτὰ περιπέφυκεν. ἡ γὰρ οἰκεία τῶν μυῶν οὐσία, τοιοῦτ' ἐστὶν ἀμφότερα. τὰ δ' εἰς αὐτοὺς ἥκοντα τῶν ἀρτηρίων, οἷ μὲν ἐγγύτατοί εἰσιν, ἢ συμπληροῦντες αὐτῶν τὴν οὐσίαν, ἀλλ' ἐναπερειδόμενοι εἰς ἀλλήλους. εἰρήσεται γὰρ ἐν τοῖς τούτων κράσεως γνωρίσματα, καὶ τὴν ἐν ἑκάστῳ εἶκασιν. ἀλλαχόθι γὰρ αἱ δύσκρατοι τὸ θέρμα, καθ' ἑαυτὰς τυποῦσαι, καὶ ἀμφιθέουσιν ἴνα τῶν γνωρισμάτων. οὕτως δὲ, καὶ εἰ καὶ τὴν εὔκρατον χώραν ὥρᾳ θέρους ἑαυτὸν ἡλίῳ τις προβάλλοι γυμνὸν, ὀξαλλάξει τῶν γνωρισμάτων ὅσα καὶ χρόαν τε ἐστὶ, καὶ τὴν ἐν μαλακότητι, καὶ σκληρότητι σύστασιν. εἰ δ' ὥσπερ εὔκρατόν ἐστὶ τὸ χωρίον, οὕτως καὶ αὐτὸς εὐκράτως διαιτῷτο, μήτ' ἐξοπλιούμενος ἐν ἡλίῳ γυμνὸς, ἐκείσης ἡμέρας ὅτι πλεῖστον. ἀλλὰ μᾶλλ' ὥσπερ ἔνιοι δίκην περιόντου σκιατραφοῦσιν, ἀκριβῶς τὰ τῆς κράσεως ἐνδείξεται γνωρίσματα. καὶ τοίνυν ὡς ὅτι τούτων τῆς λόγου γυμνασθήσεται, πρόσεχε μὴ δὴ τὸ νοῦν αὐτοῦ. συμμέτρου κράσεως γνωρίσματα, πρὸς ὅλιον μὲν ζῷον τὴν ἕξιν, ἡ χροιὰ μὲν ἐξ ἐρυθροῦ καὶ λευκοῦ συμμιγὴς. αἱ θρίχες δ' ξανθαὶ μετρίως, καὶ ἁλαὶ τὰ πολλὰ συμμετρία δὲ σαρκώσεως κατὰ ποσότητα καὶ ποιότητα. μέσον γὰρ ἀκριβῶς ἐστὶ τὸ τοιοῦτον σῶμα πασῶν τῶν ὑπερβολῶν, ὡς αὖ καὶ νοουμένων τε καὶ λεγομένων πρὸς αὐτό. καὶ γὰρ τὸ παχὺ σῶμα, πρὸς τοῦτο λέγεται παχὺ, καὶ τὸ λεπτὸν αὖ σαυτοῦ, πρὸς τοῦτο πολύσαρκόν τε καὶ ὀλιγόσαρκον, καὶ πιμελώδες, καὶ σκληρὸν, καὶ μαλακὸν, καὶ λάσιον, καὶ ψιλόν. σύμμετρον οὖν τούτων ἐστὶ, τὸ συμμέτρον.

Signa diagnostica temperamenti habitus totius corporis.

QVòd autem totius corporis habitus cordi & iecori similis sit, priùs diximus; ei verò similior est, quod vnam quamlibet ex primis qualitatibus, quas agentes vocant, potentiorem habet. Totius autem corporis habitus de his maximè partibus dicitur, quæ primæ intuentibus obiicientur; D cuiusmodi sunt musculi ossa omnia cingentes, ex simplici primáque carne, & fibris quas ipsa conuestit, constantes. Nam propria musculorum substantia ex his duobus est compositi. Quæ autem ad eos vasa peruenient velut riui quidam sunt, non quidem eorum substantiam constituentes, sed ea suggerentes quibus seruentur. Horum igitur temperamenti signa in temperata regione intelligenda sunt. Cutem enim immutant intemperatæ, per se formam imprimentes; & notas quasdam corrumpunt. Ad eundem autem modum, si quis in temperata regione æstiuo tempore nudum se Soli exposuerit, signa quæ ex E colore mollitie & duritie sumuntur immutabit. Si verò vt temperata regio est, ita moderatam victus rationem serues, nec Sole te plurimùm quotidie exuras, sed nec (vt nonnulli) ad instar virginum in vmbraculis degas, temperamenti exquisitas notas præbebis. Tanquam igitur de his futura sit disputatio, huic adhibendus animus est. Commoderati temperamenti signa, quod ad totum animalis habitum attinet, sunt, color ex rubro candidóque mistus; Capilli modicè flaui; & vt plurimùm crispi; Caro tum qualitate tum F quantitate mediocris est. Eiusmodi enim corpus omnium exuperantiarum omninò est medium, ita vt ad ipsum relata corpora & intelligantur & dicantur. Siquidem crassum corpus cum ipso comparatum, dicitur crassum, quemadmodum & tenue, si cum eodem conferas: corpulentum quoque & gracile, pingue, durum; & molle; hirsutum, & glabrum. Nullũ igitur horum mediocre est,

sed

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 213 sur 413

sed quod ad omnis mediocritatis summum (qualis est Polycleti regula) peruenit, ita vt tangentibus neque molle neque durum, neque calidum, neque frigidum, inspicientibus verò neque hirsutum, neque glabrum, neque crassum, neque gracile esse, neque aliquem alium excessum habere videatur.

Ἀλλ' οἷος ὁ Πολυκλείτου κανὼν ἐς ἄκρον ἥκει συμμετρίας ἁπάσης, ὡς ψαυόντων μὲν, μήτε μαλακὸν φαίνεσθαι, μήτε σκληρὸν, μήτε θερμὸν, μήτε ψυχρόν. ὁρώντων δὲ, μήτε λάσιον, μήτε ψιλὸν, μήτε παχὺ, μήτε ἰσχνὸν, ἢ ἄλλο ἕτερον ἔχον ἀμετρίαν.

CAPVT XV.

Signa diagnostica temperamenti simplicis, totius.

QVæ autem iustò calidiora sunt, non autem humidiora, aut aridiora, quatenus ad carnosum genus attinet, de hoc enim præsens est disputatio, tangentibus quidem tanto calidiora sentiuntur, quanto sunt temperamento calidiora. Tantóque hispidoria, quantò sunt calidiora, minúsque pinguia. Rubro autem sunt colore, ac nigro capillo. Frigidioris temperamenti signa. Corpus glabrum est, & pingue, idque tangentibus frigidum sentitur. Color verò tum ipsius tum eius capilli rufior est; & si frigus multum excesserit, liuidior; quem & plumbeum nonnulli medici vocare solent. Siccius temperamentum tantò gracilius temperato est & durius, quantò siccitas maior, In reliquis verò simile. Humidius autem in cæteris temperato proximum est, sed carnosius ac mollius.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Σημεῖα διαγνωστικὰ τῆς κράσεως ἁπλῆς τοῦ ὅλου.

Ὅσα δὲ τοῦ συμμέτρου θερμότερα μέν ἐστιν, οὐ μὴν ὑγρότερά γε, ἢ ξηρότερα τοῦ ἀνθρώπου γένους, καὶ ἐφ' τούτου γὰρ ὁ παρεπόμενος λόγος, φαίνεται μὲν δήπου καὶ ἁπλουμένοις θερμότερα τοσοῦτον, ὅσον ἐφ' ὅτι τῇ κράσει θερμότερα. λασιώτερα δ' τοσοῦτον ἔσται, ὅσον ἐφ' ᾧ θερμότερα, καὶ πιμελῆς ἧττον ἔχοντα, τῇ χροιᾷ δὲ ὑπέρυθρα, καὶ μελανότερα εἶναι). ψυχροτέρας δὲ κράσεως σημεῖα, ὁ ἀτειχον, ὁ πιμελώδες, ὁ ψυχρὸν ἀποπλουμίοις. ἡ χροιὰ δ' αὖθις, ἅμα τοῖς ὀφθαλμοῖς πυρρότερα. πολλῆς δὲ τῆς ψύξεως οὔσης, πελιδνή πώς ἐστιν, καὶ κυανῆ ἔοικεν εἶναι τοῖς τὴν ἰατρικὴν τοὺς τοιούτοις μολυβδοχρόας. ἡ δὲ ξηροτέρα κρᾶσις, ἰσχνοτέρα τε ἐστὶ, καὶ σκληροτέρα τῆς ὑγιοῦς τοσοῦτον, ὅσον ἐφ' ᾗ ξηροτέρα. τὰ δ' ἄλλα ἐφάπλησιος. καὶ ἡ ὑγροτέρα δὲ, τὰ μὲν ἄλλα, ἐφάπλησιος, ὑπερκειμένη δὲ, μαλακωτέρα.

ψυχροτέρας κράσεως σημεῖα.

ξηροτέρας κράσεως σημεῖα.

CAPVT XVII.

Signa diagnostica temperamenti compositi totius.

IN copulatis verò primarum qualitatum intemperantiis, composita est cognitionis forma. Calidior enim & siccior, hispidior est, ac durior, & macilenta gracilisque, nigrum quoque capillum obtinet. Quòd si calor multùm excesserit, cutis etiam nigra erit. Calidior humidiorque temperatura eo mollior ac carnosior est, quo vtraque qualitas ab optima constitutione magis recedit. Plurimùm verò inaucta, promptè morbis ex putredine corripitur, quoniam facilè vitiosis humoribus impletur. Si verò paulò humidior, multò verò calidior sit, paulò quidem & molliores & carnosiores quàm temperata reddit. Sed nec paulò hispidiores sunt, nec tangentibus calidiores apparent. Pilum quoque nigrum gignit, & vacuam pinguedinis carnem. Quòd si paulò calidior sit, multò verò humidior, mollem ac multam carnem procreabit, colorémque ex rubro & albo mistum; & tangentibus corpus paulò calidius sentietur. Atque vt semel dicam, in coniugatis temperamentis exuperantis qualitatis notæ semper præpollent. Frigidior autem ac humidior temperatura, si leuiter vtraque exuperet, glabra est, alba, mollis, crassa & pinguis. Sin auctior sit, pro qualitatum incrementi ratione reliqua habebunt, color verò vnà cum capillo rufus erit; si plurimùm vtraque increuerit, liuidus. Si verò inæquabilis qualitatum sit exuperatio, eius quæ magis excesserit notæ seorsum præpollebunt. At si frigus & siccitas ex æquo auctæ sint, natura durum, gracile, glabrum corpus erit: tangentibus verò frigidum sentietur. Pinguedo tamen, etsi graciles sunt, per carnem dispersa est; Capilli autem & cutis color, frigoris modo respondent;

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ις'.

Σημεῖα διαγνωστικὰ τῆς κράσεως συνθέτου τοῦ ὅλου.

Καὶ μὲν καὶ τὴν συζυγίαν τῶν ἐναντίων ποιοτήτων αἱ δυσκρασίαι γινόμεναι, συνθέτου ἔχουσι καὶ τὰ τῶν γνωσιμάτων ἰδέαν. ἡ μὲν γὰρ θερμοτέρα καὶ ξηροτέρα, λασιωτέρα, καὶ θερμοτέρα, καὶ σκληροτέρα, καὶ ἀπίμελός ἐστι, καὶ ἰχνὴ, καὶ μελανόχροα. εἰ δὲ ὅτι πλέον ἥκει θερμότητος, καὶ μελανόχροος. ἡ θερμοτέρα καὶ ὑγροτέρα κρᾶσις, μαλακωτέρα τε, καὶ μᾶλλον σαρκωτέρα, καὶ θερμοτέρα τῆς ἀρίστης κράσεως εἰς τοσοῦτον ἐστιν, ἐφ' εἰς ὅσον ἀμφοτέρας αὐξηθῇ τοῖς ποιότησιν. ὅτι πλεῖστον δὲ αὐξηθεῖσα, τοῖς σηπεδονώδεσιν ἑτοίμως ἀλίσκεται νοσήμασιν, ὅτι καὶ κακόχυμος ἑτοίμως γίγνεται. εἰ δ' ὀλίγῳ μὲν ὑγροτέρα εἴη, παμπόλλῳ δ' θερμοτέρα, καὶ μαλακωτέρα μὲν ὀλίγῳ τῶν συμμέτρων οἱ τοιοῦτοι, καὶ σαρκωδέστεροι, λασιώτεροι δ' οὐκ ὀλίγῳ. καὶ μὲν δὴ καὶ ἀποπλουμίοις, οὐκ ὀλίγῳ θερμότεροι. μέλαιναν δ' αὖθις αἱ τρίχες, καὶ ἡ σαρξ ἀπίμελος. εἰ δ' ὀλίγῳ μὲν εἴη θερμοτέρα, παμπόλλῳ δὲ ὑγροτέρα, μαλακὴ τοιοῦτος ἐστιν ἡ σαρξ, καὶ πολλὴ, καὶ ὃ χρῶμα συμμιγὲς ἐξ ἐρυθροῦ, καὶ λευκοῦ, καὶ ψαυόντων ὀλίγῳ θερμότεροι. συλλήβδην δ' εἰπεῖν ὅτι τῶν ξηρῶν συζυγίαι κράσεων, αἰεὶ τὰ ὑπερκείμενα τούτοις ποιότητος, ὑπερκείμενά τε γωνείσματα. ἡ ψυχροτέρα δὲ καὶ ὑγροτέρα κρᾶσις, ἐπ' ὀλίγον μὲν ἀμφοῖν αὐξηθεῖσα, ἀτειχές τε ἐστὶ, καὶ λευκὴ, καὶ μαλακὴ, καὶ παχεῖα, καὶ πιμελώδης. ὅτι πλεῖστον δὲ τὰ μὲν ἄλλα τῶν ποιοτήτων αὐξήσεως. ἡ χροιὰ δ' ἅμα τοῖς ὀφθαλμοῖς πυρρά, καθάπερ γε καὶ εἰ ὅτι πλεῖστον ἀμφοῖν αὐξηθεῖσα πελιδνή. εἰ δ' αὖσις ἡ αὔξησις εἴη τῶν ποιοτήτων, ὑπερκειμένη τὰ μᾶλλον αὐξηθείσης ἴσχει. εἰ δ' ὁ ψυχρὸν ἅμα τῷ ξηρῷ κατ' ἴσον αὐξηθεῖν, φύσει σκληρὸν καὶ ἰσχνὸν ἴσχοι τὸ σῶμα, καὶ ἄτειχον, ἀποπλουμίοις δ' ψυχρόν. ἡ πιμελὴ δ' ὅμως αὐτοῖς, καίτοι γε ἰσχνοῖς ὄσι, πρὸς ἀπαρτιστὴν σαρκὶ. τὰ δ' τῶν τειχῶν, καὶ τῆς χροιᾶς, ἀνάλογον τῷ μέτρῳ τῆς ψυχρότητος,

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 214 sur 413

μεταπεσούσης δὲ τῆς θερμῆς, ἢ ξηρᾶς κράσεως ἐν ταῖ γήρᾳ τῆς παλαιμῆς εἰς τὸ ξηρόν τε καὶ ψυχρόν, ἡ ἕξις τῶν τοιούτων ἰσχνὴ καὶ σκληρά, μελαγχολικὴ δὲ ἔστι καὶ διὰ τοῦτο μέλαινά τε ἅμα καὶ δασεῖα. κρατούσης μὲν τῆς ἑτέρας τῶν ποιοτήτων πολὺ· τῆς δ' ἑτέρας ὀλίγον ἢ τῷ συμμέτρου παλλατοῦσης, ὀπτικὰ τὰ σημεῖα· ἀμυδρὰ δὲ ἔσται τὰ τῆς ἑτέρας γνωρίσματα. ὀπτὶ πᾶσι δὲ τοῖς εἰρημένοις τε καὶ μέλλουσι λέγεσθαι, κοινὸν γνώρισμα κράσεως. εἰ μὲν δύψυκτον εἴη τὸ μόριον, ἢ τοι ψυχρότητος, ἢ ἀραιότητος, εἰ δὲ δύσψυκτον, ἢ τοι θερμότητος, ἢ πυκνότητος. εἰ δ' ὑπὸ τῶν ξηραινόντων βλάπτοιτο, ἀχμηρόν τε, καὶ ξηρόν, καὶ δυσκίνητον ἦν οἷτο, ξηρότητος πάσης γε καὶ εἰ βαρύοιτο πρὸς τῶν ὑγραινόντων, ὑγρότητος. ὀπτιβλέπειν δὲ χρὴ εἰ ὡσαύτως ἀλλήλοις ἅπαντες οἱ μύες, ἢ οὐχ ὡσαύτως κέκραανται, σπουδαιότατον δὲ ἐν ἅπασι τοῖς τοιούτοις τὸ ὑποβεβλημένων ὀστῶν. ἐνίοτε γοῦν ἰσχνότερον εἶναι δοκεῖ τὸ μέρος, οὐκ ὂν ἰσχνότερον, ὅσον ὀπτὶ τοῖς μυσὶ, διὰ δὲ τὴν γενότητα τῶν ὀστῶν τοιοῦτον φανταζόμενον. ὥστε δὲ καὶ παχύτερον ἐνίοις εἶναι δοκεῖ πολλάκις, οὐ διὰ τὸν ὄγκον τῶν ὀστῶν, ἀλλὰ διὰ τὸ τῆς σαρκὸς πλῆθος, ἥτις αὐξανομένη τε καὶ μειουμένη, σκληροτέρα τε καὶ μαλακωτέρα γιγνομένη, ξηρότερον, ἢ ὑγρότερον ἀποφαίνει τὸ μόριον. ἢ μὲν οὖν ὀλίγη τε καὶ σκληρά, τὸ ξηρότερον. ἢ πολλὴ δὲ καὶ μαλακή, τὸ ὑγρότερον. ὥστε δὲ καὶ αἱ μεταξὺ χῶραι τῶν ὁμοιομερῶν σωμάτων, ἤτοι πλέον ὑγρὸν ἐν αὑταῖς, ἢ ἔλαττον περιέχουσαι, καὶ ἤτοι παχύτερον, ἢ λεπτότερον, ἢ ὑγρότερον, ἢ ξηρότερον ἀποφαίνουσι τὸ μόριον. ὑγρότερον μὲν ἔνθα λεπτότερά τε καὶ πλείων ἐστὶν ἡ ὑγρότης, ξηρότερον δὲ ὅπου παχύτερά τε ἅμα καὶ ἐλάττων. αὐτὰ μὲν γὰρ τὰ στερεὰ τοῦ σώματος μόρια, τὰ ὄντως στερεὰ καὶ πεφυκότα, κατ' οὐδένα τρόπον οἷά τε ἐστὶν ὑγρότερα ποιεῖν, ἀλλ' ἰχθύος, εἰ κωλύοις αὐτὰ μὴ διὰ ταχέων ξηραίνεσθαι, τὰς δὲ διαλαμβανούσας αὐτὰ χώρας ἔνεστι πληρωθῆναι ὑγρότητος, ἤτοι τοίας, ἢ τοίας. τοιαύτη δὲ ἐστὶν ἡ οἰκεία τροφὴ τῶν ὁμοιομερῶν ἐκ πέψεως, οὐ δι' ἀπείων ἐλκομένη. κοινὸς δὲ καὶ οὗτος ὁ λόγος ἁπάντων ἐστὶ τῶν μορίων, καὶ ῥηθήσεται, καὶ αὖθις ἐν τῇ τῶν ὑγιεινῶν, καὶ νοσωδῶν αἰτίων διδασκαλίᾳ. νυνὶ δὲ τὰ ἐφεξῆς ἐχώμεθα.

In declinante autem ætate, temperie calida & ſicca in frigidam & ſiccam naturam tranſeunte, corporis habitus gracilis fit ac durus, atrámque bilem gignit; proinde niger & hirſutus eſt. Si verò earum qualitatum altera plurimum, altera paululum à mediocritate diſcedat, ſuperantis ſigna præpollebunt, alterius obſcura erunt. In omnibus autem tum quæ diximus, tum quæ dicturi ſumus, communis nota eſt frigoris quidem & raritatis, ſi promptè à frigore pars afficiatur; caloris verò aut denſitatis, ſi facilè id perferat. At ſi ab exiccantibus lædatur, ſqualidáque ac ſicca ſentiatur & ægrè moueatur, ſiccitatis; quemadmodum ſi ab humidis grauetur, humiditatis eſt indicium. Videndum autem eſt an idem omnes inter ſe muſculi, an diuerſum habeant temperamentum; in omnibúſque conſideranda ſubiectorum oſſium eſt magnitudo. Nonnunquam enim gracilior pars eſſe videtur, quatenus ad muſculos attinet, quum gracilior non ſit, ſed propter oſſium tenuitatem talis apparet. Ad eundem modum & craſſior in quibuſdam ſæpe eſſe videtur, non propter oſſium magnitudinem, ſed propter carnis molem, quæ & aucta, & imminuta, & ſiccior humidiórque partem ſicciorem aut humidiorem reddit; pauca quidem & dura ſicciorem, multa verò & mollis humidiorem. Eodem modo & ſpatia intermedia partium ſimiliarium, humoris aut plus aut minus in ſe continentia, eiúſque vel craſſioris vel tenuioris partem humidiorem eſſe aut aridiorem arguunt, humidiorem quidem, vbi tenuior & vberior; ſicciorem verò vbi craſſior ſimul & parcior humor eſt. Ipſæ enim ſolidæ corporis partes, quæ verè ſolidæ ac primæ ſunt, nullo modo humidiores fieri poſſunt, ſed ſatis eſt ſi celeriter eas exiccari prohibeas. Intermedia verò ipſarum ſpatia hoc vel illo humore replere poſſumus, hîc enim eſt proprium ſimplicium partium alimentum, quod ex appoſitione fit, non autem per vaſa attrahitur. Communis verò hæc ratio eſt omnium partium, de qua rurſus cum de ſalubribus ac inſalubribus cauſis commentabimur, dicemus, nunc autem reliqua tractemus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Τὰ γνωρίσματα τῆς κράσεως ἁπλῆς τε, καὶ συνθέτου τῆς κοιλίας.

ΓΑστρὸς γνωρίσματα τῆς μὲν φύσει ξηροτέρας, εἰ ταχέως διψώδης γίγνοιντο, καὶ ὀλίγον αὐτοῖς ἐρκοίη ποτὸν, ἢ βαρυοίντο τῶν πλείονι, ἢ κλύδωνας ἴσχοιεν, ἢ ὅπη πολλοὶ ὅ τι περιπέσοι αὐτοῖς, ἐδέσμασί τε χαίροιεν ξηροτέροις. ὑγροτέρας δ', εἰ μήτε διψώδης γίγνοιντο, ἢ ὃ πλέον ὑγρὸν ἀδύπως φέροιεν, ἐδέσμασί τε χαίροιεν ὑγροτέροις. ἢ δ' θερμοτέρα φύσει γαστὴρ, πέπτει μὲν ἄριστον, ἢ ὀρέγεται, καὶ πολὺ μᾶλλον ὅσα σκληρὰ φύσει καὶ δυσαλλοίωτα. διαφθείρεται γὰρ ἐν αὐτῇ τὰ εὐαλλοίωτα, χαίρουσα δὲ τοῖς θερμοῖς ἐδέσμασί τε καὶ πόμασιν, ὑπὸ τῶν ψυχρῶν οὐδὲν βλάπτεται, καίτοι γε τῷ ἔμπροσθεν ἢ ὑγρὰ φύσει γαστὴρ, ὀρεγομένη μὲν ἀγαθὴ, πέπτει γ' οὐκ ἀγαθὴ, διαλύσει ὅσα δυσαλλοίωτα καὶ ψυχρὰ τῶν ἐδεσμάτων ἐστίν. ὀξύνεται γοῦν ἐπίμοχθος ἐν αὐτῇ, διὰ τοῦτο καὶ ὀξυρεγμιώδης ἐστὶν ἡ τοιαύτη γαστὴρ, καὶ χαίρει μὲν τοῖς ψυχροῖς, βλάπτεται δ' ῥᾳδίως ἀμέσως δὲ τοῖς θερμοῖς ὑπὸ τῶν ὑγρῶν.

CAPVT XVII.

Signa diagnoſtica temperamenti ſimplicis & compoſiti ventriculi.

VEntris ſigna natura quidē ſiccioris, ſi ſtatim ſiticuloſi fiant, paucúſque potus his ſufficiat, & largior lædat, fluctuationéque excitet, aut per ſumma, quod redundat, innatet, cibiſque gaudent ſiccioribus. Humidioris verò, ſi & ſiticuloſi nō fiāt, & ſine moleſtia largiorem potum ferant, cibiſque gaudeant humidioribus. At ſi calidior natura vēter ſit, melius coquit quā appetit; longéq; meliùs dura, naturâ ac coctu difficilia. Nam quæ facilè immutātur, corrumpit. Cibo verò ac poſtu calido gaudet, nec à frigidis noxā vllam accipit, ſi modicè his vtatur. Calidis enim cibis ac potionibus gaudet, neq; à frigidis noxam vllā accipit, ſi modicè ipſis vtatur. Frigidior autem natura vēter, probè quidem appetit, ſed malè concoquit, cibos præſertim immutatu difficiles, ac frigidos. In ipſo enim facilè aceſcunt: quocirca ructibus acidis eiuſmodi venter eſt opportunus. Atque frigidis quidem gaudet, ſed ab immoderato corū vſu facilè offenditur. Similiter autem

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 215 sur 413

autem & foris incidentium rerum frigidarum consortium diu ferre non potest, quemadmodum neque calidus calidorum. Ventris verò intemperies ex morbo contractæ, hoc ab ingenitis differunt, quòd non similia, quemadmodum natiuæ, appetant. Coniugatæ autem ventris intemperantiæ ex simplicium compositione noscuntur. Diligenter autem quæ diximus attendenda sunt, & ab his quæ dicemus, distinguenda, quando non solus venter sitim adfert & adimit; nec frigidi aut calidi potus appetentiam excitat, sed thoracis viscera, nempe cor, & pulmo. At qui ob horum calorem siticulosi sunt, plus spiritus attrahunt, & longè expirant, ardorémque in thorace sentiunt, non autem in hypochondriis; quemadmodum solent qui ob ventriculum sitiunt. Nec protinus potu sitis extinguitur. Frigidus quoque potus quàm vberior calidus, eorum sitim meliùs sedat, hos verò frigidi aëris inspiratio refrigerat; nihil eos iuuans quibus ventriculus sitim attulit. Ad eundem modum qui contrario modo se habent, frigida inspiratione manifestè læduntur.

A δὲ καὶ τῶν ἔξωθεν αὐτῇ προσπιπτόντων ψυχρῶν, οὐ φέρει τὴν πολυχρόνιον ὁμιλίαν, ὥσπερ οὐδ' ἡ θερμὴ τῶν θερμῶν. αἱ μέντοι διὰ νόσον ἐν τῇ γαστρὶ δυσκρασίαι, ταύτῃ διαφέρουσι τῶν ἐμφύτων, ᾗ τῶν ἐναντίων ἐπιθυμοῦσιν, οὐ τῶν ὁμοίων, ὥσπερ αἱ σύμφυτοι. αἱ δὲ κατὰ συζυγίαν ἐν τῇ γαστρὶ δυσκρασίαι, διὰ τῆς τῶν ἁπλῶν γνωρισθήσονται συνθέσεως. ἀκριβῶς δὲ χρὴ προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς εἰρημένοις, διακρίνοντας αὐτὰ τῶν ῥηθησομένων. οὐ μόνον γὰρ ἡ κοιλία διψώδεις τε καὶ ἀδίψους ἐργάζεται, καὶ ψυχροῦ, καὶ θερμοῦ πόματος ὀρεκτικοὺς, ἀλλὰ καὶ τὰ κατὰ τὸν θώρακα σπλάγχνα, καρδίαν καὶ πνεύμων. ἀλλ' οἵ γε διὰ τὴν τούτων θερμότητα διψῶντες, εἰσπνέουσί τε πλέον, ἐκφυσῶσί τε μακρὸν, αἰσθάνονταί τε κατὰ τὸν θώρακα τοῦ καύματος, οὐχ ὥσπερ οἱ διὰ τὴν γαστέρα κατὰ τὰ ὑποχόνδρια. καὶ μὴν δὴ πίνοντες, οὐκ εὐθέως ἡσυχάζουσι, καὶ τὸ ψυχρὸν πόμα ἵστησιν αὐτῶν μᾶλλον τὴν δίψαν, ἤπερ τὸ πολὺ θερμόν. ἀναψύχει δὲ αὐτοὺς καὶ ὁ ψυχρὸς ἀὴρ εἰσπνεόμενος, οὐδὲν ἐπικουφίζων τοὺς ἐκ γαστρὸς διψώδεις. οὕτως δὲ καὶ οἱ ἐναντίως ἔχοντες, ὑπὸ τῆς ψυχρᾶς εἰσπνοιῆς αἰσθητῶς ἀνιῶνται.

CAPVT XVIII.

Signa diagnostica temperamenti intemperati pulmonis; ac de voce magna, & parua; leni, & aspera; acuta & graui.

ATque hoc est maximum frigidi pulmonis argumentum. Quemadmodum autem frigida inspiratio hos manifestè lædit, frigorisque sensum inuehit, ita calida est ipsis amica. Sed & pituitosa excrementa cum excreatu & tussi reiiciunt. Pulmonis autem siccitas excrementis, & pituita vacat; & vocem canoram reddit; quemadmodum humor fuscam & raucam. Maiorem verò acutiorémque edere volentibus interueniunt excrementa. Sed nec ipsa vocis magnitudo à calore fit; quemadmodum nec exiguitas à frigore; verùm illam asperæ arteriæ amplitudo, perflationísque vehementia; hanc verò contrariæ causæ efficiunt. Itaque neque perpetuò neque primariò, sed ex accidente solis ingenitis, non autem aduentitiis temperamentis vocis tum magnitudo, tum exiguitas succedit. Quoniam autem instrumenta alia aliam temperamenti naturam sequuntur, instrumentorum verò vox: ingenitam intemperiem concludere ex voce licebit. Etenim vox lenis, arteriæ lenitatem arguit, quemadmodum asperitatem aspera. Itaque læuitas arteriæ, temperamenti mediocritatem sequitur, asperitas verò siccitatem. Asperitas enim ab inæqualitate corporis duri fit. Cæterùm simplicium eius partium siccitas duram efficit arteriam, æqualem verò humoris per has dispersi penuria. Eodem modo neque vox naturâ acuta sine faucium angustia, neque grauis sine amplitudine fieri potest. Angustia quidem insitæ frigiditatis est soboles, amplitudo verò caloris. Naturalibus autem vocum differentiis proportione respondent hæ quæ ab aliquo fiunt affectu; eædem & causarum à quibus fiunt, notæ existunt, de quibus abundè in libris de voce disputatum est. Reliquæ verò animantis partes internæ, obscuras sui temperamenti notas habent. Elaborandum tamen est, vt ex his quæ iuuare & lædere solent, & ex naturalium facultatum fun-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

C Τὰ γνωρίσματα τῆς κράσεως δυσκράτου τοῦ πνεύμονος· καὶ περὶ φωνῆς μεγάλης καὶ σμικρᾶς, λείας καὶ τραχείας, ὀξείας καὶ βαρείας.

ΚΑὶ μέγιστόν ἐστι τοῦτο γνώρισμα τῆς ἐν πνεύμονι ψυχρότητος. ὥσπερ δὲ εἰσπνέοντες ψυχρὸν, αἰσθάνονται σαφῶς ἀνίας τε καὶ ψύξεως, οὕτως τὸ θερμὸν αὐτῆς ἐστι φίλιον. ἀλλὰ καὶ φλεγματικὰ περιττώματα χρεμπτόμενοι ἅμα, καὶ μετὰ βηχὸς ἀναπτύουσιν. αἱ ξηρότητες δὲ τοῦ πνεύμονος ἀπέριττοί τε εἰσι, καὶ καθαραὶ τῷ φλέγματι, καὶ λαμπραὶ ἔχουσι τὴν φωνήν· καθάπερ αἱ ὑγρότητες, τὸ ἐναντίον ἀλαμπῆ μὲν ἐργάζονται, καὶ βραγχώδη τὴν φωνήν. ἐντρέχει δ' αὐτοῖς περιττώματα, μεῖζόν τε καὶ ὀξύτερον φθέγξασθαι προελομένοις. οὐ μὴν αὐτό γε τὸ τῆς φωνῆς μέγεθος ὑπὸ τῆς θερμότητος αὐτῆς, ὥσπερ οὐδ' ἡ σμικρότης ὑπὸ τῆς ψυχρότητος γίγνεται. ἀλλὰ τὸ μὲν εὐρύτητι τῆς τραχείας ἀρτηρίας, ἐκφυσήσει τε σφοδροτέρᾳ· σμικρότης δὲ τοῖς ἐναντίοις ἀκολουθεῖ. ὥστε οὔτε διὰ παντὸς, οὔτε πρώτως, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός τε, καὶ μόναις τῶν συμφύτοις κράσεσι, οὐ τῶν ἐπικτήτοις ἕπεται τὸ τῆς φωνῆς μέγεθός τε καὶ ἡ σμικρότης. ὅτι μὲν γὰρ τοιάδε τὰ ὄργανα διὰ τὴν κρᾶσιν ἐγένετο, τοῖς τοιούτοις δὲ ἕπεται τοιάδε φωνὴ ἐκ φωνῆς, διὰ τοῦτο ἔνεστι περὶ τῆς συμφύτου κράσεως συλλογίζεσθαι. καὶ γὰρ ἡ λεία φωνὴ, λειότητι τῆς ἀρτηρίας ἕπεται, καθάπερ ἡ τραχεῖα τραχύτητι. λειότης μὲν δὴν ἀρτηρίας συμμετρίᾳ κράσεως ἕπεται, τραχύτης δὲ ξηρότητι. τραχύτης μὲν γὰρ ἐπὶ ἀνωμαλίᾳ, κατὰ ξηρὸν σῶμα. τὴν δὲ ἀρτηρίαν ἐργάζεται σκληρὰν μὲν, ἡ τῶν ὁμοιομερῶν αὐτῆς μορίων ξηρότης, ἀνώμαλον δὲ ἡ τῆς πρεσπερμένης τούτοις ὑγρότητος ἔνδεια. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, οὔτε ἡ ὀξεῖα φύσει φωνὴ χωρὶς στενότητος φαρύγγος, οὔθ' ἡ βαρεῖα χωρὶς εὐρύτητος δύναται γενέσθαι. στενότης μὲν δὴν, ἐμφύτου ψυχρότητος ἔκγονός ἐστιν, εὐρύτης δὲ θερμότητος. ἀνάλογον δὲ τῶν φυσικαῖς διαφοραῖς τῶν φωνῶν, αἱ κατὰ πάθος ἐπιτελοῦνται, γνωρίσματα καὶ αὗται γινόμεναι τῶν ἐργαζομένων αἰτίων, ὑπὲρ ὧν αὐτάρκως ἐν τοῖς περὶ φωνῆς διώρισται. τὰ δ' ἄλλα μόρια τοῦ ζώου τὰ ἐντὸς, ἀμυδρὰ τῆς κράσεως ἔχει τὰ γνωρίσματα. πειρατέον δὲ ὅμως αὐτὰ, διά τε τῶν ὠφελούντων καὶ βλαπτόντων διαγινώσκειν, ἔτι τε κατὰ τὰς τῶν φυσικῶν

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 216 sur 413

δυνάμεων ἐνεργείας. Εἴρηται δὲ ἐν τῷ τρίτῳ περὶ τῶν ἐν τοῖς συμπτώμασιν αἰτίων, ὡς ἥτις ἑκάστης δυνάμεως ἄριστή τε καὶ κακία, ἢ παρημμένη κρᾶσις ἐστίν. τὰ μὲν οὖν τῶν κράσεων γνωρίσματα, καὶ ἤδη λέλεκται.

actionibus, eas cognoscamus. In tertio autem libro de symptomatum causis diximus, facultatis cuiusque virtutem ac vitium temperiem præire. Hactenus igitur de temperamentorum notis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Τὰ γνωρίσματα τῆς κράσεως τῶν σωμάτων ἐκ τῶν σκευασιῶν.

CAPVT XIX.

Signa diagnostica temperamenti corporum, ratione compositionis.

ΤΑ δὲ περὶ τὸ μέγεθος ἢ ποσὸν τῶν μορίων, ἢ τὴν θέσιν, ἢ τῶν θύρετρα ἐσφαλμένα, ὅσα μὲν αἰσθητὰ τοῖς αἰσθήσεσιν, γνωρισθῆναι ῥᾴδιον. τῶν δ' οὐκ αἰσθητῶν τὰ μὲν δύσγνωστα, τὰ δ' ἄγνωστά ἐστιν. τὸ μὲν οὖν τῆς κεφαλῆς μέγεθός τε καὶ σχῆμα, καὶ σκευὴ αὐτῆς τὸ τῶν ἐγκεφάλου, προδήλων τέ ἐστι, καὶ πρόσθεν εἴρηται. κατὰ τοῦτο δὲ καὶ τὸ τῶν ὤμων, οὕτως δὲ καὶ ὅσα κατ' ὠμοπλάτας, ἢ ὦμους, ἢ βραχίονας, ἢ πῆχυς, ἢ ἄκρας χεῖρας, ἢ ἰσχίον, ἢ μηρὸν, ἢ κνήμην, ἢ πόδας, οὐ χαλεπὸν διαγινώσκειν. αὖ τε κατὰ τὴν διάπλασιν ἐσφαλμένον ἢ ὑγιὲς τῶν τοιούτων, αὖ τε κατὰ τὸ μέγεθος, αὖ τε κατὰ τὸν ἀριθμὸν, ἢ τὴν σκευὴν τῶν συνεστηκότων αὐτά. προδήλοι δ' καὶ αἱ τῆς ἐνεργείας ἑφ' ἑκάστου βλάβαι. τὰ δ' ἐντὸς τοῦ σώματος, οὐ πάντα διαγνωσθῆναι δυνατόν. κατέφθαι μὲν γὰρ ἔνιος οὕτω σμικραί τε, καὶ προγύλιοι, ὑφ' ὧν περιπεπτωκὸς ὑπογόνδριον ἐθαυμάσαμεν, ὡς εὐαρίθμως φαίνεσθαι κατὰ διάγνωσιν ἰδίαν, ὁρῶσί τε καὶ ἁπτομένοις. οὕτω δὲ καὶ κύστιν ἔνιος ἐθαυμάσαμεν, ἐγκεκυφυῖαν τε καὶ σμικράν, ὡς ἐπί ποτε χρονίσαντος περὶ τὴν ἔκκρισιν τοῦ οὔρου, ὄγκος ἐφαίνετο περιγεγραμμένος εὐαρίθμως. οὐ μὴν τῶν ἄλλων ἢ τῶν ἐντὸς, εὐαρίθμου διαγνώσεως πρόκειταί μοι ποτε. πειρᾶσθαι μὴν ποιεῖ διαγινώσκειν ὡς οἷόν τ' ἐστὶν, ἀρετήν τε ἰατρικὴν καὶ κακίαν αὐτῶν, εἰ δὲ μὴ καὶ ὑποτιθέμενον βεβαίαν, ἀλλ' οὖν κατὰ τοσαυτόν γε τεκμήριον, οἷ εἰ οὕτως ἔτυχεν ὑπὸ πάντος. εἶδον γὰρ ἔνιους ἤδη καὶ πολλοὺς, γενεὰς μὲν φλεβὸς ἔχοντας, ἀχρόους δὲ ὅ συμπᾶν σῶμα, καὶ βραχὺ πλείω προσωνεγκάμενον ζωμῶν, καὶ μᾶλλον εἰ φυσώδη, καὶ παχέα, καὶ γλίσχρα. τοῖς μὲν ὥσπερ ἔνιος βαρέσι ἐγκείμενόν τι καὶ κρεμάμενόν, κατὰ δὲ δεξιὸν ὑπογόνδριον αἰσθανομένοις ἐν βάθει, τοῖς δὲ μὴ ῥᾳστώνης ὀδυνώδεις, ὑπὸ τούτων οὕτω εἰκὸς ἐστὶ καὶ μικρὸν εἶναι τὸν ἦπαρ, καὶ γενέσθαι τοῖς διεξόδοις. ἕτερον δὲ ἐθαυμάσαμεν φλεγματικὸν μὲν ὅλῳ τῷ ἕξιν, ἐμοιώθη δὲ ἑκάστης ἡμέρας χολῇ ὠχρᾷ. ἔγνων οὖν χρῆσθαι καὶ τὰ διαχωρήματα αὐτὸν θαύσασθαι, καὶ ὀλιγρὸν εἶχε χολῆς. ἐτεκμηράμην οὖν τούτῳ τὸ χολώδες ὑγρὸν ὀξυχετθόντα πόρρω, οὐ μικρὰν ἐώσῃ μοῖραν εἰς τὸν πυλωρὸν τῆς γαστρὸς ἀποπέμπειν, ὡς ἐπ' οἰκίων φαίνεται ζώων. ἐξ ὧν δῆλον, ὡς ἐν τοῖς ἀδήλοις τῇ αἰσθήσει, μεγάλα συντελεῖ πρὸς διάγνωσιν, ἥ τε τῶν ἐξ ἀνατομῆς φαινομένων γνῶσις, ἥ τε τῶν ἐνεργειῶν τε καὶ τῶν χρειῶν εὕρεσις. ὁτέῳ οὖν διαγνωστικὸς εἶναι βούλεται, τῶν ὡς εἴρηται νῦν ἐσφαλμένων σωμάτων, ἐν ταῖς ἀνατομαῖς αὐτὸν γυμνασέον ἐστὶ, καὶ ταῖς τῶν ἐνεργειῶν τε καὶ χρειῶν εὑρέσεσι. μέγα δὲ καὶ πρὸς πάντων ἰδίᾳ καθ' ἑτέρας πραγματείας, ὑπὲρ ὧν ὅτι τελευτῇ τῷ λόγῳ πάντος εἰρήσεται, χάριν τοῦ γινώσκειν τοὺς φιλομαθεῖς ἕκαστον ὧν ἂν ὀρεχθῶσι μαθεῖν, ἐν ποίᾳ μάλιστα πραγματείας ἀναλέγεσθαι χρή. ἄλλα περὶ μὲν πάντων ἄλλοις.

Magnitudinis verò, vel conformationis vel numeri, vel positurae vitia, quae quidem sensibus obiecta sunt; facilè cognosci possunt. Ex his verò quae sensum latent, alia quidem difficilè, alia verò nullo modo cognoscuntur. Siquidem capitis & cerebri magnitudo ac figura manifestè apparent, atque de his antè meminimus, quemadmodum & de thorace. Similiter autem nec difficile est opertas scapulas, humeros, brachia, cubitos, extremas manus, coxas, femora, tibias & pedes cognoscere, siue in conformatione, siue magnitudine, siue numero, siue partium quibus constant compositione vitium contractum sit. Horum enim cuiusque actiones offensae manifestae sunt. Eorum verò quae in corpore latent, non omnia dignosci possunt. Cuiusdam enim ventrem vidi adeò exiguum, rotundum & prominentem, iuxta hypochondrium collocatum, vt euidenter se sua circumscriptione tum videntibus tum tangentibus proderet. Similiter & cuiuspiam vesicam adeò eminentem exiguámque deprehendi, vt si tardiùs vrinam reddidisset, circumscriptus tumor manifestè appareret. Quanquam autem nulla aliarum internarum partium manifestum mihi vnquam de se praebuit indicium, danda tamen opera est quàm maximè fieri potest, vt earum virtutem & vitium si non certa firmáque scientia, saltem artificiosa coniectura cognoscamus; veluti exempli gratia iecoris. Nonnullos enim noui, & quidem multos, qui graciles venas habebant, corpúsque vniuersum decoloratum, quorum, cùm paulò plus cibi assumpsissent, praesertim flatulenti, crassi, & glutinosi, alij velut pondus quoddam innixum ac suspensum, in dextri hypochondrij profundo sentiebant: alij tensionis dolorem, hos igitur & iecur paruum & angustos meatus habere verisimile est. Alterum vidi toto habitu pituitosum, quotidie tamen pallidam bilem vomitione reiicientem. Itaque alui excrementa inspicienda esse duxi; in quibus bilis minimum erat. Meatum igitur qui bilem defert, non exiguam eius humoris portionem ad pylorum imam ventriculi partem, transmittere conieci. Quod in quibusdam animantibus cernere licet. Ex his liquet quòd ad eorum quae sensum latent, cognitionem, plurimum conferat tum apparentium ex corporum dissectione cognitio, tum, actionum vsuúmque inquisitio. Quisquis igitur noscendorum corporum quae à naturali statu (vt modò dicebatur) recedunt, peritiam habere cupit, is in corporum incisionibus, functionúmque ac vsuum inquisitionibus sese exerceat oportet. De his autem omnibus seorsum in aliis operibus scripsimus, de quibus in fine totius huius libri verba faciemus, vt quod discere libuerit, studiosi, ex quonam opere praecipuè decerpere oporteat, cognoscant. Sed de his hactenus.

Quæ

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 217 sur 413

A

CAPVT XX.

Signa diagnoſtica corporum inſalubrium, & partium laborantium, cerebri, cordis, hepatis, ventriculi, thoracis, & caterarum ab effectibus ſimplicibus, excrementis, actionibus læſis, & cauſis efficientibus deprompta.

QVæ verò in præſentia inſalubria ſunt, hoc eſt, quæ iam ægrotant corpora, dignoſcenda quoque ſunt: Senſibus quidem obuia, ex B magnitudinis, coloris, figuræ, numeri, & ſitus à naturali ſtatu mutatione, ac differentia, quæ à duritie & mollitie, frigore & calore ſumitur. Quæ verò ſenſum effugiunt, vt ſummatim dicam, actionum offenſionibus, vel excrementis, vel doloribus, vel tumoribus præter naturam; horum, inquam, vel quibuſdam, vel omnibus. Sigillatim autem morboſæ cerebri affectiones, ex dementiæ ſpeciebus, aut ſenſuum, vel phantaſiæ, vel functionum quæ voluntatis imperio obeuntur, læſionibus; aut palati, narium aut aurium excrementis, aut ipſius cerebri dolorum differentiis. Cordis verò ex eius tum difficultatis ſpirandi ſpeC ciebus, tum palpitatione; præterea ex pulſibus & eius, & arteriarum; ex animi quoque concitatione & demiſſione, ex febribus, perfrictionibus, colorum differentiis, & ipſius doloribus. Iecoris verò ex humorum defectu & exuperantia mutatione in ſtatum præter naturam, & ex decoloratione, præterea ex permutata cibi diſtributione, aut nutricatione, aut ſuperuacuorum excretione. Quinetiam ex eius grauitate ac tumoribus, & doloribus non ſolùm in ipſo genitis, verùm etiam aliarum partium conſenſu obortis, quales in aliqua difficultatis ſpirandi, & tuſſis ſpecie exiD ſtunt. Ad eundem modum ventris vitia, ex coctione, appetentia humidi & ſicci, & ſuperuacuorum excretione, deprehenduntur. Similiter ex ſingultu, ructu, nauſea, vomitu, & eorum quæ vomitione reiiciuntur, ſpeciebus, quinetiam thoracis vitia nuntiant ſpirandi difficultas, tuſſis, & eius partis dolor, eorúmque quæ exponuntur, differentia. Aſperæ quoque arteriæ morbos, difficilis ſpiratio, tuſſis, eius dolor, & quæ expuendo reiiciuntur, & vocis vitia oſtendunt. Eadem ratione aliarum omnium partium affeE ctus, ex tumore, dolore, functionum offenſione & excrementorum differentia dignoſcuntur. Tumores quidem præter naturam, ſunt inflammationes, ſcirrhi, & œdemata. Dolor verò, in quacunque corporis parte firmatus ſit, aut ſolutionis continuitatem, aut vehementem ſubitâmque immutationem oſtendit. Continuitas autem ſectione, eroſione, contuſione, & tenſione ſoluitur. Immutatur verò ſubſtantia à calore, frigore, ſiccitate, & humiditate. Trifariam autem functio læditur. Aut enim imbeciliter, aut depraua tè, aut omninò non editur. Quæ verò excernuntur, alia affectorum locorum particulæ ſunt, alia excrementa. At quæ in ipſis naturaliter continentur, de ſe vnumquodque præbet indicium. De omnibus his in opere de locis affectis fuſiùs diſputatum eſt; quod nemo ante nos, aut in artem redegit, aut abſoluit; quemadmodum nec aliud vllum, quod veteres quidem inceperint, ad finem perductum

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Τὰ γνωρίσματα σωμάτων τῶν νοσωδῶν τε, καὶ μερίων νοσούντων τῶν ἐγκεφάλου, καρδίας, ἥπατος, κοιλίας, θώρακος, καὶ ἄλλων ἀπὸ τῶν διαθέσεων ἀπλῶν τε καὶ συντεθειμένων, καὶ ἐνεργειῶν τῶν βλαβέντων, καὶ αἰτίων τῶν ποιητικῶν ἐξενεχθέντα.

ΟΣα δὲ ἐν τῷ νῦν ἐστι νοσώδη σώματα, τουτέστιν ὅσα νοσεῖ, διαγινώσκειν χρὴ καὶ ταῦτα, τοῖς μὲν αἰσθήσεσιν ὑποπίπτοντα τῇ μεταβολῇ τῆς κατὰ φύσιν αὐτοῖς ὑπαρχόντων, ἐν μεγέθει, καὶ χρόᾳ, καὶ σχήματι, καὶ ἀριθμῷ, ἐκ τόπου, καὶ τῇ κατὰ σκληρότητα, καὶ μαλακότητα, ἐκ θερμότητα, ἐκ ψυχρότητα διαφορᾷ. μὴ φαινόμενα δὲ, καθόλου μὲν φαίνεται τοῖς βλαβεῖσι τὴν ἐνεργείαν, ἢ τοῖς σκληρινομένοις, ἢ ταῖς ὀδύναις, ἢ τοῖς ὄγκοις τοῖς παρὰ φύσιν, ἢ ὅλοις τούτων, ἢ πᾶσι. κατὰ μέρος δὲ, τὰ μὲν κατὰ τὸν ἐγκέφαλον νοσώδης διαθέσεις, ἢ τοῖς τῆς παραφροσύνης εἴδεσιν, ἢ ταῖς τῶν αἰσθήσεων, ἢ φαντασιῶν βλάβαις, ἢ τῇ τῶν προαιρετῶν, ἢ τοῖς σκληρινομένοις δὲ κωφώσεσι, τηλίκων καὶ ῥινὸς, καὶ ὠτων, ἢ ταῖς τῶν κατ' αὐτὸν ὀδυνῶν διαφοραῖς. ὧν C ταῖς δὲ κατὰ τὴν καρδίαν, ἔκ τε τῶν τῆς δυσπνοίας εἰδῶν, καὶ παλμῶν τῶν κατ' αὐτὴν, ἔτι τε τῶν κατ' αὐτὴν σφυγμῶν, καὶ ταῖς ἀρτηρίαις, ὀξυθυμίας τε καὶ ἀθυμίας, καὶ πυρετῶν, ἐκ τῶν καταψύξεων, καὶ τῶν ἐκ τοῦ χρώματος διαφορῶν, ἀλλοιωμάτων τε τῶν κατ' αὐτὴν. ταῖς δὲ καθ' ἧπαρ, ἔκ τε τῆς τῶν χυμῶν ἐνδείας τε καὶ πλεονεξίας, ἐκ δυσπεψίας τε καὶ ταῖς διὰ τὴν φύσιν, ἐκ ψυχρότητος, καὶ παρὰ τοῖς κατὰ τὴν ἀπόδοσιν ἢ θρέψιν, ἢ τὴν τῶν περιττωμάτων ἔκκρισιν ἐκ παλλαττομένοις, ἀλλὰ καὶ ταῖς βαρέσι ταῖς κατ' αὐτὸ, καὶ ὄγκοις, καὶ ἀλγήμασιν, οὐ τοῖς ἐγγὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν συμπα- D θῶν ὅσα γίνεται, καθ' ἕνα δυσπνοίας ἰδέαν καὶ βῆχας. οὕτως δὲ ἐκ τοῦ κατὰ τὴν γαστέρα, τοῖς περὶ τὸν πέπτην τε, καὶ τὴν ὄρεξιν τῆς ὑγρᾶς ἢ ξηρᾶς προσφορᾶς, ἢ περὶ τὴν τῶν περιττωμάτων ἔκκρισιν ἀμφιτομουμένοις, ὡσαύτως δὲ καὶ ταῖς λυγξὶν, ἐρυγαῖς, ναυτίαις, ἐμέτοις, αὐταῖς τῶν ἐμουμένων ταῖς ἰδέαις. καὶ μὴν γε καὶ ὅσα κατὰ θώρακα, δυσπνοίαις, βήξὶν, ὀδυναις ταῖς κατ' αὐτὸν, τῇ τῶν αἰσθητομένων διαφορᾷ. ἐκ τοῦ κατὰ τὴν παχείαν ἀρτηρίαν νοσήματα, δύσπνοιά τε ἐκ βὴξ, ἢ τε κατὰ τὸν τόπον ὀδυνη, καὶ τὰ αἰσθητόμενα, καὶ αἱ τῆς φωνῆς βλάβαι γνωρίζουσιν. ἀνάλογον δὲ κατὰ τῶν ἄλ- E λων μερίων ἀπαθῶν, ἔκ ὄγκου, ἐκ ὀδυνης, ἐκ βλάβης ἐνεργῶν, ἔτι τε τῆς τῶν σκληρινομένων διαφορᾶς αἱ διαγνώσεις ἔσονται. ὄγκοις μὲν δὴ τοῖς παρὰ φύσιν, οἷς φλεγμοναῖς, καὶ ἐρυσιπέλασι, ἐκ σκίρροις, καὶ οἰδήμασιν ἐξεταστέον. ἄλγημα δὲ καθ' ὃν αὖ ἐρεῖδη τόπον, ἤτοι στενοχείας λύσιν, ἢ ἀλλοίωσιν ἀδρὰν ἐνδείκνυται. λύεται μὲν οὖν ἡ στενοχωρία τομῇ, καὶ διαβρώσει, ἐκ θλάσει, καὶ ταύσει. ἀλλοιοῦται δὲ ἡ οὐσία θερμότητι, ἐκ ψυχρότητι, ἐκ ξηρότητι, καὶ ὑγρότητι. βλάπτεται δὲ ἡ ἐνέργεια τειχῶν, ἢ ἀῤῥωστίᾳ, ἢ πληκμελείᾳ, ἢ μηδ' ὅλως γιγνομένη. ὅσα δ' ἐκκρίνεται, τὰ μὲν ὡς μόρια τῶν πε- F πονθότων, τὰ δὲ ὡς περιττώματα, τὰ δὲ ὡς ἐν αὐτοῖς περιεχόμενα, κατὰ φύσιν ἕκαστον ἑαυτῷ ἰδίαν ποιήσεται. λελεκται δὲ περὶ τῶν τοιούτων ἀπαθῶν ὅτι πλέον, ἐν τῇ τῶν πεπονθότων τόπων προαιρέσει. μηδενὸς αὐτῷ ἐπὶ μέθοδον τῶν ἔμπροσθεν ἀγαγόντος, ἢ τὸ τέλειον ἀποδόντος, ὥσπερ οὐδ' ἄλλην εὐδαιμίαν ὧν ἐπήρξαντο μὲν οἱ παλαιοὶ, οὐ

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 218 sur 413

σωετέλεσθω δέ. τῶν μὲν δὴ νοσωδῶν σωμάτων, ἐξ ἐκείνης τῆς πραγματείας μανθάνειν χρὴ τὰ γνωρίσματα, τῶν νοσησόντων δὲ, καὶ τῶν ὑγιαινόντων μόνων, ἐκ τῆσδε τῆς μεθόδου. A est. Ægrotantium igitur corporum, ex illo opere; ex hac verò methodo, eorum qui in morbum labuntur, & qui sanitati restituendi sunt, notæ petendæ sunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Περὶ σημείων οὐδετέρων διαγνωστικῶν τε, καὶ προγνωστικῶν τῆς ἐσομένης νόσου.

CAPVT XXI.

De signis neutris diagnosticis ac prognosticis futuri morbi.

ΤΑ μὲν οὖν τῶν νοσησόντων, ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ ἰδέαν ἔχει, τῶν τε τοῖς ὑγιαίνουσι, καὶ τοῖς νοσοῦσι συμβαινόντων. καὶ φύσιν μὲν οὐδὲν ἅπαντα τοῖς ὑγιαίνουσιν ὑπάρχει, οὐδὲ φύσιν δὲ, τοῖς νοσοῦσιν καθόσον νοσοῦσιν. ἐν μεθορίῳ δὲ τούτων ἐστὶ τὰ δηλωτικὰ σημεῖα τῶν νοσησόντων. ἔνια μὲν ἐν τοῖς ἥμισυ ὑπάρχοντα τῆς καὶ φύσιν, ἀλλὰ ποσότησιν, ἢ ποιότησιν, ἢ χυμοῦς ὑπαλλαγμένα. ἔνια δὲ ἐν τοῖς οὐδὲ φύσιν μὲν, ἀλλὰ μικρότερα τῆς ἐν τοῖς νόσοις. καὶ διὰ τοῦτο, καὶ αἱ διαθέσεις μὲν αὗται τῶν σωμάτων, ὅσα νοσησόντων ὑπάρχει, τῶν οὐδετέρων εἰσὶ, καὶ τὰ δηλωτικὰ αὐτῶν σημεῖα. προῤῥήσεις μὲν γὰρ ταῦτα ὑγείας δηλοῖ, οὐδετέρως δὲ τὰς νόσους. καὶ γίνεται τὰ αὐτὰ σημεῖα καὶ τῶν προγνώσεων, οὐδετερά τε καὶ νοσώδη. τὰ μὲν τῶν ἤδη διαθέσεων δηλωτικὰ, οὐδέτερα, τὰ δὲ τῶν ἐσομένων προδηλωτικὰ, νοσώδη. καὶ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ ὅσα τοῖς νοσοῦσιν ὑπιφαίνεται σημεῖα σωτήρια, λεκτέον μὲν ὑγιῆ, διότι τῶν ἐσομένων ὑγείαν προδηλοῖ. λεκτέον δὲ καὶ νοσερὰ, καθόσον τῶν ὑπαρχουσῶν νόσων ἐνδείκνυται. ἐκ δήλων ὡς ἔστι τῶν ἀμφοῖν ὄντα δηλωτικὰ, λεκτέον αὖ οὐδέτερα καθ' ἕν τι τῶν σημαινομένων τῆς οὐδετέρας φωνῆς. οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, τὰ αὐτὰ σημεῖα τοὺς τρεῖς ἔχειν λόγους ἐν διαφερούσαις ἕξεσιν, ὑγιῆ τε καὶ νοσερὰ, καὶ οὐδέτερα λεγόμενα. καθ' ἕτερον δὲ σημαινόμενον, ὅσα τοῖς ἀναχωμένοις ἐκ νόσων ὑπάρχει σημεῖα λέγομεν οὐδέτερα, καθ' ὃ οἴομαι, καὶ τὰ τῶν γήρα. ταῦτα μὲν οὖν ἅπαντα πλείοσιν ὑποπέπωκεν ἐννοίαις τε καὶ λόγοις. ὅσα δὲ τοῖς ἀμέμπτως ὑγιαίνουσιν ὑπάρχει, μόνην τὴν τῶν ὑγιῶν ἐννοίαν, καὶ ὅσα τοῖς νοσοῦσι μὴ προδηλοῦντα τὴν ὑγείαν, μόνην καὶ ταύτην τὴν τῶν νοσωδῶν ὑποπέπωκεν ἐννοίαν. περὶ μὲν δὴ τούτων ἐξῆς εἰρήσεται. τὰ δὲ τῆς μελλούσης νόσου προγνωστικὰ, διέλθωμεν πρότερον. διττῆς δὲ οὔσης τῆς αὐτῶν διαφορᾶς, προσλαμβάνωμεν πρότερον, τὰ ποσότησιν, ἢ ποιότησιν, ἢ χυμοῦς, οὐκ αὐτῆς ταῖς οἰκείαις ἰδέαις ἐξηλλαγμένα τῆς καὶ φύσιν, οἷ ὄρεξιν σπάνιον ὑπιτεταμένην, ἢ οὐκ ἐλευθερωμένην, ἢ μὴ καὶ τὸ σπανίζον χυμοῦ, ἢ οὐ σπανίζων ἐδεσμάτων, ἢ ἀπόκρισιν τῶν περιττωμάτων τῆς ἕξεως ἐλαττόνων, ἢ πλειόνων, ἢ ὑγροτέρων, ἢ σκληροτέρων. οὕτως δὲ καὶ τῶν ὑγρῶν περιττωμάτων ἔνδεια, καὶ πλεονεξία τοῦ καὶ φύσιν, ἢ χροιᾶς, ἢ συστάσεως ἀλλαλοίωσις, ἢ χυμοῦ κενώσεως, ἀγρυπνία τε καὶ πλείων ὕπνος, ἢ οὐκ ἐν καιρῷ τοῦ σιτίου. καὶ ταῦτα δὲ καὶ ἡ περὶ πόμα πλῆθος, ἢ ἔλαττον, ἢ θερμὸν, ἢ ψυχρὸν ὑπιτυμία τοῦ σιτίου. ὥσπερ γε καὶ ἡ περὶ τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν, ἀμέτρως ἢ ἀκαίρως ὑπιτυμία, ἰσχνοῦντες πλείοις τοῦ δέοντος, ἢ ἐλάττοις, ὄγκος εἰς τὰς κινήσεις, ἢ πειρωμένων κινεῖσθαι βαρύτης, ἢ ἕλκωσις ἰχωρώδης, καθαιμώδων χρῶμα, ἢ πλείων, ἢ ἐλάττων κένωσις. οὕτω δὲ καὶ ἡ διὰ αἱμορροίδων. ἄλλα καὶ ἡ κατ' αὐτὸ τοῦτο ἐδωδὴ, ἢ πόσις, οὐχ ὁμοία τῇ προτέρᾳ, ἀλλ' ἡδονὴ, γνώρισμα ὑγιὲς μέλλοντος νοσήματος. οὕτως δὲ καὶ ἡ τῆς διανοίας ἀμβλύτης οὐ κατὰ φύσιν, ἢ ὑπολησμοσύνη ὡς ἀπ' ὄγκου,

ΤΑ quidem igitur eorum qui ægrotaturi sunt signa mediam inter salubria & insalubria speciem obtinent. Nam sanis omnia secundum naturam insunt; præter naturam verò ægrotis, quatenus ægrotant. In horum verò medio constituta sunt, quæ futuros morbos prænuntiant; quorum alia secundum naturam sunt, sed qualitatibus, quantitatibus vel temporibus permutata. Quædam verò præter naturam, sed quàm quæ in morbis sunt, obscuriora. Quocirca affectiones ipsæ corporum quæ in morbos lapsura esse submonstrant, atque indicantia ipsas signa, in neutrorum genere posita sunt. Primariò enim hæc sanitatem ostendunt, secundo verò loco morbos. Eadem cum diuersis comparata, tum neutra, tum morbosa existunt. Nam quatenus affectionem præsentem ostendunt, neutra; quatenus verò futuram prænuntiant, morbosa sunt. Eadem ratione & quæ per morbos salubria signa visuntur, quatenus futuram sanitatem prædicunt, salubria dicuntur; quatenus verò præsentem morbum monstrant, morbosa. Palam quoque est, quòd quæ vtrumque indicant, secundum aliquod vocis neutrius significatum dici neutra poterunt. Mirum autem videri non debet, eadem signa cum diuersis comparata, triplicem rationem habere, nimirum salubrium, morbosorum, & neutrorum. Iuxta aliud verò significatum, quæ ex morbo conualescentibus insunt signa, neutra dicimus, in quo significato signa quæ in senectute adsunt, accipienda esse arbitror. Hæc quidem omnia pluribus tum notionibus, tum rationibus subiecta sunt. Quæ igitur in absoluta sanitate atque inculpata sunt signa, sub solam salubrium notitiam veniunt. Et quæ in ægroti sunt, nec futuram sanitatem prænuntiant, soli quoque morbosorum notioni subiiciuntur. De his autem deinceps dicetur. Ac primùm de his quæ futuram prædicunt ægritudinem, quorum duplex sit differentia, priùs ea quæ quantitate, qualitate & tempore, non autem propria specie à naturali statu immutata sunt, tractemus; cuiusmodi est cibi appetentia vel maior vel minor, vel quæ suo tempore non accidit, vel insoliti cibi, aut eius excrementorum vel pluriũ vel pauciorum, vel liquidiorum vel duriorum excretio. Simili modo humidiorum recrementorum defectus ac exuperantia præter naturam, aut corũ coloris aut substantiæ, aut temporis excretioni à natura destinati mutatiõ. Vigiliæ quoque ac somni prolixiores, aut suo tẽpore non aduenientes. Similiter potus liberalioris aut parcioris, calidi aut frigidi insolita cupiditas; Quẽadmodũ veneris immodicus vsus, aut intẽpestiuũ desideriũ. Sudores plures aut pauciores quàm naturæ cõueniat, ad motũ tarditas, aut hunc moliẽtibus grauitas, aut vehemẽs exolutio aut mensiũ suppressio, aut profusio maior vel minor. Quemadmodũ sanguinis ex venis quæ hæmorrhoides dicũtur, fluxio. Sed & si tanta in cibo & potu, quanta priùs fuit, voluptas nõ sentiatur, futuri morbi est nota. Similiter autẽ & mentis hebetudo præter naturã, aut obliuio quædã insolita, aut

aut pluribus somni quàm antè visis pleni. Quinetiam auditus, gustus & visus hebetiores ac obscuriores. Atque vt semel dicam, quæcunque secundum naturam inerant, vel aucta, vel imminuta, vel tempore, vel quantitate, vel qualitate immutata. Atque adeò corporis moles maior & minor, rubicundior aut albior, similiter liuidior & nigrior, ructúsque & sternutamenta & flatus plures aut pauciores quàm ex consuetudine. Eodem modo narium, palati, vel aurium (quibus cerebrum expurgatur) recrementa, quantitate, qualitate aut tempore immutata. Hæc quidem ex eorum genere esse censentur, quæ secundum naturam sunt. Morsus autem ventris, vel stomachi, vel alicuius intestinorum, aut dolor qui vel ventre exonerando, vel vomendo, vel vrina reddenda, vel alius quispiam mediocris sentitur, ex eorum quæ præter naturam sunt genere esse censentur. Nondum tamen ita affecti ægrotare dicuntur, quemadmodum nec quibus caput aut grauatur aut dolet, quum nondum hæc solita impediant opera, atque hic est ægrotandi terminus in eiusmodi affectionibus. Quocirca eandem affectionem cum aliis comparatam, iam morbosam, & neutram etiam dicimus. Nam pro virtutis robore vel facilè ferentis, vel iam victæ harum quæque aut morbus est, aut neutra affectio. Eodem modo & quæ in sensibus fiunt, non quæ maioris, & minoris ratione inter se differunt, sed quæ ex genere præter naturam sunt, morbosa signa existunt, tantisper dum exigua sunt & nondum à solitis operibus hominem abducere possunt. Eiusmodi autem sunt, quum gustui vel salsum vel amarum vel aliquem alium saporem omnia quæ eduntur & bibuntur repræsentant; aut etiam si nihil assumatur, talis saliua apparet. In odoratu verò, quum sine rei odoræ præsentia qualitatem aliquam sentimus; aut quum plura diuersáque naribus obiecta, eundem omnia, ac si essent similia, odorem repræsentant, sæpe verò nihil omninò odoramur; aut quum fœtorem aliquem, etiam si nihil adsit quod grauiter oleat, sentimus. In auditu autem sonitus & strepitus præter naturam sunt. Similiter & quæ oculis nigra, obscura, cæsia, rufa, & flaua apparent. Atque horum alia rotunda esse, alia oblonga, quædam gracilia, quædam crassa: omnia autem volitare videntur. In tactu autem, quum inæqualitas quædam, vel densitas, vel grauitas, vel tensio, vel stupor, vel vlcerosa affectio in toto corporis habitu sentitur. Pari modo in vnaquaque corporis parte vel tensio vel contusio, vel morsus, vel grauitas, si nec magnæ, nec stabiles sint, neutrum esse affectum significant, morbum verò prænuntiant.

CAPVT XXII.

De signis prognosticis euentus morbi corporis ægrotantis.

QVæ verò iam ægrotantibus insunt notæ, aliæ sanitatem, aliæ mortem significant. Priores salubres sunt, posteriores verò generaliter quidem morbosæ, specialiter verò pernicioſæ dicuntur. Generaliter autem ex functionum virtute & vitio, particulatim verò ex singularum actionum virtute & vitio notæ sumuntur; quarum genera priùs declarata sunt, primùm

A ἢ φαντασιωδέστεροι τῶν ἔμπροσθεν ὕπνοι. καὶ μυδὴ δὴ καὶ ἀκοὴ, καὶ ὄσφρησις, καὶ ὄψις ἀμβλύτεραί τε καὶ ἀχλυωδέστεραι. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅσα κατὰ φύσιν ὑπῆρξε, τὰ μὲν αὐξανόμενα, τὰ δὲ μειούμενα, τὰ δὲ χρόνῳ ποσῷ, ἢ ποσότητι, ἢ ποιότητι ἐξαλλαττόμενα. καὶ γὰρ οὖν καὶ τοῦ σώματος ὄγκος, ἐλάττων τε καὶ μείζων γινόμενος, ἐρυθρότερός τε καὶ λευκότερος, ἢ οἷ πελιδνότερος, καὶ μελανίτερος, καὶ ἐρυγαί τε καὶ πταρμοὶ, καὶ φύσαι πλείους, ἢ ἐλάττους τῶν κατὰ φύσιν. οὕτω δὲ καὶ ὅσα ἀπὸ ῥινῶν, ἢ στόματος, ἢ ὤτων, οἷς ὁ ἐγκέφαλος ἐκκαθαίρεται ποσότητι, ἢ ποιότητι, ἢ χρόνῳ ὀξαλλαττόμενα. ταῦτα μὲν ἅπαντα τοῦ ἡγεμονικοῦ τῶν κατὰ φύσιν ἐστίν. δῆξις δὲ γαστρὸς, ἢ κατὰ στόμαχον, ἢ κατά τι τῶν ἑτέρων, ἢ ὁπῇ τοῖς ἀπεχωρημένοις, ἢ ἐμουμένοις, ἢ οὐρουμένοις, ἢ ὅπῃ ἕτερος πόνος, ἐκ τοῦ ἡγεμονικοῦ μὲν ἐστὶ τῶν κατὰ φύσιν, οὐπω δὲ νοσεῖν οἱ οὕτως ἔχοντες λέγονται, κατὰ λόγον οὐδὲ οἱ βαρυνόμενοι τὸν κεφαλὴν, ἢ ἀλγοῦντες κάτω γε μηδέπω ἀπὸ τούτων τοῖς τὰ σιτία καὶ τὰ σιτηρὰ τῶν ἔργων ἐμποδίζονται. καὶ ὁ γε τοῦ νοσεῖν ὅρος οὗτός ἐστιν ὁπὸταν τοῖς τοιούτοις ἀπαθέσι. καὶ ἀπὸ τούτου δὲ τοῦ τοῖς μὲν, τὸν αὐτὸν ἀπαθέσιν ἤδη τε νοσώδη καὶ θατέραν ἐφεξῆς. τοῖς γὰρ τὸν ῥωμύλον τῆς φερούσης C ῥᾳδίως, ἢ νικωμένης ἤδη δυνάμεως, ἤτοι νόσος ἐστὶν, ἢ θατέρα ἀπάθεια ἑκάστη τῶν εἰρημένων. οὕτω δὲ καὶ ὅσα κατὰ τὰς αἰσθήσεις, οὐκ ἐν τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἀλλήλων διενηνόχασιν, ἀλλ' ὅσα τοῦ ἡγεμονικοῦ πάθη φύσιν ἔχει. καὶ ταῦτ' ἔστι νοσώδη σημεῖα, μέχρι ἂν ᾖ σμικρὰ, καὶ μηδέπω τῶν εἰωθυιῶν τοῖς ἔξεων ἀπαλλάττηται ἐνεργά. τοιαῦτα δ' ἐστὶ κατὰ μὲν τὴν ὄψιν, ὅταν ἀλμυρᾶς, ἢ πικρᾶς, ἢ ἄλυος ἑτέρας ποιότητος ἔμφασις ᾖ τοῖς ἐσθιομένοις τε καὶ πινομένοις ἅπασιν, ἢ καὶ χωρὶς τοῦ προσφέρεσθαί τι δοκεῖν αὐτὸ φαίνηται τοιοῦτον. κατὰ δὲ τὴν ὄσφρησιν, ὅταν ἤτοι ἄλυος αἰσθανόμεθα μιᾶς D ποιότητος, σθένους ὀσφρητοῦ πρόντος, ἢ καὶ προσφέροντες πλείω τε ἅμα φέροντα, πάντων ἀπὸ, ὡς ὁμοίων αἰσθανόμεθα. πολλάκις δ' οὐδὲ ὅλως αἴσθησις ἡμῖν σθένους, ἢ δυσώδεις ἄλυος γίνεται, μηδενὸς πρόντος, δυσώδους. κατὰ δὲ τὴν ἀκοὴν, ἤχοι καὶ ψόφοι τοῦ ἡγεμονικοῦ εἰσίν. ὥσπερ γε καὶ κατὰ ὄψιν ὅσα προφαίνεσθαι δοκεῖ, μέλανά τε καὶ ὀρφνώδη, καὶ κυανᾶ, καὶ πυρρὰ, καὶ ξανθὰ, καὶ τὰ μὲν στρογγύλα, τὰ δὲ προμήκη. καὶ τὰ μὲν ἰσχνὰ, τὰ δὲ παχέα, πεπταμένα πάντα δοκοῦντα. κατὰ δὲ τὴν ἁπτικὴν αἴσθησιν, ὅταν αἰωρημία τις, ἢ πύκνωσις, ἢ βαρύτης, ἢ τάσις, ἢ ναρκώδης, ἢ ἑλκώδης ἀπάθεια ἐμφαίνηται καθ' ὅλου τοῦ ἔξιν. οὕτως δὲ καθ' ὁκτὼ μέρη, ἢ τάσις, ἢ θλῖψις, ἢ δῆξις, ἢ βαρύτης, ὅταν σμικραὶ ὦσι, καὶ μὴ μόνιμοι, τὸν μὲν ἀπάθειαν θατέραν εἶναι δηλοῦσι, προσαγγέλλουσι δὲ νόσον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Περὶ σημείων προγνωστικῶν τῆς ἀποβάσεως νόσου τοῦ σώματος νοσούντος.

ΟΣα δὲ ἐν τοῖς ἤδη νοσοῦσι γίνεται σημεῖα, τὰ μὲν ὑγίειαν δηλοῦντα, τὰ δὲ θάνατον. ὑγιεινὰ μὲν τὰ πρόσθεν, τὰ δὲ ἕτερα τοῦ ἡγεμονικοῦ μὲν νοσερὰ, κατ' εἶδος δὲ ὀλέθρια λέγεται. λαμβάνεται δὲ καθόλου μὲν εἰπεῖν, ἔκ τε τῶν ἐνεργειῶν ἀρετῆς τε καὶ κακίας, κατὰ μέρος δὲ ἐκ τῶν κατὰ μέρος ἐνεργειῶν, ὧν τὰ γένη πρόσθεν εἴρηται, πρῶτον

μὲν ὂ τῶν ἀρχῶν, δεύτερον δὲ ὂ τῶν ἀπ' ἐκείνων πεφυκότων, καὶ τρίτον τῶν ἰδίαν μὲν ἐχόντων διοίκησιν, ἀπὸ δὲ τῶν ἀρχῶν ἀποφύσεις τινὰς δεχομένων. ὂ γὰρ δὴ τέταρτον γένος τῶν τό τε ῥηθέντων, ἐξ ἑαυτοῦ μὲν ἄχρηστον εἰς τὰς προγνώσεις, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ, κἀκ τούτων ἔσται ποτὲ πρόγνωσις, ὥσπερ γε κἀκ τῶν περιττωμάτων διὰ παντός. ἐκ τούτων μὲν λόγῳ συμπαθείας, ἐκ δὲ τῶν περιττωμάτων, ὅτι πέψεως ἐκ ἀπεψίας ἐν αὐτοῖς ἐστι σημεῖα, ὥστε οὐκ ἐνδέχεται μὴ δηλοῦν αὐτὰ διὰ παντός, ἤτοι τὴν φύσιν ἐπικρατεῖν τῆς ὕλης, ἢ τὴν ὕλην τῆς φύσεως, ἢ οὐδέτερον οὐδετέρου. ὑγιεινὰ μὲν οὖν σημεῖα λεχθήσεται, κρατούσης τῆς φύσεως, νοσώδη δὲ, κρατουμένης. οὐδέτερα δὲ τὰ ἐν ταῖς ἰσοσθενέσι μάχαις. τὰ μὲν δὴ τῆς ἐναργοῦς πέψεως σημεῖα, τῶν ὑγιεινῶν ἐστι, καθάπερ καὶ τὰ τῆς ἀπεψίας νοσερὰ, τὰ δὲ οὔτε πέψιν, οὔτε ἀπεψίαν ἐναργῶς ἐνδεικνύμενα, τῆς τῶν οὐδετέρων ἐστὶ φύσεως. οὐδέτερα δὲ καὶ ὅσα νῦν μὲν τοῦτο, νῦν δὲ τοὐναντίον δηλοῖ, καθάπερ οἱ μελαινόμενοι δάκτυλοι. τοιαῦτα δ' ἐστὶ καὶ τὰ κριτικὰ συμπτώματα. λέλεκται δὲ ὑπὲρ ἁπάντων αὐτῶν ἐν τοῖς περὶ κρίσεως, ὥσπερ καὶ περὶ τῶν καθ' ἑκάστην ἐνέργειαν ἐν τοῖς περὶ συμπτωμάτων αἰτίοις. ἐκ τούτων οὖν χρὴ τὴν κατὰ μέρος ἅπασαν αὐτῶν ὕλην ἀναλέγεσθαι. ἐγὼ δὲ μήκους φειδόμενος, ἐνταυθοῖ μὲν ἤδη καταπαύσω τὴν περὶ τῶν σημείων λόγον, μεταβήσομαι δὲ ἐπὶ τὴν περὶ τῶν αἰτίων.

quidem principiorum, secundum autem eorum quæ ab illis ortum habent, & tertium eorum quæ sese gubernant, à principiis verò propagines quasdam accipiunt. Quartum autem genus eorum quæ tunc diximus, ex se quidem ad prædicendum est inutile: sed per accidens aliquando ex ipsis præsagimus, quemadmodum omninò & ex recrementis, ex illis quidem; consensus ratione. Ex recrementis verò, quòd ea coctionis & cruditatis in se notas continent. Quare fieri omninò non potest quin significent aut naturam materia, aut materiam natura, aut neutram altera superiorem esse. Salubria quidem signa dicuntur, si natura superet, morbosa verò, si superetur, neutra verò, si pares pugnæ sint. Manifestæ autem coctionis signa, inter salubria, quemadmodum inter morbosa cruditatis annumerantur. Quæ verò neque coctionem, neque cruditatem manifestam ostendunt, ex neutrorum natura sunt. Sed & neutra sunt, quæ nunc hoc, nunc contrarium significant, quales sunt denigrati digiti. Eiusmodi autem sunt critica accidentia. De quibus omnibus in libris de Crisibus, quemadmodum & de singulis actionibus in libris de symptomatum causis dictum est; ex quibus omnem earum materiam particulatim sumere oportet. Ne autem prolixior sim, orationi de signis finem faciam; ad causas verò me conferam.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Περὶ τῶν αἰτιῶν ὑγιεινῶν τε καὶ περὶ τῆς τοῦ σώματος ἀλλοιώσεως.

Ἐπεὶ δὲ καὶ τούτων ἐστὶ τὰ μὲν ὑγιεινὰ, τὰ δὲ νοσερὰ, τὰ δὲ οὐδέτερα, πρῶτον περὶ τῶν ὑγιεινῶν ὁ λόγος ἔσται. ἐπεὶ δὲ καὶ τούτων αὐτῶν, τὰ μὲν ἦν φυλακτικὰ, τὰ δὲ ποιητικὰ τῆς ὑγείας, ἔστι δὲ καὶ χρόνῳ, καὶ ἀξιώματι πρότερα τὰ φυλακτικὰ τῶν ποιητικῶν, ἀπὸ τῶν φυλακτικῶν νῦν ἀρκτέον. ὄντος τοίνυν οὐχ ἑνὸς τοῦ ὑγιεινοῦ σώματος, ἀλλὰ πλειόνων, ὡς ἔμπροσθεν διώρισται, καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἴδιον ἔσται τὸ φυλακτικὸν, ὅτι καὶ πᾶν αἴτιον ἐν τῷ πρός τι. πάλιν οὖν κἀνταῦθα τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς ἀρίστης κατασκευῆς τοῦ σώματος ποιητέον, ἐπισκεπτομένοις τὰ πρὸς ταύτην ὑγιεινά. τὴν δὲ εὕρεσιν αὐτῶν ἡ τοῦ πράγματος αὐτοῦ φύσις ὑπαγορεύει. εἰ μὲν γὰρ ἦν ἀπαθὲς καὶ ἀναλλοίωτον τὸ σῶμα, διὰ παντὸς ἂν ἔμενεν ἡ ἀρίστη κατασκευὴ, καὶ οὐδὲν ἂν ἐδεῖτο τέχνης ἐπιστατούσης αὐτῷ. ἐπεὶ δὲ ἀλλοιοῦται, καὶ διαφθείρεται, καὶ τρέπεται, μὴ φυλάττον ἦν εἶχεν ἐξ ἀρχῆς κατάστασιν, ἐπικουρίας ἐν τοσούτῳ δεῖται. καθ' ὅσους οὖν τρόπους ἀλλοιοῦται, τοσαῦτα γένη καὶ τῶν ἐπικουριῶν ἕξει, τουτέστι τῶν φυλακτικῶν αἰτίων, ἃ πρόδηλον ἤδη κἀξ αὐτῶν τῶν εἰρημένων, ὡς ἐπανορθωτικὰ τῷ γένει τετύχηκεν ὄντα. τῷ δὲ κατὰ βραχὺ ποιεῖσθαι τὰς ἐπανορθώσεις, πρὶν ἀθρόως ἀπαντῆσαι τὸ βλάβος, οὐ προφυλακτικὰ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι κακοῦ πρὸς τῶν ἰατρῶν κέκληται, ἀλλὰ φυλακτικὰ τῆς παρούσης κατασκευῆς. ἀλλοιοῦται τοίνυν τὸ σῶμα, πρὸς μὲν τινων ἐξ ἀνάγκης, πρὸς δέ τινων οὐκ ἐξ ἀνάγκης. λέγω δὲ ἐξ ἀνάγκης μὲν οἷς ἀδύνατον αὐτῷ ἐστι μὴ πλησιάζειν, οὐκ ἐξ ἀνάγκης δὲ τὰ λοιπά. τὸ μὲν γὰρ τῷ περιέχοντι διὰ παντὸς ὁμιλεῖν, ἐσθίειν τε καὶ πίνειν, καὶ ἐγρηγορέναι, καὶ ὑπνοῦν ἀναγκαῖον αὐτῷ, ξίφεσι δὲ καὶ θηρίοις οὐκ ἀναγκαῖον. ὅθεν ἐν μὲν τῷ προτέρῳ γένει τῶν αἰτίων, ἡ περὶ τὸ σῶμα τέχνη

CAPVT XXIII.

De causis salubribus, ac de corporis alteratione.

QVoniam autem harum aliæ salubres, aliæ morbosæ, aliæ verò neutræ sunt: primùm de salubribus disseremus. Quoniam verò harum ipsarum quædam conseruant, quædam verò efficiunt sanitatem, sunt autem efficientibus conseruantes & tempore & dignitate priores; initium à conseruantibus sumemus. Quum igitur non vnum sit salubre corpus, sed plura, vt antè explicatum est, horum cuique causa qua conseruetur, peculiaris erit: quandoquidem ad aliquid omnis causa refertur. Rursus igitur hîc ab optima corporis constitutione initium sumemus, eius salubres causas considerantes; quarum inuentionem rei natura docet. Nam si non pateretur corpus nec mutaretur, optima perpetuò maneret constitutio; neque arte opus esset quæ illi præsideret. Sed quoniam alteratur, mutatur & corrumpitur, nec seruat quam ab initio habebat constitutionem, hac ratione præsidio eget. Quot igitur modis immutatur, tot auxiliorum, hoc est conseruatricum causarum genera habebit; quas ex his quæ iam dicta sunt, constat, ex genere esse corrigentium. Sed quoniam paulatim correctiones fiunt antequam magna accidat noxa; præsentis status conseruatrices, non autem futuro malo prospicientes medici appellant. Immutatur autem corpus à quibusdam ex necessitate, ab aliis non ex necessitate. Ex necessitate autem dico, quæ nulla ratione vitari possunt. Non ex necessitate verò reliqua. Necessariò quidem omninò in ambiente aëre versamur, edimus, bibimus, vigilamus, & dormimus. Ensibus verò & foris non necessariò obiicimur. Vnde in priore causarum genere ars versatur, quæ corpori tuendo dicata

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 221 sur 413

dicata est, non autem in posteriore. His igitur expositis, in singulis eorum quæ necessariò corpus immutant, proprium salubrium causarum genus inueniemus. Vnum quidem ex ambientis aëris contactu, alterum ex motu & quiete, tum corporis vniuersi, tum eius partium. Tertium ex somno & vigilia. Quartum ex his quæ assumuntur. Quintum ex his quæ excernuntur & retinentur. Sextum ex animi affectibus. Ab his enim omnibus corpus affici necesse est. Nam ab ambiente aëre aut calefit, aut refrigeratur, aut exiccatur aut humectatur, aut à coniugatis his afficitur, aut tota substantia immutatur. Ex motu autem & quiete vtroque immoderato aut calefit aut refrigeratur, aut humectatur aut resiccatur, aut ab iisdem copulatis efficitur. Eodem autem modo somnus & vigilia ipsum ex necessitate afficiunt, quemadmodum & animi motus; & quæ assumuntur, aut excernuntur, aut retinentur. Hæc enim omnia corpus immutant, sanitatémque corrumpunt; alia quidem protinus ac manifestè, alia verò alterius causæ interuentu. Atque de his ipsis particulatim in opere de sanitate tuenda seorsum scripsimus. Omnia igitur modò declarata genera materiæ quædam sunt salubrium causarum; quæ si commodè ministrentur, causæ sunt & conseruantes & salubres; morbosæ verò si incommodè. Quare ex his iam manifestum est præter has res non alias salubres, alias morbosas existimandas esse, sed easdem ad diuersas relatas, aliquando salubres, aliquando verò morbosas. Siquidem corpori motum desideranti, exercitatio salubris est, quies verò insalubris, si otio egeat, quies salutaris est, motus autem insalubris. Eadem autem cibi, potus, & reliquorum omnium est ratio. Quorum quodque si egenti corpori cum iusta tum quantitate, tum qualitate adhibitum sit, salubre est; insalubre verò, si aut omninò non indigeat, aut si non seruato modo ministretur. Atque hæc duo circa salubre & morbosum corpus consideranda sunt, nimirum rei quæ adhibetur, quantitas, & qualitas. Nulla enim ratione temporis occasione, vtpote quæ cum his comprehensa sit, tanquam aliquod tertium adiungenda est. Quum enim tali ac tanta re assumenda corpus eget, ea certè opportunè adhibetur. Atque hinc ortum habet occasio, quòd fluxum mutabiléque sit mortale corpus, quódque pro mutationis ratione aliis alio tempore remediis egeat. Quare non est genere tertium inter hæc quæ dicta sunt, occasio; verùm docendi gratia ipsa tanquam tertio ob eam quam diximus causam docendo plerumque vtimur.

A καταγίνεται, κατὰ δεύτερον οὐκέτι. ὁπόσα τοίνυν ἐστὶ τὰ ἐξ ἀνάγκης ἀλλοιοῦντα τὸ σῶμα, διελόμενοι, καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἰδίον τι γένος αἰτίων ὑγιεινῶν εὑρήσομεν. ἔστιν οὖν ἓν μὲν ἐκ τῆς τοῦ περιέχοντος ἀέρος ὁμιλίας, ἕτερον δὲ, ἐκ κινήσεως καὶ ἡσυχίας ὅλου τε τοῦ σώματος καὶ κατὰ τὰ μόρια. τρίτον ἐξ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως. τέταρτον, ἐκ τῶν προσφερομένων. πέμπτον, ἐκ τῶν ἐκκρινομένων, ἢ ἐπεχομένων. ἕκτον, ἐκ τῶν ψυχικῶν παθῶν. ὑπὸ τούτων γὰρ ἁπάντων ἀνάγκη τὸ σῶμα διατίθεσθαί πως. ὑπὸ μὲν τοῦ περιέχοντος, ἤτοι θερμαινόμενον, ἢ ψυχόμενον, ἢ ξηραινόμενον, ἢ ὑγραινόμενον, ἢ κατὰ συζυγίαν B τούτων τι πάσχον, ἢ καθ' ὅλην τὴν οὐσίαν ἀλλοιούμενον. ἐκ κινήσεως δὲ καὶ ἡσυχίας, ἀμέτρων ἀμφοῖν γινομένων, ἢ θερμαινόμενον, ἢ ξηραινόμενον, ἢ ψυχόμενον, ἢ ὑγραινόμενον, ἢ κατὰ συζυγίαν τι τούτων πάσχον. οὕτω δὲ καὶ ἐξ ὕπνου, καὶ ἐγρηγόρσεως ἀνάγκη πως πάσχειν αὐτό. κατὰ δὲ τὴν αὐτὸν λόγον ἐκ τῶν προσφερομένων, ἢ ἐκκρινομένων, ἢ ἐπεχομένων. ἅπαντα γὰρ ταῦτα, τὰ μὲν ἀντίκρυς, τὰ δὲ διὰ μέσων ἑτέρων αἰτίων ἀλλοιοῖ τὸ σῶμα, καὶ διαφθείρει τὴν ὑγείαν, καὶ γέγραπται περὶ τούτων αὐτῶν ἰδίᾳ καθ' ἕκαστον, ἐν τῇ τῶν ὑγιεινῶν πραγματείᾳ. τὰ μὲν οὖν ἅπαντα τὰ νῦν εἰρημένα γένη τῶν ὑγιεινῶν αἰτίων, ὕλαι τινὲς ὑπάρχουσι. C μετὰ δὲ τῆς δεούσης χρήσεως, αἴτια γένος φυλακτικά τε καὶ ὑγιεινά. διαμεταθμόμενα δὲ τῆς συμμετρίας, νοσώδη καθίσταται, ὥστε δῆλον ἤδη κἀκ τούτων, ὡς οὐχ ἑτέρας μὲν οὐσίας τῶν ἐκτὸς τούτων πραγμάτων ὑγιεινὰς ἡμῖν, ἑτέρας δὲ νοσερὰς ὑποληπτέον. ἀλλὰ τὰς αὐτὰς ἐν τῷ πρός τι, ποτὲ μὲν ὑγιεινὰς, ποτὲ δὲ νοσώδεις γινομένας. ἡνίκα μὲν γὰρ δεῖται κινήσεως τὸ σῶμα, τὸ μὲν γυμνάσιον ὑγιεινὸν, ἡ δὲ ἡσυχία νοσερόν. ἡνίκα δὲ ἀναπαύσεως, ὑγιεινὸν μὲν ἡ ἡσυχία, νοσερὸν δὲ τὸ γυμνάσιον, ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ σιτίων καὶ πομάτων, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. ἕκαστον γὰρ ἐπειδὰν δεο- D μένῳ τῷ σώματι προσάγηται μετὰ τῆς οἰκείας ποσότητος καὶ ποιότητος, ὑγιεινὸν γένος. τῷ δὲ ἤτοι μηδ' ὅλως δεομένῳ προσφερόμενον, ἢ οὐκ ἐν τῷ προσήκοντι μέτρῳ, νοσῶδες καθίσταται, καὶ δύο εἰσὶν οὗτοι σκοποὶ περί τε τὸ ὑγιεινὸν καὶ τὸ νοσερὸν, ἡ ποιότης τε καὶ ἡ ποσότης τοῦ προσφερομένου. τὸ γὰρ καὶ τὴν καιρὸν, ὡς ἕτερόν τι τούτων τρίτον ἐπεισάγειν ἐν τοῖς εἰρημένοις περιεχόμενον, οὐκ εὔλογον. εἰ γὰρ δεῖται τὸ σῶμα τοιοῦδε καὶ τοσοῦδε τοῦ προσφερομένου, δηλονότι καὶ κατὰ τὴν καιρὸν τὴν δέοντα προσφέρηται. καὶ ἡ γένεσις τῷ καιρῷ, ἐκ τοῦ ῥευστὸν καὶ εὐμετάβλητον εἶναι τὸ θνητὸν σῶμα, καὶ δεῖσθαι κατὰ E τὰς μεταβολὰς, ἄλλοτ' ἀλλοίων τῶν ὠφελούντων. ὥστε οὐκ ἔστιν ἐπὶ τῷ γένει τρίτον ἐν τοῖς εἰρημένοις ὁ καιρός. εἰς δὲ τὴν διδασκαλίαν αὐτῷ πολλάκις ὡς τρίτῳ χρώμεθα, διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν.

CAPVT XXIV.

De causis optimam constitutionem conseruantibus, ac de venereis.

QVoniam autem in his scopis tum aliæ salubres causæ, tum quod nunc propositum est genus continetur, de ipsis rursus disseramus. Optimæ igitur corporis constitutioni si circumductus aër temperatus sit, tum aliorum nuper commemoratorum, nempe quietis & motus, somni, & vigiliæ, tum assumendorum & excernendorum exquisita symmetria conueniet. Sin intemperatus sit, tantum symme-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Περὶ αἰτιῶν τῶν τῆς ἀρίστης κατασκευῆς φυλακτικῶν, καὶ περὶ τῶν ἀφροδίσεων.

F ΕΠεὶ δὲ ἐν τούτοις τοῖς σκοποῖς, τά τε ἄλλα τῶν αἰτίων τῶν ὑγιεινῶν, καὶ τὸ νῦν ἡμῖν προκείμενόν ἐστι γένος, αὖθις ἀναλάβωμεν αὐτά. τῇ τοίνυν ἀρίστῃ κατασκευῇ τοῦ σώματος, ἐπειδὰν εὔκρατον ᾖ τὸ περιέχον, ἁρμόσει συμμετρία τῶν τε ἄλλων ἀκριβῆς, ὧν ἀρτίως εἶπον, ἡσυχίας τε καὶ κινήσεως, καὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως, καὶ τῶν προσφερομένων τε, καὶ ἐκκρινομένων. ἐπειδὰν μὲν δὲ δύσκρατον ᾖ, εἰς τοσοῦτον καὶ τὰς συμμε-

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 222 sur 413

C fuerit, per affectam partem vacuandum non est. Nam si manifestè scarificationibus & sectionibus vacuemus, dolorem excitabimus, proindéque fluxionem maiorem aduocabimus. Quòd si calidis medicamentis digerere tentemus, plus in affectum locum ob calorem attrahemus, quàm per halitum dissipari possit. At si retorquere quod influxit velimus, corpus plenum non excipiet. Duabus igitur his de causis totum corpus vacuare oportet, deinde in contrarium omninò quod influit reuellere. Quo peracto, è parte priùs repellere, quàm per halitum digerere tentabimus.
D Nam eo facilior erit vacuatio, quo per maiores & patentiores vias fiet. Ex affecto autem loco adstringentibus & refrigerantibus medicamentis repellemus. Quin & inanitæ partes ad se quod repellitur attrahunt; vt in libro de facultatibus naturalibus demonstratum est. Idem venæ adstringentibus remediis confirmatæ retrudunt. Si igitur ad hunc modum totum introrsùm recurrat, prospere res cedet. Quod si quid relictum in particula sit, coniiciendum est id lentum aut crassum esse, proindéque ita impactum, vt non facilè elui possit. Quanquam fieri potest, si tale non
E existat, vt in spatia intermedia refusum sit, quod quum accidit, iam tempus suadet per affectam partem vacuandum esse medicamentis quæ repellendæ fluxionis facultatem habent, suprà impositis. Vacuabimus autem, si quid in spatiis intermediis retentum esse suspicio sit, scarificationibus simul & medicamentis digerendi vi præditis. Sed quum hæc omnia facultate calida sint, mordendi vi prædita si modum excesserint; vitanda sunt vehementer calida; præsertim si in superficie sit morbus; dolor enim non exiguus excitabitur si vnà cum affectu mordeatur, & dolor omnis fluxionem proritet. Quod igitur ex
F his modicè calfacit, dolorem non excitat; præsertim si cum eo coniuncta sit humiditas, idque digerere quod in superficie est, abundè potest; etiam si vehemens digerendi facultas eiusmodi medicamento non insit. At si in superficie pars affecta omninò non sit, sed in profundo, eaque vacuari desideret,

intenden

intendendus ac augendus est digerentis medicamenti calor. Periculum enim est ne antequam ad profundum perueniat, resoluatur, neque tamen partes in superficie sitæ contactæ molestiam aliquam sentiunt, vtpote quæ affectæ non sint. Quocirca nunc quoque ad calidiorum simul & acriorum medicamentorum vsum hæc duo contingunt, nempe vt partes quæ in superficie sunt; tolerent, & profundæ egeant. Hæc igitur ex affectæ partis positura indicatio sumitur. Deinceps verò consideramus an ad curationem aliquid desit. Deesse enim non pauca videntur. Ex affectis sedibus quæ superuacuam fluxionem recipiunt, aliæ raræ, fungosæ, ac molles natura sunt; aliæ verò densæ, compactæ ac duræ. Priores facilè vacuantur; posteriores verò acriora remedia efflagitant, quæque partium tenuitate prædita sint, eo quidem maiore, quò altius delitescunt. Hæc rursus altera sit indicatio, quæ ab affectæ partis substantia sumitur. Alia verò à conformatione simul & positura ducitur. Ponatur, exempli gratia iecur antè dicto affectu laborare, in extremis venarum angustiis impactos esse humores lentos aut crassos, aut multos; annon cibo & potu extenuante primùm quidem crassitiem ac lentorem promptum est extenuare? posteà verò quod infestat, non per cæcas & angustas vias solùm sed & latas euacuare? In iecore enim sunt venæ & patentiores & plurimæ, desinunt autem quæ in gibbis sunt, in cauam venam; quæ verò in simis, in portam. Quocirca iam promptissimum tibi est, humores in vtrislibet sint farcti, vacuare; ad ventrem quidem trahendo, si in simarum venis impacti sint, medicamentis attrahendi vi præditis, per cauam autem venam, si in ei proximis venis, ad vrinas deducendo. Præter has verò altera ab ipso iecore tanquam venarum principio sumitur indicatio. Quoniam enim iecur natura non se solum (quales sunt plurimæ animantis partes) moderatur, sed & in venas vim suam transfundit, periculum est, si laxantibus tum perfusionibus tum cataplasmatis robur eius resoluamus, ne ipsum in primis, deinde omnes eius venas inefficaces ad obeundas suas actiones reddamus. Quocirca in eius curatione nonnihil adstringentium medicamentorum miscendum est. Sed quoniam in alto admodum corpore est situm, periculum est ne adstringentis medicamenti facultate resoluatur, nisi ab aliqua materia tenuitate partium donata, qualis est odoramentorum, educatur. Præstat autem adstringens medicamentum statim ab ortu vim odoram habere, quod enim duas habet congenitas qualitates ac facultates, efficacius est. Itaque vacuetur quod præter naturam in partem iam fluxit, natiua verò humorum symmetria conuenientiáque superstit. Considerandum & hîc, an à fluxionis qualitate, eius partis temperatura mutata sit (si quidem pituitosa erat, refrigeratum; sin biliosa, calfactum iecur est) vt absolutè curata intemperie, sanitas restituatur. Restituemus autem, contrariam qualitatem obiicientes, vt in intemperaturarum curatione diximus, tantum vnamquamque partem refrigerantes, quantum eius calor excesserit. Quocirca rursus hic necessariò eius natiua temperies cognoscenda est. Nam quomodo scire potetimus partis natura frigidioris aut calidioriş exuperantiam, aut quando

A ὑπτεῖναί τε καὶ αὐξῆσαι δεῖ τῷ διαφορητικῷ φαρμάκου τὴν θερμασίαν. κινδυνεύσει γὰρ ἐκλυθῆναι, πρὶν εἰς τὸ βάθος ἐλθεῖν, οὐ μέντοι οὐδ' αἰσθήσῃ γε τὰ ὑπόπλησιν ὄντα ψαύσῃ, διότι μὴ πέπονθεν. ὥστε καὶ νῦν ἐς τοῦτον ἄμφω συμβαίνει, τοῖς τὴν θερμοτέρων τε ἅμα, καὶ δριμυτέρων φαρμάκων χρῆσιν, ταῦτ' ὑπόπλησιν ἀνέχοντα, καὶ τὰ διὰ βάθους δέοντα. τοῦτον μὲν οὖν τὸν εἶδος ἐν τῇ μεσείου τῆς θέσεως ἐλάβομεν. ἐξῆς δὲ σκοπῶμεν εἰ λείπει τι τοῖς τὸν ἴασιν. ἔοικε γὰρ λείπειν μικρὰ τῆς πεπονθότων, ἔτι δὲ καὶ λεπτὰ
B αὐτῶν, ἐν οἷς ἐστὶ τὸ ἀφεστὸς τοῦ ῥεύματος. ἔνια μὲν ἐξαιρὰ καὶ χαῦνα, ἢ μαλακὰ τὴν φύσιν ἐστὶν, ἔνια δὲ πυκνὰ, καὶ πεπιλημένα, καὶ σκληρά. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα, ῥᾳδίως ἐκκενοῦται. τὰ δ' ἕτερα, δριμυτέρων δεῖται τῶν κενωσόντων αὐτὰ, καὶ τοιούτοις λεπτομερεστέρων. αὐτὰ δὲ καὶ κατὰ συχνοῦ κεῖνται βάθους, ἔτι δὴ καὶ μᾶλλον. αὖτη σοι πάλιν ἔνδειξις ἑτέρα τοῦ τῆς οὐσίας τοῦ πεπονθότος. ἄλλη δ' ἀπὸ τῆς διαπλάσεως ἅμα καὶ θέσεως. ἐπισκεπτέον γὰρ εἰ οὕτως ἔτυχεν, ἐν ἅπασι τοῖς τοιούτοις ἐστὶ διαφθορὰ, ἐν τοῖς ἁπλοῖς πᾶσι τῶν ἀπείρων ἐσφιγμένων ὑγρῶν, ἢ τοῖς γλίσχρων, ἢ παχέων, ἢ πολλῶν. ἆρ' οὐχ ἕτοιμον ἐδέσμασί τε
C καὶ πόμασι λεπτυντικοῖς, ὃ πάχος μὲν τοῦτον ἅμα τῇ γλισχρότητι λεπτομερὲς ἐργάζεσθαι. δεύτερον δὲ μὴ διὰ τῶν εὐόδων καὶ ἁπλῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' εὐρῶν ὁδῶν ἐκκενοῦσθαι τὸ λυποῦν. εὐρύτεραι γάρ εἰσι καὶ ἡ πόρτα αἱ φλέβες, ὥσπερ καὶ πλῆσαι. τελευτῶσι δ' αἱ μὲν ἐν τοῖς κυρτοῖς εἰς τὸν κοίλον, αἱ δ' ἐν τοῖς σιμοῖς, ὅτι πύλας. ὡς' ἥδη σοι ῥᾷον, ἐν ὁποτέραις αὐτῶν αἱ σφιγμοὶς, ἐκκενοῦν ἑτοίμως αὐτὰς, ἕλκοντα μὲν εἰς τὸν καρδίαν διὰ τῶν ἐλκτικῶν τε καὶ αἱματομητικῶν ὅσα τῶν ὑγρῶν ἐσφίγκται, καὶ ἐν τοῖς σιμοῖς φλέβας. ἐπ' οὖρα δὲ τοῖς ἐπὶ τὰ κοίλης φλεβὸς, ὅσα καὶ ἐν τοῦτης φλέβας, ἑτέρα δὲ ὅτι τοῖς διειρημένοις, ἔνδειξις ἀφ' ἥπατος, ὡς ἀρχῆς φλεβῶν. ἐπεὶ γὰρ οὐχ ἑαυτῷ μόνον, ὥσπερ τὰ πλῆσα μέρεα τοῦ ζῴου δίκαιον πέφυκεν, ἀλλ' ὑπερπέμπει δυνάμιν τοῖς φλεψὶ, κίνδυνός ἐστιν ἐὰν ἐκλύσωμεν αὐτοῦ τὸν πόνον ὑπερεχούς τε καὶ καταπλάσμασι χαλασικοῖς, αὐτῷ τε τοῦτον ἀποῖσαι ῥᾳδίως τὴν ἐνέργειαν, ἀτόνους τε συμπάσας ἐργάσασθαι τὰς φλέβας. ὅθεν ὑπομιγνύναι χρὴ τῶν εὐφόντων τι φαρμάκων ἐν τοῖς θεραπείαις αὐτοῦ. ἀλλ' ὅπῃ διὰ βάθους ἐστὶ συχνοῦ, κίνδυνος ἐκλυθῆναι τὴν δύναμιν
E τῶν εὐφόντος, ἐὰν μὴ προδηλῶσι τοῦτο ἴνες ἑτέρας οὐσίας λεπτομερεστῆς, εἶτα ἢ τῶν ἀρωμάτων ἐστὶ. κάλλιον δὲ ἐν αὐτῷ ὃ εὐφον φάρμακον δύσις εἶη καὶ ἀρωματώδες. συμφύτοις γὰρ ἔχον δύο ποιότητας τε καὶ δυνάμεις, ἰσχυρότερον ἐνεργήσῃ. καὶ πίνων ἐκκενούσθω μὲν καὶ ἤδη ὁ τοῦτο φύσιν εἰς ὃ μέσον ἐνεχθέν. ἐγκτῶ δὲ τὴν συμμετρίαν τῆς χυμῶν τὴν κατὰ φύσιν. ὑπισκεπτέον οὖν ἡμῖν ἐν τούτῳ, μήτι τοῖς τῆς τοῦ ῥεύματος ποιότητος ἠλλοιώθη τὴν κρᾶσιν. εἰ μὲν φλεγματικώτερον ἴσως, ψυχθέν, εἰ δὲ χολωδέστερον, θερμανθέν, ἵνα κατὰ ταύτην αὖτ' τὴν δυσκρασίαν
F ἰασάμενοι, τελέως ὑγιὲς ἀποφαίνωμεν ἰασόμενα δὲ πάντων ἐναντίαν αἰτιασάμενοι ποιότητα, καθαπερ ἐν τοῖς τῆς δυσκρασιῶν εἴρηται θεραπείαις εἰς ὅσον ἕκαστον ἐλλιπέστερον, ψύχοντες εἰς πλεῖστον. ὡς' ἐκεῖθεν πάλιν ἀναλογίσον ὑπίσασθαι τὴν κατὰ φύσιν κρᾶσιν αὐτοῦ. πῶς γὰρ ἂν εἰδείημεν ὁπόσῳ τοῦ κατὰ φύσιν ἐστὶ ψυχρότερον, ἢ θερμότερον, ἢ πότε

ψύχοντες παυσόμεθα, μὴ γινώσκοντες ὃ μέτρον τῆς κατὰ φύσιν θερμότητος. οὕτω δὲ καὶ εἰ ὃ ψυχρότερον γινόμενον θερμαίνομεν, μὴ γινώσκοντες ὃ μέτρον αὐτῆς τῆς κατὰ φύσιν ψυχρότητος, οὐχ οἷά τε ἡμῖν, οὔτ' εὐπορῆσαι τοῦ θερμαίνοντος οἰκείως, οὔτε παύσασθαι θερμαίνοντας.

à refrigerando cessandum sit, si caloris natiui modum ignoremus? Eadem ratione si frigidiorem calfacientes, ignoremus naturalis eius frigoris modum. Itaque neque quod commodè calfaciat, neque quando à calfaciendo cessandum sit, inuenire poterimus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΕ'.

Περὶ ἰάσεως τοῦ κατ' ἀριθμόν τε καὶ ὃ μέγεθος, καὶ τὴν θέσιν νοσήματος.

Ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ τούτων αὐτάρκως εἴρηται, μεταβαίνειν ἤδη καιρὸς ἐπὶ τὰ κατὰ τὴν ἀριθμὸν, οὐ κατὰ φύσιν ἔχοντα. διττῆς δὲ οὔσης αὐτῶν τῆς διαφορᾶς, οἷς μὲν ἐλλιπές τι μόριον, ἐργάζεσθαι τοῦτο σκοπὸς ὑπηρετοῦντας δηλονότι τῇ φύσει, καθ' ὃν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἴρηται τρόπον. οἷς δ' αὖ περιττεύει, τοῦτ' ἐκκόπτειν αὐτὸ, ἤτοι διὰ σμίλης, ἢ διὰ πυρὸς, ἢ διὰ φαρμάκου καυστικοῦ. ταυτὶ μὲν οὖν ἅπαντα, σχεδὸν δυνατὸν ἐστιν ἰάσασθαι, γεννῆσαι δ' οὐχ ἅπαντα δυνατὸν, ὡς ἐν τῷ περὶ σπέρματος ἀποδέδεικται λόγῳ. τινὰ δὲ κἂν αὐτὰ μὴ δυνατὸν ᾖ γεννῆσαι, ποιῆσαι γοῦν ἄν τ' αὐτῶν ἕτερόν τι δυνατὸν, ὡς ἐπὶ τοῦ ὀστοῦ τελέως ἐξαιρεθέντος, οὐσίαν ἑτέραν ἐν τῇ κατ' αὐτὸ χώρᾳ, διαφέρουσαν ὀστοῦ τε καὶ σαρκός. ἔστι γὰρ ἡ γινομένη κατὰ τὴν χώραν αὐτοῦ, καθάπερ τις σὰρξ πωροειδὴς, ἢ πῶρος σαρκοειδὴς, καὶ τοῦ χρόνου δὲ προϊόντος, ἐπὶ τὸ πωρωδέστερον μεθίσταται, κατ' ἀρχὰς σαρκοειδὴς μᾶλλον οὖσα. καθ' ὅτι δ' ἂν μόριον ἀπολλύμενον, οὔτε τὴν αὐτὴν οὐσίαν κατ' εἶδος, οὔθ' ὁμοίαν ἐργάσασθαι δυνάμεθα, τρίτος ἡμῖν σκοπὸς ἐξευρεῖν τινα κόσμον, ὡς ἐπὶ κολοβωμάτων. ἐπικοινωνεῖ δὲ δηλονότι τὸ γένος ὅλον τοῦτο τῷ κατὰ τὸ πηλίκον. ὅσον γὰρ αὐτοῦ περὶ τὸ κατὰ φύσιν ἐστὶν, ἐκείνῳ πλησιάζει. τὸ δ' ἐν τοῖς τῷ γένει παρὰ φύσιν, ἀποκεχώρισται μόνον. ἐφ' οὗ πρῶτος μὲν σκοπὸς ἡ ἀφαίρεσις. εἰ δ' ἀδύνατος τοῦτο, ἡ μετάθεσις δεύτερος, ὡς ἐπὶ τῶν ὑποχυμάτων. ὅσα δ' οὐχ ὅλοις μορίοις, ἀλλ' ἐν μέρεσι μορίων, ἐλλείπει τε καὶ ὑπερβάλλει τοῦ κατὰ φύσιν. ἀνάθρεψις μὲν ἢ γένεσις ἐπὶ τῶν ἐλλειπόντων, ἀφαίρεσις δὲ ἢ καθαίρεσις, ἐπὶ τῶν ὑπερβαλλόντων, ὅθεν οὔτε σκοπὸς ἐπ' αὐτῶν ἕτερος, οὔτ' ἰδέα φαρμάκων ἑτέρα κατὰ γένος. ἀλλ' ἐπὶ τὸ λοιπὸν ἔτι γένος ἰτέον τῶν ὑγιεινῶν αἰτίων, ὅπερ ἐπανορθωτικόν ἐστι τῶν παρὰ τὴν θέσιν ἐσφαλμένων σωμάτων, οἷά ἐξαρθρήματα, καὶ ἔντερον ἐν ὀσχέῳ. γίνεται δὲ τὸ μὲν ἐκ βιαίας τάσεως, ἢ ὤσεως. τὸ δὲ ἐξ ἀνευρύνσεως, ἢ ῥήξεως τοῦ περιέχοντος, ὥστε καὶ ἡ ἴασις τῷ μὲν ἐξ ἀντιστάσεώς τε καὶ τῆς εἰς τοὐναντίον, εἰ παρήλλαξεν, ὤσεως, τῷ δὲ ἐκ τοῦ στεγανὸν ἐργάσασθαι, τὸ περιέχον. ἐξ ὧν δ' ἄν τις μεθόδων τὰ κατὰ μέρος ἐξευρίσκῃ, διὰ τῆς θεραπευτικῆς πραγματείας δεδήλωται.

CAPVT XXXV.

De curatione morbi numeri, magnitudinis, & situs.

Quoniam de his abundè disputauimus, ad ea quæ numero præter naturam insunt, iam transeundum est. Quorum quum duplex sit differentia, quibus pars aliqua deest, hanc sarcire studeamus, eo quem paulò antè diximus modo naturæ famulantes. Quibus verò abundat, recidere vel scalpro vel igni vel adurente medicamento. Hæc igitur omnia ferè sanescunt, sed non omnia generantur; vt in libro de semine proditum est. Quædam autem non gignuntur, sed in eorum locum aliquid substituitur; vt si os omninò exemptum sit, altera materia quæ ab osse & carne differat, in ea ipsa parte regigni potest, quæ veluti caro quædam callosa est, aut callus carnosus, qui temporis processu in naturam magis callosam transit, initio statim potius carnem referens. In quacunque autem parte amissa materia est, quæ nec eadem specie nec similis restitui potest, ornatum quendam tertius scopus inuenit, vt in mutilatis. Perspicuum autem est genus hoc cum eo communitatem habere, quod ad magnitudinem pertinet. Quod enim ex eo secundum naturam est, magnitudini vicinum est. Solum autem dissidet quum præter naturam est. In quo genere primùm quod abundat tollendum; aut si assequi id nequeas, transponendum est; vt in suffusionibus. Quibus autem non integræ quidem partes, sed ex his portiones imminutæ sunt vel auctæ præter modum, alere quidem ac generare quæ deficiunt; quæ verò redundant, demere ac minuere, reprimeréque oportet. Vnde neque alius in ipsis finis est, neque genere diuersa remediorum forma. Sed ad reliquum salubrium causarum genus veniendum est, quod ea emendat quæ suo loco exciderunt, veluti ossa sedibus suis emota, & intestina in scrotum prolapsa. Illa quidem violenta tensione vel impulsione, hæc dilatatione vel ruptura continentis membranæ fiunt. Itaque curantur priora quidem aduersæ partis tensione, & in aduersam partem repulsione; posteriora verò si continens membrana cogatur ac firmetur, quæ quemadmodum fieri debeant, in libris de curandi ratione explicatum est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λϛ'.

Περὶ αἰτιῶν προφυλακτικῶν, καὶ πρῶτον περὶ προφυλάξεως σώματος οὐδετέρου τοῦ καταπίπτοντος.

Ἑξῆς δ' εἴη λέγειν ὅσα κατὰ τὴν ἔμπροσθεν λόγον ἀνεβαλλόμεθα. καλοῦσι δὲ αὐτὰ προφυλακτικά. τριττὴ δ' ἐστὶ καὶ τούτων ἥ γε κατὰ γένος διαφορά. πρώτη μὲν ὑγιαίνοντος ἀμέμπτως τοῦ ἀνθρώπου, δευτέρα δὲ ἡ μεμπτῶς, ἡ τρίτη δὲ νοσοῦντος. τὸ μὲν οὖν πρῶτον γένος, ἐκ τῆς ὑγιεινῆς ἐστι

CAPVT XXXVI.

De causis præseruantibus; ac primùm de præseruatione corporis neutrius decidentiæ.

Deinceps autem de his disserendum est quæ in priore sermone distulimus. Hæc autem præcauentia dicimus. Quorum triplex est in genere differentia, vna quidem hominis inculpata valetudine fruentis; altera de qua cōqueri liceat; tertia verò ægrotātis est. Primū autē genus, quod vt antè diximus,

diximus, duplex eſt, ad ſalubrium; ſecundum autem ad præcauentium; tertium verò ad curantium diſputationem pertinet. Vniuerſum autem hoc genus in humoribus maximè conſiſtit; quos nec lentos, nec craſſos, nec multos, nec admodum calidos aut frigidos, nec mordaces, nec putres, nec peſtilentes eſſe oportet. Aucti enim morbos gignunt. Augentur autem interdum quidem ab eadem cauſa quæ ab initio eos procreauit, aliquando verò à cibis corporis humores in ſuam naturam immutantibus. Horum autem curandorum duplex eſt ſcopus, nempe immutatio, & euacuatio. Immutantur vel ab ipſo corpore eos concoquente, vel à quibuſdam medicamentis, in quibus tum ea continentur, quæ animalium venenis medentur, græci ἰοβόλα vocant: tum quæ exitialia pharmaca permutant. Euacuantur autem à medicamentis potenter calfacientibus, & purgationibus, clyſteribus, & ſudoribus, & vomitionibus, atque hæ ſunt communes eorum vacuationes. Propriæ verò ex locis in quibus aceruantur, ſumuntur, quemadmodum in libris de ſanitate tuenda, præſertim tertio & quarto docuimus: vbi de laſſitudinibus aliiſque laſſitudini proximis affectibus diſputauimus. Promptiùs enim primarum venarum excrementa per ventrem; iecoris verò per vrinas expelluntur, & per ſudores, qui in toto corporis habitu continentur; quemadmodum per palatum aut nares aut vtrumque, quæ caput occupant; & quæ in latis thoracis ſpatiis ſunt, per guttur vna cum tuſſi reiiciuntur. Quæ verò in renibus vel veſica reſident, per vrinas. Reuellendi autem ad longinquiſſima, communis eſt omnium partium indicatio, quemadmodum deriuandi ad propinqua. Quæcunque verò eiuſmodi affectiones curant, ſalubres cauſæ dicuntur, quemadmodum morboſæ, quæ has adaugent & neutræ, quæ neque lædunt, neque iuuant. Poſſet autem quiſpiam ne quidem cauſas omninò appellare, quales multi ſophiſtæ ſunt, qui rerum differentias contemnunt, plurimùm verò temporis in nominibus conterunt; aduerſus quos in aliis operibus plurima ſcripſimus. Hæc igitur eſt artis pars quæ prophylactice dicitur.

A προφυλακτείας, διπλοῦν ὑπάρχον, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται. Ὁ δεύτερον δὲ, ἐκ τῆς προφυλακτικῆς, ὁ δὲ τρίτον, ἐκ τῆς θεραπευτικῆς. ἐν χυμοῖς δὲ μάλιστα τοῖς σύστασιν ἔχουσι σύμπαν τοῦτο τὸ γένος, οἷς οὔτε γλίσχροις εἶναι προσήκει, οὔτε παχέσι, οὔτε ὑδατώδεσι, οὔτε πολλοῖς, οὔτε ὑπὲρ μέτρον θερμοῖς, ἢ ψυχροῖς, οὔτε δακνώδεσι, οὔτε σηπεδονώδεσι, οὔτε διαπτειστικοῖς. αὐξηθέντες γὰρ, αἴτιοι καθίστανται νοσημάτων. αὐξάνονται δὲ, ποτὲ μὲν ὑπὸ τῆς αὐτῆς αἰτίας, ἥπερ αὐτοῖς ἐγένετο ὁ πρῶτον. ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀλλοιούμενοι, ἐκ τοῖς προσφερομένοις. σκοπὸς δ' ἐστὶ καὶ ὑπὲρ τούτων ὁ τῆς ἰάσεως διττός, ἢ ἀλλοίωσις τε καὶ κένωσις. ἀλλοιοῦται μὲν οὖν, ἤτοι πεπτόμενοι πρὸς αὐτοῦ τοῦ σώματος, ἢ ὑπὸ φύσεων φαρμακωδῶν δυναμένων, ἃς ἀῤῥίζους εἶναι, καὶ αἱ θεραπεύουσαι τοὺς ἰοὺς τὴν ἰοβόλων ὀνομαζομένων ζώων, ἔτι τε καὶ διαλυτήρια φάρμακα μεταβάλλουσαι. κενοῦται δὲ ὑπὸ τῆς θερμῆς ἰσχνῶς φαρμάκων, καὶ καθάρσεων, καὶ κλυσήρων, καὶ ἱδρώτων, καὶ ἐμέτων. αὗται μὲν αὐτῶν αἱ κοιναὶ κενώσεις. ἰδίαι δὲ, ἐκ τῆς τόπων ἐν οἷς αὖ ἀθροίζεσθαι λαμβάνονται, καθάπερ ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς δεδήλωται, καὶ ὅ τε πεῖον καὶ τέταρτον, καὶ μάλιστα περί τε κῆπων ἡμῶν διεξιόντων, ὅσαι τε ἄλλαι τοιαῦται προσκεινται τοῖς κόποις

B

ἀθροίσεις. ἐκ κενοῦνται γὰρ ἑτοιμότερα, οἱ μὲν ἐν τοῖς περὶ τοῖς φλεψὶ, ἀφὰ γαστρός. οἱ δ' ἐν τοῖς καθ' ἧπαρ, δι' οὔρων. οἱ δὲ καθ' ὅλου τοῦ ἕξιν, δι' ἱδρώτων. ὥσπερ γε καὶ οἱ κατὰ τὴν κεφαλὴν, ἤτοι δι' ὑποφώσεως, ἢ ἀφὰ ῥινῶν, ἢ δι' ἀμφοτέρων. οἱ δ' ἐν τοῖς τῆς θώρακος εὐρυχωρίαις, ἀφὰ φάρυγγος ἅμα, καὶ βηχός. οἱ δὲ κατὰ νεφροὺς, ἢ κύστιν, δι' οὔρων. ἀπόπαυσεως δὲ κοινὴ συμπάντων τῶν μερῶν, ἔνδειξις ὅτι τὰ πορρώτατα, πρόχειρος δὲ ὅτι τὰ πλησίον. ἅπαντα δ' οὖν ὅσα θεραπευτὰ τοιαύτας ἀθροίσεις, ὑγιαινὰ προσαρμόζομεν αἴτια, κεκαθαρμένοις, τὰ προσαυξόντα. καὶ δεύτερα, τὰ μήτε βλάπτοντα, μήτε ὠφελοῦντα. δυνάμεται δ' ἂν τις αὖ τὰ, μήτ' αἴτια προσαρμόζειν ὅλως, οἷοί περ εἰσὶν οἱ πολλοὶ τῶν σοφιστῶν, ἀμελοῦντες μὲν αὐτῶν τῶν προσαγμάτων ἐξουδενίσκειν τὴν ἀφορμάς. ἐν δὲ τοῖς ὀνόμασι τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου ἀναλίσκοντες. εἴρηται δ' ὅτι πλέον ἐν ἑτέροις περὶ αὐτῶν. Ὁ μὲν δὴ προφυλακτικὸν τῆς τέχνης τοιόνδε.

C

D

CAPVT XXXVII.

De cauſa ſeu artis parte quæ corpus neutrum, ſenile, & conualeſcens præſeruat.

E

COnualeſcentibus autem ex morbo, ac ſenibus ea debetur victus ratio, quæ græcis analeptice & anathreptice dicitur, hoc eſt inſtauratrix & altrix. Qualis verò ſit eorum affectio, & quibus potiſſimùm cauſis ad naturalem ſtatum reuocentur, in libris de curandi ratione latè ac diffusè diſputatum eſt; in hoc autem opere ſummatim docebimus. Eiuſmodi igitur eſt hæc affectio. Probus quidem ſanguis eſt, ſed paucus, cum quo & ſpiritus vitalis, vt vocant, & animalis. Solidæ quoque partes ſicciores, vnde & earum vires imbecilliores, ob quas vniuerſum corpus frigidius exiſtit. Salubres autem cauſæ commemoratam affectionem emendant, quæ vt ſummatim dicam, celeriter ac tutò corpus alunt; particulatim verò, moderatus motus, cibus, potus, & ſomnus. Motuum verò materia, geſtationes ſunt, ambulationes, frictiones, & balneæ. Quòd

F

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Περὶ αἰτίου, ἢ τέχνης μέρους τοῦ προφυλακτικοῦ σώματός τε, καὶ τῶν γήρων, καὶ τῶν ἀναχωμιζομένων ἐκ νόσου.

Τὸ δ' ἀναληπτικόν τε καὶ ἀναθρεπτικὸν, ὅπερ τὴν ἀναχωμιζομένων ἐκ νόσου, καὶ γεγήντων. ὁποῖα δέ τις ἐστὶ, καὶ ἡ τούτων διάθεσις, ὑπὸ ψυχρῶν τε μάλιστα αἰτίων, εἰς ὃ κατὰ φύσιν ἐπανέρχεται, τελεώτατα μὲν ἐν τοῖς τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου γράμμασι δεδήλωται, διὰ κεφαλαίων δ' αὖ ῥηθείη, καὶ νῦν. ἡ μὲν οὖν διάθεσις ὅτι τοιάδε. γεγηρὸς μὲν, ὀλίγον ὂν αἷμα, καὶ σὺν αὐτῷ τὸ τε ζωτικὸν ὀνομαζόμενον πνεῦμα, καὶ ὁ ψυχικόν. αὐτὰ δὲ τὰ στερεὰ μόρια, ξηρότερα, καὶ διὰ τοῦτο, καὶ αἱ δυνάμεις αὐτῶν ἀῤῥωστότεραι, καὶ διὰ ταῦτα ὅλον τὸ σῶμα ψυχρότερον. αἴτια δ' ὑγιεινὰ, τὰ τῶν εἰρημένων ἐπανορθούμενα διάθεσιν, ἑνὶ μὲν κεφαλαίῳ προεληλυθέν ὅσα ταχείαν μὲν καὶ ἀσφαλῆ ῥᾳστώνην ἐργάζεται. κατὰ μέρος δὲ, ἐν τοῖς συμμέτροις κινήσεσι, καὶ σιτίοις, καὶ πόμασι, καὶ ὕπνοις. εἰσὶ δὲ ὕλαι τῶν μὲν κινήσεων αἱ ἀῤῥαι, καὶ περίπατοι, καὶ τρίψεις, καὶ λουτρά. καὶ εἰ

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 234 sur 413

πολὺ βελτίους ὅτι τούτοις χρήσοιντο, καὶ τῶν συνήθων ἔργων ἐπ' ὀλίγον ἀπέλαθοιμι. τῶν μὲν σιτίων κατ' ἄρχας μὲν ὑγρᾶς, καὶ βραχείους, καὶ μὴ ψυχρᾶς, τοῖς δὲ προϊόντων δὲ, καὶ οἷς εὐφορώτερα. πόμα δὲ βέλτιστον οἶνος, ἡλικίᾳ μὲν σύμμετρος, ἰδέᾳ δὲ καθαρός τε καὶ διαυγὴς, ἤτοι λευκὸς ἢ ὑπόξανθος, ὀσμὴν ἡδὺς, μέτριος δὲ τὴν γλεῦκος, μήθ' ὑδατώδης ὁ πόνος, μήτε λίαν στρυφνότητα, μήτε τὴν γλυκύμυρον ποιότητα. μήτ' οὖν στρυφνότητα, μήτε δριμύτητα, μήτε πικρότητα. λέγεται δὲ ὡς ἄρτιος εἶπον, ἐν τοῖς θεραπευτικοῖς ὅτι πλεῖστον ὑπάρξει αὐτῶν. νυνὶ γὰρ ἐπιδιελθεῖν ἀπέσπασται καὶ μέρος ἡμῖν προκείται. μόνον δὲ ἀναμνῆσαι τῶν κεφαλαίων, ὧν ἐν ἑτέραις πραγματείαις ἐποιησάμεθα τὴν διέξοδον, ἃς προσγράψας ὁπόσαι τε εἰσὶ καὶ ποῖαι, καὶ παύσω τὸν λόγον ἐνταῦθα. καὶ πάλιν. εἴρηται μὲν οὖν καὶ πρόσθεν, ὡς ἔστιν ἓν ἄλλο βιβλίον, ἐν ᾧ περὶ συστάσεως τῆς ἰατρικῆς τέχνης διεξήλθομεν. προσήκειται δὲ αὐτῷ καὶ πρότερα δύο, περὶ τεχνῶν συστάσεως. ἀλλὰ ταῦτα μέν, ἅμα τῷ νῦν παραλειφθέντι, χωρεῖς τὴν διέξοδον ὅσαι πραγματειῶν. ἐνίοις δὲ τὴν τάξιν ἔχρισεν. περὶ μὲν οὖν τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων, ἓν βιβλίον ἐστὶν, ἑξῆς δὲ αὐτῷ τέλεια περὶ κράσεων. ὧν τὰ μὲν δύο, περὶ τῶν ἐν τοῖς ζώοις ἐστὶ κράσεων, ὃ τρίτον δὲ, ὑπὲρ τῶν ἐν τοῖς φαρμάκοις. δεῖ δὲ καὶ τὸ περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως προγραμματείαν, ἣν οὔτ' ἔγραψα πω καλῶς, οὔθ' ὃ τρίτον ἀκριβῶς αἰσθάνεσθαι περὶ κράσεων. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο βιβλίον μικρὸν, ἐπόμενον τοῖς προτέροις δύο περὶ κράσεων, ὃ περὶ τοῦ μάλιστα δυσκρασίας ἐπιγραφόμενον, ὁμοίως δὲ αὐτῷ καὶ ἄλλα δύο μικρά, ὃ μὲν περὶ τοῦ ἄριστα κατασκευῆς τοῦ σώματος, ὃ δὲ περὶ εὐεξίας. τρίτον δὲ ἄλλη πραγματεία, ἢ περὶ φυσικῶν δυνάμεων ἐστὶν. ὧν εἴτε μὴ δύο περὶ κράσεων, εἴτε μὴ ὃ περὶ στοιχείων ἀναγινώσκειν ἡμᾶς ἐθέλοι, δυνατὸν αὖ ἔσεσθαι. μὴ δὲ τούτων ἐν πλείοσι προγραμματείαις ὑπὲρ τῶν ψυχικῶν ἐνεργειῶν διέξιμεν. ἐπεὶ δὲ εἰς τὰς ἀποδείξεις αὐτῶν, οὐ σμικρὸν ὄφελός ἐστι τὰ ἀφ' τῶν ἀνατομῶν φαινόμενα, προήκειν ἐν ἐκείναις ἐγγυμνάσασθαι μᾶλλον. ἔστι δὲ χρησιμώτατα μὲν αὐτῶν, τὰ τῶν ἀνατομικῶν ἐξ χρήσεως ἅπαντα δὲ ἔνια ἐστὶ τούτων πλείους, ἐν δυοῖν μὲν, περὶ ἀνατομικῆς ἀφαφωνίας, ἐν ἑνὶ δὲ, περὶ τῆς τῶν τεθνεώτων ἀνατομῆς, οἷς ἐφεξῆς δύο, περὶ τῆς ὅτι τῶν ζώντων. ἐν ἄλλοις δὲ ἐστι τὰ μέρη ὅσα τοῖς εἰσαγομένοις ἐποιησάμεθα. τὰ περὶ ὀστῶν, καὶ τὰ τῶν μυῶν ἀνατομὴ, καὶ τὰ τῶν νεύρων, καὶ τὰ τῶν ἀρτηριῶν, ἔτι φλεβῶν. καὶ ἵνα τοιαῦτα ἕτερα. τῶν τοιούτων δ' ἐστὶ, καὶ εἰ τὰ φύσιν ὃ ἐν ἀρτηρίαις αἷμα. τὰ δὲ τὰς ἐνεργείας αὐτῶν ἀποδεικνύοντα δύο μὲν εἰσὶ περὶ μυῶν κινήσεων, τρία δὲ, περὶ θωρακος καὶ πνεύμονος κινήσεως, οἷς ἐφεξῆς ὑπὲρ τῆς τῶν ἀναπνοῆς αἰτίων, οἷς ἕπεται τὰ περὶ φωνῆς. ὑπὲρ ἡγεμονικοῦ δὲ, καὶ τῶν ἀλόγων ἀπορρήτων, ὅσα περὶ φυσικῶν, ἢ ψυχικῶν ἐνεργειῶν ζητεῖται, δεῖ πολυβίβλου πραγματείας ἐδηλώσαμεν, ὧν περὶ τῶν Ἱπποκράτους, καὶ Πλάτωνος δογμάτων ὑπεγράφομεν. ἐν τούτῳ τῷ γένει τῆς θεωρίας, καὶ τὰ περὶ σπέρματος ἰδίᾳ γεγραμμένα, καὶ προσέτι τῆς Ἱπποκράτους ἀνατομῆς, οἷς ἅπασιν ἡ περὶ χρείας μορίων ἕπεται πραγματεία. εἰς δὲ τὰς διαγνώσεις τῶν νοσημάτων, ἥ τε περὶ τῶν πεπονθότων τόπων, καὶ ἡ περὶ σφυγμῶν προγραμματεία, χρήσιμος ὑπάρχει, καθ' ὧν καὶ τὰς προγνώσεις διδάσκομεν. ἥγεται δὲ τῆς περὶ σφυγμῶν, δύο βιβλία, ὃ περὶ χρείας ἀναπνοῆς, καὶ ὃ περὶ χρείας σφυγμῶν. αὕτη δὲ ἡ περὶ τῶν σφυγμῶν προγραμματεία, εἰς τέτταρα μέρη νενέμηται. πρῶτον μὲν, ὃ τῆς διαφορᾶς αὐτῶν, δεύτερον δὲ ὃ περὶ τῆς διαγνώσεως,

περὶ τῆς τάξεως τῶν ἰδίων βιβλίων.

ἐγγεγυμνάσθαι

τὰ βιβλία

τὰν / νευρι

περὶ

si ex his multò melius habeant, quotidiana opera paulatim tractent. Cibos autem interdum quidem humidos coctúque faciles & minimè frigidos sumant, temporis verò progressu & eos qui vberiùs alant. Commodè verò in potu vinum datur, ætate quidem medium, forma verò purum ac pellucidum, siue id album sit, siue subflauum; odore iucundum, quod gustu nec aquam omninò, nec vehementem aliquam qualitatem referat. Itaque nec dulce sit, nec acre, nec amarum. De his autem, vt modo dicebam, in libris de curandi ratione fusissimè est disputatum. Nunc enim in singula percurrere non statuimus, sed tantùm eorum quæ in aliis operibus fusè disputata sunt, capita commemorare; quorum vbi numerum & qualitatem recensuero, huic libro finem imponam. Antè autem diximus alterum esse librum in quo de constitutione artis medicæ disseruimus; quem duo priores de artium constitutione præcedunt, verùm hi quidem vnà cum hoc quem nunc absoluimus, in eorum ordine quos fusè latéque tractauimus, numerandi non sunt. Illi verò hunc habent ordinem. De elementis iuxta Hippocratis sententiam, liber vnus, quem tres de temperamentis sequuntur; quorum duo priores de animantium, tertius verò de medicamentorum temperamentis tractat. Eam ob rem opus de simplicium medicamentorum facultatibus, probè intelligi non potest, nisi tertio de temperamentis accuratè cognito. Alius autem liber exiguus, cui titulus est de inæquali intemperie, duos priores de elementis sequitur. Cui similiter alij duo parui succedunt: quorum alter de optima corporis constitutione, alter de bono habitu inscribitur. Sequitur aliud opus quod tres libros complectitur, de naturalibus facultatibus; quod si lubet, aut post duos de temperamentis, aut post librum de elementis legere poteris. Post hunc verò in pluribus libris de functionibus animæ disseruimus. Quoniam autem ad eas demonstrandas non parum conferunt ea quæ ex corporum dissectionibus nobis apparent, prius in illis te exercere oportet; quorum maximè vtilis est liber qui de anatomicis administrationibus inscribitur. Præter hos autem plures alij sunt, quorum duo de dissectionis dissensione, vnus verò de mortuorum dissectione; quos ordine sequuntur duo de viuentium dissectione. In aliis verò quibusdam speciatim ad initiatos de ossibus conscripsimus; in quo genere musculorum, neruorum, arteriarum & venarum dissectio, & alia id genus habentur. Et liber cui titulus est, an sanguis natura in arteriis continetur. Eorum verò qui partium actiones prodūt, duo quidem sunt de musculorum, tres verò de thoracis & pulmonis motu: quibus deinceps succedit liber de respirationis causis post hūc liber de voce. De animæ principatu, ac aliis omnibus quæ naturæ & animæ actiones inquirunt ac scrutantur, in opere de Hippocratis & Platonis placitis (quod ex multis libris constat) tractauimus. In eodem contemplationis genere sunt libri de semine, quos seorsum scripsimus. Item de corporum dissectione Hippocratis: quibus omnibus succedit opus de vsu partium. Ad morborum autem cognitionem liber de locis affectis confert, & de pulsibus, in quo & de prænotione docemus. Librū verò de pulsibus alij duo præcedunt, vnus quidem de respirationis, alter de pulsuum vsu. Liber autem de pulsibus in quatuor distribuitur: vnum quidem de eorum differentiis, alterum autem de cognitione,

tertium

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 235 sur 413

tertium de eorum causis, & quartum de ea quæ ex pulsibus sumitur prænotione. In hoc genere est liber ad initiatos, qui de pulsibus inscribitur. Alium verò librum velut omnium horum compendium scribere in animo est, quem vel artem de pulsibus, vel compendium inscribam. Ad hanc autem contemplationem conferunt quæ in librum Archigenis de pulsibus enarramus ac interpretamur. Maximè verò ad prænotiones conducit commentatio de iudiciis; quam liber de diebus iudiciariis præcedit. Sed & de spirandi difficultate opus, tum ad præsentis affectus cognitionem, tum ad prænoscendum tam bonum quàm malum morbi successum est vtile. Omnium igitur horum nonnullorúmque aliorum singularium librorum cognitio vtilis est; cuiusmodi est de causis euidentibus, de medica experientia, de extenuante victu, & de venarum sectione ad Erasistratum, & de tumoribus præter naturam, similiter autem & de plenitudine, & id genus alij. Ad curandi autem rationem, omnium maximè necessarij sunt de morborum & symptomatum differentiis libri tres, in quibus morborum causæ tractantur. Præter hos alij tres sunt in quibus explicantur symptomatum causæ. Sunt & de simplicium medicamentorum facultatibus libri, de quibus antè meminimus: & de medicamentorum compositione, quibus libri de curandi ratione succedunt. Seorsum autem de valetudine tuenda opus scripsimus. Quod verò ante hos omnes exerceri in opere de demonstratione eum oporteat, qui artem cum ratione tractaturus sit, in libro de optima secta declaratum est. Reliquos autem libros ac commentarios à nobis conscriptos nunc percurrere necessarium non est, quum de hisce omnibus alibi simus tractaturi in vno atque fortè altero libro quem ita inscribemus, Galeni de propriis libris.

A καὶ τρίτον, ὃ περὶ τῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς αἰτίων, καὶ τέταρτον, περὶ τῆς διὰ τῶν σφυγμῶν προγνώσεως. ἐκ τούτου τοῦ γένους ἐστὶ, καὶ ὃ τοῖς εἰσαγομένοις περὶ τῶν σφυγμῶν γεγραμμένον. ἐννοῶ δὲ καὶ ἄλλο τι ποιῆσαι βιβλίον ἕν, οἷς ἐπιτομὴν ἁπάντων, ὅπερ ἤτοι τέχνην περὶ σφυγμῶν, ἢ συνόψιν ἐπιγράψω. χρήσιμον δὲ εἰς τὴν τοιαύτην θεωρίαν ἐστὶ, καὶ δι' ὧν ἐξηγοῦμαί τε ἅμα, καὶ κρίνω ὃ περὶ σφυγμῶν Αρχιγένους βιβλίον. εἰς δὲ τὰς προγνώσεις, χρησιμωτάτη μάλιστά ἐστιν ἡ περὶ κρίσεων πραγματεία. προηγεῖται δ' αὐτῆς ἡ περὶ τῶν κρισίμων. ἀλλὰ καὶ ἡ περὶ δυσπνοίας, πρὸς διάγνωσίν τε τῆς παρούσης διαθέσεως, καὶ πρόγνωσιν τῶν ἐσομένων

B ἀγαθῶν, ἢ κακῶν περὶ τὴν κάμνοντα, χρήσιμος ὑπαρχεῖ. ταῦτά τε οὖν ἅπαντα, καὶ σὺν αὐτοῖς ἔνια μονόβιβλά ἐστι γινώσκεσθαι χρήσιμα, καθάπερ ὃ περὶ τῶν προκοταρκτικῶν αἰτίων, καὶ ὃ περὶ τῆς ἰατρικῆς ἐμπειρίας, καὶ ὃ περὶ τῆς λεπτυνούσης διαίτης, ἔτι τε ὃ περὶ τῆς φλεβοτομίας πρὸς Ερασίστρατον, καὶ ὃ περὶ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων. ὡσαύτως δὲ καὶ ὃ περὶ πλήθους, ἕτερά τέ τινα τοιαῦτα. πάντων δὲ ἀναγκαιότερα πρὸς τὴν θεραπευτικὴν μέθοδόν ἐστιν, τό τε περὶ τῆς τῶν νοσημάτων διαφορᾶς, καὶ ὃ περὶ τῆς τῶν συμπτωμάτων, καὶ τρίτον ἐπ' αὐτοῖς, ἐν ᾧ τὰς αἰτίας τῶν νόσων διέξιμεν, ἐφ' οἷς ἄλλα τρία, ἐν οἷς τὰς ἐπὶ τοῖς συμπτώμασιν αἰτίας

C ἐξηγούμεθα, τά τε περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεώς ἐστιν, ὧν ἔμπροσθεν ἐμνημόνευσα, καὶ τὰ περὶ συνθέσεως φαρμάκων, οἷς τὰ τῆς θεραπευτικῆς ἕπεται μεθόδου γεγραμμένης ἡμῖν ἰδίᾳ, καὶ τῆς τῶν ὑγιεινῶν πραγματείας. ὅτι δὲ καὶ πρὸ ἁπάντων τούτων ἐγγεγυμνάσθαι χρὴ τῇ περὶ τῆς ἀποδείξεως πραγματείᾳ, τὴν μέλλοντα λογικῶς μεταχειρίζεσθαι τὴν τέχνην, ἐν τῷ περὶ τῆς ἀρίστης αἱρέσεως ἐπιδέδεικται γράμματι. περὶ δὲ τῶν ἄλλων συγγραμμάτων τε, καὶ ὑπομνημάτων ὧν ἐγράψαμεν, οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστι διεξέρχεσθαι νῦν, ὑπὲρ ἁπάντων γε μέλλοντας ἐρεῖν ἑτέρωθι, καθ' ἓν ἴσως, ἢ δύο βιβλία τὴν γραφὴν ἕξοντα, Γαλήνου περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων.

Τέλος ἰατρικῆς Γαληνοῦ.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 236 sur 413

ΓΑΛΗΝΟΥ ΟΡΟΙ ΙΑΤΡΙΚΟΙ.

GALENI DEFINITIONES MEDICAE.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Τὴν τῶν τῶν ῥεφγματείαν, τὴν τελείαν τῶν ὅρων ἰατρικῶν συναγωγὴν τοῖς εἰσαγομένοις τῶν νέων τε, & ὅλοις τοῖς ἰατροῖς πολυωφελεστάτην ὑπαρχειν.

PROOEMIVM.

Hoc opus, finitionum medicarum collectionem esse tum adolescentibus introducendis, tum Medicis omnibus quam vtilissimam.

ΤΗΝ περὶ τῶν ὅρων ῥεφγματείαν, πολυωφελεστάτην ὑπαρχουσαν πᾶσι τοῖς ἰατροῖς, μάλιστα δὲ τοῖς εἰσαγομένοις τῶν νέων, ἔκρινα, καθὼς ἠξίωσας, καὶ συναγαγεῖν, καὶ ἀναγράψαι (ἰατρῶν ἀρίστε Θεῦ δῶρα.) τὸ μὲν ἰατρικῆς τέχνης βιωφελοῦς οὔσης, καὶ ὅτι σωτηρία τῶν ἀνθρώπων ὑπάρχει μύθων, ἐξευρούσης τε πολλὰ καλὰ θεωρήματα, καὶ δυσέφικτα δοκοῦντα τυγχάνειν, χρησιμώτατοι γνώσονται οἱ ὅροι δι' ὀλίγων τὰ πολλὰ διδάσκειν δυνάμενοι. ὁ δὲ τούτοις τὴν τέχνην, καὶ τοῖς ὁπωσημήν ἄρξιν διδασκαλίαν πέφυκεν, οὐχ ἧ διὰ πολλῶν καὶ ἀπείρων, ἀλλ' ἧ δι' ὀλίγων καλῶς διαγινωσκόμενον. οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι, καὶ οἱ περὶ Ἱπποκράτους γνώμονες, ὧν ἡμεῖς τοῖς βιβλίοις ἐνετύχομεν, οὔτε εἰσῆνεγκαν τὴν τῆς τέχνης, οὔτε πολλὰ συγγράμματα ἀπέλιπον, ἀλλὰ πάνυ ὀλίγα. τούτοις μὲν οὖν ἐπαινῆν ἄξιον, ὅτι περὶ τοῖς ὁπωσοῦν ἐχρήσαντο, καὶ ἐσπούδασαν εὑρεῖν τι χρήσιμον τοῦ βίου. ὁπόσοι δὲ τούτοις Ἱπποκράτης τὸν τε ἰατρικὸν συνέγραψε, καὶ εἰσῆνεγκε αὐτὸν ἐν τοῖς περὶ τέχνης, ὃς ἀεὶ τῶν καλῶν γνώμονας, διὰ τοῦτο περὶ οὗ πάντες οἱ Ἕλληνες μεμνήσονται εἰς τὸν ἅπαντα αἰῶνα, ἐπειδὴ κοινὸς εὐεργέτης ἁπάντων ἐγένετο. μετὰ δὲ τοὺς τούτου χρόνους οἱ γνώμονες ἦσαν συνέγραψαν ὅροις, καὶ οὗτοι δὲ οὐ πάντας. δοκοῦσι δὲ ὁπωσμελῶς γεγονέναι ἐν τῇ τοιαύτῃ θεωρίᾳ, οἵ τε ἀπὸ τῆς Ηροφίλου αἱρέσεως, καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Μεμφίτης, ἔτι δὲ καὶ Ἀθήναιος ὁ Ἀτταλεύς, ἀλλὰ καὶ οὗτοι, οὔτε τῇ ταξει τῇ δεούσῃ ἐχρήσαντο, οὔτε συνήγαγον τὴν ῥεφγματείαν, ἀλλὰ διεσπαρμένως ἐν τοῖς βιβλίοις συνέγραψαν. ἔτι δὲ καὶ ἐνδεῶς ἀνεγράφησαν· ὥστε γὰρ πάντες ὠφελοῦνται τὰ κατὰ τὴν ἰατρικὴν. ὅτι δὲ φιλαλήθως λέγομεν, δυνατὸν μανθάνειν τοῖς ἐντυγχάνουσι τοῖς τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν συγγράμμασιν. ἡμεῖς δὲ πάλιν λέγομεν ἑτοίμως,

DE Medicis finitionibus opus cùm Medicis omnibus, tum iis potissimùm qui ad Medicinam introducuntur adolescentibus quàm vtilissimum, prout æquum censuisti, colligere, ac scriptis mandare decreui (Theutra Medicorum optime.) Quum enim ars medica vitæ sit vtilis, & ad hominum salutem inuenta, ac multa præclara theoremata habeat, eáque adoptionis arduæ esse videantur, vtilissimæ erunt finitiones, quæ paucis multa docere possunt. Optima namque omnibus in artibus ac scientiis doctrina est, quæ non multis ac immensis, sed paucis perbellè dignoscitur. At prisci quique ante Hippocratem extitere, in quorum volumina nos incidimus, neque res vllas ad artem spectantes finierunt, neque multos commentarios, sed admodum paucos reliquerunt. Hos *tamen* laudare æquum est, quòd primi instituta *sua* ad vsum traduxerint, & vitæ quid vtile inuenire studuerint. His autem succedens Hippocrates Medicinam etiam conscripsit, ipsámque in libro de arte definiuit, ille qui semper bonorum author ac princeps fuit, cuius idcirco omnes Græci in æuum omne erunt memores; quandoquidem publicè est de omnibus bene meritus. Qui verò ab huius temporibus extitere, quidam finitiones conscripserunt, atque hi non omnes. Sed seduli fuisse videntur in eiusmodi speculatione Herophili sectatores, & Apollonius Memphites, & præterea Athenæus Attalensis: verùm & hi neque decenti vsi sunt ordine, neque tractatum composuerunt, sed sparsim in libris conscripserunt, parciúsque præterea descripserunt; neque enim omnes quæ in Medicina comperiuntur finierunt. Quicquid autem veritatis studio asserimus, *id* ex occurrentibus dictorum virorum libris doceri potest. Nos verò rursum vrgentes asserimus, ac proditas

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 237 sur 413

ditas quidem à Maioribus finitiones iisdem verbis describemus, ac decentem ordinem ipsis imponemus, atque si quædam à vetustioribus editæ non sint, conficientes ipsi contexentésque prout & tu operæpretium esse censuisti perfectam collectionem constructemus. Hoc namque ego credo (probè Teuthra) iuuenibus instituendis neque fuisse, neque fore vtiliorem: Atque hæc hactenus. Primùm itaque necesse est dicere quid sit vtilissimum, quidque ordini doctrinæ aptissimum, deinde quid ipsa sit finitio apertum facere; postremò ac deinceps finitiones ipsas subiicere.

A τοὺς ἐξηγημένους μὲν ὑπὸ τῶν προγεγραφότων ὅρους, αὐτῶν λέξεσιν αὐταρκέως ἔχοντας, καὶ τῷ τάξιν τινὰ διδοῦσθαι αὐτοῖς ὑπερθήσομεν· καὶ εἴ τινες δὲ μὴ εἰσὶν εἰρημένοι ὑπὸ τῶν παλαιοτέρων, αὐτοὶ ποιήσαντες, καὶ συντάξαντες, καθὼς ἠξίωσας καὶ σύ, τῷ συναγωγῷ ποιήσομεν τελείαν. Ὧν τοίνυν δὴ, ἐγὼ πείθομαι, ἀγαθὸ τεθράφθαι, μήτε γεγονέναι, μήτε ἔσεσθαι χρησιμώτερον τοῖς εἰσαγομένοις τῶν νέων. Ὧν τοῦτο μὲν οὖν ὑπὲρ τοσούτου. ἀναγκαῖον οὖν προτεῖναι εἰπεῖν ὃ τι χρησιμώτατον, καὶ τῇ τάξει τῆς διδασκαλίας ἁρμοδιώτατον, ἀφορισθῆναι τί ἐστιν αὐτὸς ὁ ὅρος, εἶτα ὑφεξῆς τοὺς ὅρους ὑποτάξαι.

B

Quid sit finitio?

Τί ἐστιν ὅρος;

1. FInitio igitur, ex nonnullis est, oratio quæ quale sit illud de quo sermo est declarat. Definiri & hoc modo potest. Finitio est oratio conceptionis animi. Quidam sic quoque finierunt. Finitio est oratio quæ adæquantium resolutione effertur. vel, finitio est, quæ nos breui commemoratione in rerum vocibus subiectarum notitiam ducit. vel, finitio est oratio quæ ipsum esse declarat. vel oratio quæ nobis rei notitiam demonstrat ac explicat.

α'. ΟΡος τοίνυν, κατ' ἐνίους ἐστὶ λόγος δηλῶν ποῖόν ἐστιν ὑποκείμενον, καθ' οὗ ἐστὶν ὁ λόγος. δύναται δὲ καὶ οὕτως ὁρίσασθαι. ὅρος ἐστὶ λόγος ἐννοίας. τινὲς δὲ καὶ ἄλλως ὡρίσαντο. ὅρος ἐστὶ λόγος κατ' ἀνάλυσιν ἀπαρτιζόντων ὑποφερόμενος. ἢ, ὅρος ἐστὶ διὰ βραχείας ὑποσημάνσεως εἰς ἔννοιαν ἡμᾶς ἄγων τῶν ὑποτεταγμένων τοῖς φωναῖς πραγμάτων. ἢ, ὅρος ἐστὶ λόγος ὃ εἰ) δῆλον. ἢ, λόγος ἐστὶν ἔννοιαν ἡμῖν τοῦ C πράγματος δηλωτὴς τε καὶ σαφηνίζων.

Quid est definitio?

Τί ἐστιν ὁρισμός;

2. Definitio oratio est concisa, quæ subiectæ rei naturam explicat. Definitio autem dicitur à finibus aut terminis qui regiones ac loca finiunt ac terminant.

β'. Ὁρισμός ἐστι λόγος συντόμως, δηλωτικὸς τῆς φύσεως τοῦ ὑποκειμένου πράγματος. ὁρισμὸς δὲ λέγεται ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἐπὶ τοῖς χωρίοις ὁρθησίων.

Quid est distinctio?

Τί ἐστι διορισμός;

3. Diorismus seu distinctio, diuisio est rei, quæ tanquam vniuersalis dicitur, non tamen vniuersalis existit, per accessionem ad vniuersale conuersio.

γ'. Διορισμός ἐστι πράγματος, ὡς καθ' ὅλου λεγομένου· μὴ ὄντος δὲ καθόλου κατ' πρόσθεσιν εἰς ὃ καθόλου περιαγωγή. D

Quid scopus? Quid finis?

Τί ἐστι σκοπὸς; τί τέλος;

4. Scopus, est is qui primùm mente concipitur finis; finis autem est opus scopi peractum.

δ'. Σκοπός ἐστι προεπινοούμενον τέλος· τέλος δὲ ὃ ἀπὸ τελεσμα τοῦ σκοποῦ.

Quid aphorismus?

Τί ἐστιν ἀφορισμός;

5. Aphorismus est oratio concisa, quæ perfectam complet sententiam, vel sic. Aphorismus, oratio est in voce quidem seu dictione perangusta, sententiis verò locuples.

ε'. Ἀφορισμός ἐστι λόγος συντόμως αὐτοτελῆ διάνοιαν ἀπαρτίζων. ἢ οὕτως. ἀφορισμός ἐστι λόγος πενόμενος μὲν κατὰ τὴν προφοράν, ἤτοι τὴν λέξιν· πλουτῶν δὲ τοῖς ὑποθέμασιν.

Quid descriptio?

Τί ἐστιν ὑπογραφή; E

6. Descriptio est oratio, quæ forma quadam ad manifestandam rei notitiam rudiùs introducit. Alij sic. Descriptio est oratio quæ rudi typo res declarat.

ϛ'. Ὑπογραφή ἐστι λόγος τυπωδῶς εἰσάγων εἰς τὴν δηλουμένου τοῦ πράγματος γνῶσιν· οἱ δὲ οὕτως. ὑπογραφή ἐστι λόγος τυπωδῶς ἐμφανίζων τὰ πράγματα.

Quid scientia?

Τί ἐστιν ἐπιστήμη;

7. Scientia est rerum comprehensio solida ac certa, quæ à ratione nunquam deflectit. Potest quoque ita definiri. Scientia est habitus immutabilis, qui ex mentis conceptionibus opinionem haud à ratione deerrantem præbet.

ζ'. Ἐπιστήμη ἐστὶ καταληψις ἀσφαλὴς, καὶ ἀμετάπτωτος ὑπὸ λόγου. δύναται δὲ καὶ οὕτως ὁρίσασθαι. ἐπιστήμη ἐστὶν ἕξις ἀμετάπτωτος ὑπὸ φαντασιῶν δόξαν ἀμέμπτως ὑπὸ λόγου παρεχομένη. F

Quid ars.

Τί ἐστιν ἡ τέχνη;

8. Ars est præceptorum exercitatione comprobatorum ad finem eorum quæ in vita sunt pervtilem congeries. vel sic. Ars est compages comprehensionum exercitarum ad vnum finem relationem habentium.

η'. Τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐγκαταλήψεων συγγεγυμνασμένων πρὸς τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ. ἢ οὕτως. τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐγκαταλήψεων συγγεγυμνασμένων ἐφ' ἓν τέλος τὴν ἀναφορὰν ἐχόντων.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 238 sur 413

Τί ὄϛιν ἰατρική;

Quid Medicina.

θ'. Ἱπποκράτης ἐν τῷ περὶ τέχνης ὡρίσατο τὴν ἰατρικὴν οὕτως, καὶ πρέπτως μὲν αὐτὴν νομίζων ἰατρικὴν εἶ) ὃ δὴ πάμπολυ ἀπαλλάττει τῶν νοσούντων τοὺς κάματους, καὶ ὃ ἐξ σφοδρότητας τῶν νοσημάτων ἀμβλύνει, καὶ ὃ μὴ ἐγχωρέειν τοῖσι κεκρατημένοισιν ὑπὸ τῶν νοσημάτων, ἐδίδαξας ὅτι πάντα ταῦτα οὐ δύναται ἡ ἰατρικὴ τέχνη ἐπανορθοῦσθαι. ἄλλως. ἰατρικὴ τέχνη ὄϛι περὶ τὰ ἀνθρώπων σώματα κατὰ παρανομὴν ὑγιείας πρὸς ποιητική. ἄλλως. ἰατρικὴ ὄϛι τέχνη πρόσθεσις, καὶ ἀφαίρεσις. πρόσθεσις μὲν τῶν ἐλλιπόντων, ἀφαίρεσις δὲ τῶν πλεοναζόντων. ἄλλως κατ' Ἡρόφιλον. ἰατρικὴ ὄϛι τέχνη ὑγιεινῶν, καὶ νοσερῶν, καὶ ἀδετέρων. ἢ οὕτως. ἰατρικὴ τέχνη ὄϛι πρὸς ποιητικὴ ὑγιείας. οἱ δὲ πλείους ἁπλῶς ὡρίσαντο. ἰατρικὴ ὄϛι τέχνη διαιτητικὴ ὑγιαινόντων, καὶ θεραπευτικὴ νοσούντων.

9. Hippocrates in libello de arte Medicinam ita definit, ac primùm ipſam Medicinam exiſtimauit eſſe quæ ægrotantium morbos planè tollit, morborúmque vehementias coërcet, neque à morbo victis manus curatrices admouet, quum hæc omnia reſtituere Medicam artem non poſſe cuique notum ſit. Aliter. Medicina ars eſt, quæ in hominum corporibus verſatur ac ſanitatem tuetur. Alio modo. Medica ars, eſt additio & detractio, additio quidem eorum quæ deficiunt; detractio verò eorum quæ exuperant. Alia ex Herophilo. Medicina ars eſt ſalubrium, & inſalubrium, & neutrorum. Vel ſic. Medicina ars eſt ſanitatis conſeruatrix. At plures hoc modo definierunt. Medicina eſt ars quæ ſanis victus rationem, & ægrotantibus medelas præſcribit.

Πόσα τὰ ἀνωτάτω μέρη τῆς ἰατρικῆς;

Quot ſummæ ſunt Medicinæ partes?

ι'. Τὰ ἀνωτάτω μέρη τῆς ἰατρικῆς ὄϛι δύο, θεωρία καὶ πρᾶξις. προηγεῖται δὲ τῆς πράξεως ἡ θεωρία. θεωρῆσαι γὰρ ἢ προϋτέρων χρὴ, ἔπειτα οὕτως πρᾶξαι. ἄρχὴ γὰρ τῆς ὅπῃ τῶν ἔργων τελοῦς, ἡ λόγου διδασκαλία.

10. Summæ partes Medicinæ ſunt duæ, ſpeculatio, & actio. Præcedit autem actionem ſeu praxin ſpeculatio. Speculari namque prius aliquid oportet, atque ita deinde agere; nam præceptio ratione conſtans, exercendorum operum principium eſt.

Πόσα τὰ τῆς ἰατρικῆς μέρη, καὶ τί ἕκαστόν ὄϛι μόριον;

Quot ſunt Medicinæ partes, & quid pars quæque ſit?

ια'. Μέρη τῆς ἰατρικῆς (ἃ καὶ εἴδη τινὲς καλέσαν) ἐϛὶ πέντε, φυσιολογικὸν, παθογνωμονικὸν, διαιτητικὸν, ὑλικὸν, καὶ θεραπευτικόν. φυσιολογικὸν μὲν οὖν ὄϛι τὸ περὶ τὴν θεωρίαν τῆς ἐνοικούσης ἡμᾶς, καὶ οἰκονομούσης δυνάμεως φύσεως γινόμενον. παθογνωμονικὸν δὲ, τὸ περὶ τὴν διάγνωσιν τῶν παρὰ φύσιν ὄν. διαιτητικὸν δὲ, τὸ περὶ τὴν διαίτην τῶν τε ὑγιαινόντων, καὶ τῶν νοσούντων. ὑλικὸν δὲ, τὸ περὶ τὴν ὑποκειμένην τῷ σώματι ἡμῶν ὕλην ἔχον. θεραπευτικὸν δὲ, τὸ περὶ τὴν ἴασιν, ἢ ἀνάκλησιν τῆς διεφθαρμένης ὑγιείας, καὶ ἀποκάθαρσιν αὐτῆς πραγματευόμενον.

11. Partes Medicinæ (quas & ſpecies quidam nuncuparunt) ſunt quinque, Phyſiologia, pathognomonica, diætetica, materialis, & therapeutica. Phyſiologia equidem eſt, quæ in ſpeculatione verſatur regentis nos, ac moderantis naturæ. Pathognomonica verò, quæ in rei quæ præter naturam eſt dignotione verſatur. Diætetice autem, quæ tum ſanorum, tum ægrotantium victui incumbit. Materialis quæ materiam corpori noſtro medentem continet. Therapeutica denique, quæ circa ſanationem, vel deperditæ ſanitatis reuocationem eiuſque reſtitutionem operam nauat.

Τί ὄϛιν αἵρεσις;

Quid ſecta?

ιβ'. Αἵρεσίς ὄϛι πλήθους δογμάτων πρόσκλησις τεχνικῶς συντεταγμένων, καὶ ἐφ' ἓν τέλος ἐχόντων τὴν αἰαφοράν. ἢ οὕτως. αἵρεσις ὄϛι σύϛημα δογμάτων ἀκολουθούντων ἀλλήλοις τε, καὶ τοῖς φαινομένοις, ἢ νομιζομένων ἀκολουθεῖν. δύναιτο δὲ αὖ τις, καὶ οὕτως εἰπεῖν. αἵρεσίς ὄϛι συγκατάθεσις πλειόνων δογμάτων ἀλλήλοις, καὶ τοῖς φαινομένοις ἀκολουθούντων, ἢ νομιζομένων ἀκολουθεῖν. εὑρίσκεται δὲ καὶ τοιοῦτός τις ὅρος. αἵρεσις ὄϛι πρόσκλησις πλήθους δογμάτων ἀκολουθίαν ἐχόντων ἑαυτοῖς, καὶ τοῖς φαινομένοις. ἢ οὕτως. αἵρεσις ὄϛι πρόσκλησις ὑπὸ πλήθους δογμάτων ἀκολουθίαν ἐχόντων πρὸς ἄλληλα ἐφ' ἓν τέλος.

12. Secta eſt multitudinis dogmatum propenſio arte conditorum, & ad vnum finem relationem habentium. Aut ſic. Secta eſt ſocietas decretorum, quæ tum ſe mutuò, tum apparentia conſequuntur, aut conſequi putantur. Poſſit autem aliquis ita quoque definire. Secta eſt conſenſus plurium dogmatum, quæ ſe inuicem, & apparentia conſequuntur, aut conſequi exiſtimantur. Comperitur verò huiuſmodi quædam definitio. Secta eſt aſſenſio multitudinis dogmatum quæ tum ad ſeipſa, tum ad apparentia conſequentiam habent. Aut ita. Secta aſſenſio eſt ex dogmatum multitudine, conſequentiam inter ſe ad vnum finem habentium.

Τί ὄϛι δόγμα;

Quid dogma ſeu decretum?

ιγ'. Δόγμα ὄϛι τὸ μὲν ἰδίως, τὸ δὲ κοινῶς λεγόμενον. κοινῶς μὲν ἡ ἐνέργεια πρᾴγματος συγκατάθεσις, ἰδίως δὲ πρᾴγματος συγκατάθεσις, διὸ δὴ μᾶλλον ἡ λογικὴ αἵρεσις, δογματικὴ κέκληται. δόγμα ἑκατέρως καλεῖται. τό τε δοξαζόμενον, καὶ ἡ δόξα αὐτή. τὸ μὲν πρᾶσις ὄϛι, τὸ δὲ ἀπόφανσις.

13. Dogma partim quidem propriè, partim verò communiter dicitur: communiter quidem rei in actu conſenſio; propriè verò rei comprobatio, proindéque ſanè magis rationalis ſecta dogmatica vocata eſt. Dogma vtroque modo vocatur, tum quod opinione percipitur; tum ipſa opinio. Illud pronunciatum; hoc ſententia eſt.

Πόσαι κατ' ἰατρικὴν αἱρέσεις;

Quot in Medicina ſectæ ſunt?

ιδ'. Ἰατρικῆς αἱρέσεις αἱ πρῶται δύο, ἐμπειρικὴ, καὶ λο-

14. Medicinæ ſectæ primæ duæ ſunt, Empirica, &

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 239 sur 413

Rationalis, & tertia Methodica. Quartam autem ſectam adinueniſſe videtur Agathinus Lacedæmonius quam Epiſyntheticen *accumulantem* nominauit; nonnulli verò Eclecticen *electricen*, alij Hecticen *habitricem* appellarunt.

A λικὴ, καὶ τελίτη, μεθοδικὴ. δοκεῖ δὲ καὶ τετάρτην αἵρεσιν ἐξευρεῖν Ἀγαθῖνος ὁ Λακεδαιμόνιος, ἣν ὠνόμασεν ἐπισυνθετικὴν, ἔνιοι δὲ ἐκλεκτικὴν. ἕτεροι τὴν ἑκτικήν.

Quid Empirica ſecta?

Τί ἐστιν ἐμπειρικὴ αἵρεσις;

15. Empirica quidem, ſecta eſt eorum, quæ ſæpiſſimè, & ſecundum idem, & eodem propè modo viſa ſunt.

ιε'. Ἐστιν ἡ ἐμπειρικὴ αἵρεσις τῶν πλείστακις, καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ, καὶ ὡσαύτως πως ἑωραμένων.

Quid Rationalis ſecta.

Τί ἐστι λογικὴ αἵρεσις;

16. Rationalis ſecta eſt rerum abditarum ſcientia, & hanc in medendo ſequuntur effectus ac opera.

ις'. Λογικὴ αἵρεσίς ἐστιν ἐπιστήμη τῶν ἀδήλων, καὶ ἔργα B τῶν ἐν τῇ ἰατρικῇ τούτῃ ἐπόμενα.

Quid Methodica ſecta?

Τί ἐστι μεθοδικὴ αἵρεσις;

17. Methodica ſecta cognitio eſt apparentium communitatum & proximarum, & neceſſariarum ad Medicinæ finem. Communitates verò vocat vulgus aſtrictum, fluxum, ac permixtum.

ιζ'. Ἡ μεθοδικὴ αἵρεσις γνῶσις φαινομένων κοινοτήτων τῶν στοιχείων, καὶ ἀναγκαίων τῷ τῆς ἰατρικῆς τέλει. κοινότητας δὲ λέγει τὸ τεῖνον, καὶ τὸ ῥᾴδιον, καὶ τὸ ἐπιπεπλεγμένον.

Quid Analogiſmus ſeu ratiocinatio.

Τί ἐστιν ἀναλογισμός;

18. Analogiſmus *ratiocinatio*, eſt oratio quæ ab euidenti ortum ducit, & abditi comprehenſionem facit; vt ſi ſudores ſunt, pori ſunt; ſudores etenim res quidem eſt euidens; pori verò res abdita. C

ιη'. Ἀναλογισμός ἐστι λόγος ἀπὸ φαινομένου ὁρμώμενος, καὶ ἀδήλου καταλήψιν ποιούμενος. οἷς ἐπὶ ἱδρῶτές εἰσι, πόροι εἰσίν. οἱ μὲν γὰρ ἱδρῶτες πρᾶγμά φαινόμενόν ἐστι. ὁ δὲ πόρος ἄδηλον ὑπάρχει.

Quid ſyllogiſmus?

Τί ἐστι συλλογισμός;

19. Syllogiſmus eſt oratio, in qua poſitis quibuſdam, aliud quidpiam ab iis quæ poſita ſunt, quod prius ignorabatur, neceſſariò colligitur.

ιθ'. Συλλογισμός ἐστι λόγος ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν, ἕτερόν τι τῶν τεθέντων κατ' ἀνάγκην συνάγεται πρότερον ἀγνοούμενον.

Quid Epilogiſmus.

Τί ἐστιν ἐπιλογισμός;

20. Epilogiſmus, eſt oratio quæ quod ſenſim apparet ſententiæ, id in amplificationem adducit.

κ'. Ἐπιλογισμός ἐστι λόγος ὁ προσεκφαινόμενον τῇ διανοίᾳ, εἰς ἔπαυσιν ἄγων.

Quid Theorema?

Τί ἐστι θεώρημα;

21. Theorema *præceptum*, res eſt vniuerſalis, quæ Medicinæ finem conſequens aſtruitur. Aliter. Theorema eſt effatum vniuerſale quod Medicinam complet fini continuum. Aliter. Theorema eſt, cuius contrarium rarò euenit. D

κα'. Θεώρημά ἐστι πρᾶγμα καθολικὸν ἀκολουθοῦν τῷ τέλει τῆς ἰατρικῆς τέλει. ἄλλως. θεώρημά ἐστιν ἀξίωμα καθολικὸν συμπληρωτικὸν τῆς ἰατρικῆς τέλει διωκτικές. ἄλλως. θεώρημά ἐστιν οὗ τὸ ἐναντίον σπανίως γίνεται ἐστί.

Quid eſt rarum?

Τί ἐστι σπάνιον;

22. Rarum eſt, cuius contrarium euenit.

κβ'. Σπάνιόν ἐστιν οὗ τὸ ἐναντίον γίνεται ἐστί.

Quid anceps opinio?

Τί ἐστιν ἀμφίδοξον;

23. Anceps opinio eſt, cuius contrarium peræque accidit.

κγ'. Ἀμφίδοξόν ἐστιν οὗ τὸ ἐναντίον ἐπίσης γίνεται ἐστί. E

Quid finis Medicinæ?

Τί ἐστιν ἰατρικῆς τέλος;

24. Finis eſt, cuius gratia aliquid in Medicina efficitur. Vel ſic. Finis eſt, ad quem quæcunque Medicinæ ſunt, referuntur. Poteſt quoque ita definiri. Finis eſt in Medicina id, quod aſſequuti, nihilo præterea egemus.

κδ'. Τέλος ἐστὶν οὗ ἕνεκα τὸ κατ' ἰατρικὴν πράσσεται. ἢ οὕτως. τέλος ἐστὶν ἐφ' ὃ πάντα ἀναφέρεται τὰ κατ' ἰατρικήν. δυνατὸν καὶ οὕτως ὁρίσασθαι. τέλος ἐστὶ κατ' ἰατρικὴν οὗ τυχόντες, οὐδενὸς ἔτι δεόμεθα.

Quid perfectus Medicus?

Τί ἐστι τέλειος ἰατρός;

25. Perfectus eſt Medicus, qui in ſpeculatione & praxi numeros omnes expleuit.

κε'. Τέλειός ἐστιν ἰατρὸς ὁ ἐν θεωρίᾳ, καὶ πράξει ἄπαντας ἀριθμούς.

Quid optimus Medicus?

Τί ἐστιν ἄριστος ἰατρός; F

26. Optimus Medicus eſt, qui omnia in Medicina recta ratione efficit.

κϛ'. Ἄριστος ἰατρός ἐστιν ὁ πάντα πράττων ἐν ἰατρικῇ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον.

Quid homo?

Τί ἐστιν ἄνθρωπος;

27. Homo eſt animal rationale, mortale, mentis & ſcientiæ capax.

κζ'. Ἄνθρωπός ἐστι ζῷον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 240 sur 413

Τί ἐστι ζῶον.

κη'. Ζῶόν ἐστιν οὐσία ἔμψυχος, αἰσθητική, κατ' ὁρμὴν, ἢ προαίρεσιν κινουμένη.

Τί ἐστι ψυχή;

κθ'. Ψυχή ἐστιν οὐσία ἀσώματος, αὐτοκίνητος κατὰ Πλάτωνα. κατὰ δὲ τοὺς Στωϊκοὺς, σῶμα λεπτομερὲς ἀφ' ἑαυτοῦ κινούμενον, κατὰ σπερματικοὺς λόγους. κατὰ δὲ τὸν Ἀριστοτέλη, ἐντελέχεια σώματος φυσικοῦ ὀργανικοῦ δυνάμει ζωὴν ἔχοντος. ἄλλως. ψυχή ἐστι πνεῦμα προσφυὲς ὂν ὅλῳ τῷ σώματι δι' οὗ ζῶμεν καὶ λογιζόμεθα, καὶ ταῖς αἰσθήσεσιν ὑπηρετοῦμεν ὑπηρετοῦντος τοῦ σώματος.

Τί ἐστι σῶμα;

λ'. Σῶμά ἐστι μέγεθος τριχῇ διαστατὸν, ἔχον ἐν ἑαυτῷ μῆκος, βάθος, πλάτος. ἢ, μέγεθος ἐκ τριῶν διαστημάτων συνεστηκός.

Τί ἐστι στοιχεῖον;

λα'. Στοιχεῖόν ἐστιν ἐξ οὗ πρώτου, καὶ ἀπλουστάτου τὰ πρῶτα γέγονε, καὶ εἰς ὃ ἀπλούστατον τὰ πρῶτα ἀναλυθήσεται ὂν ἔσχατον. καὶ Ἀθηναῖος ὁ Ἀτταλεὺς ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ φησὶν οὕτως. στοιχεῖα τῆς ἰατρικῆς ἐστι, καθάπερ τινὲς τῶν ἀρχαίων ὑπέλαβον, τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν, ἐξ ὧν πρώτων φαινομένων, καὶ ἀπλουστάτων, καὶ ἐλαχίστων ὁ ἄνθρωπος συνέστηκε· καὶ εἰς ἃ ἔσχατα φαινόμενα, καὶ ἀπλούστατα, καὶ ἐλάχιστα τῇ ἀναλύσει λαμβάνῃ.

Τί ἐστι στοιχείωσις;

λβ'. Στοιχείωσίς ἐστιν ἡ τῶν αὐτῶν κατὰ τὸ αὐτὸ, καὶ ὡσαύτως διδασκαλία. οἱ δὲ οὕτως. στοιχείωσίς ἐστιν ἀπὸ στοιχείων ἐπὶ τὸ τέλος ὁδός.

Ἐκ τίνων συνέστηκεν ἡμῶν τὰ σώματα;

125. Recordatio est, quum præter cætera interiecto multo tempore, rursus cogitatio oritur, adeout quæ priùs animam mouere, ad memoriam reuocentur.

Quid

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 251 sur 413

Quid Cogitatio?

126. Cogitatio eſt intima notio, notio verò rationalis imaginatio.

Quid eſt Somnus.

127. Somnus eſt remiſſio animæ ſecundum naturam à finibus ad principatum. Nonnulli verò ita. Somnus eſt, animæ delatio ſecundum naturam à finibus ad principium. Aliter. Somnus eſt quies ac ceſſatio functionum *animæ* principum. Quæ ſomni cauſa efficiens? Vtilis in cerebro materia. Vel, Somnum conciliat vtilis materia, quæ à ſtomacho in cerebrum effertur, quæque magis humidior ac mediocriter calidior eſt.

Quid Vigilia.

128. Vigilia eſt, intentio animæ à principio ad omnes corporis partes & particulas.

Quid Sanitas?

129. Sanitas eſt, primorum qui ſecundum naturam nobis inſunt humorum proba temperies, aut naturalium facultatũ actio minimè interturbata. Vel, Sanitas proba eſt, quatuor primorum elementorũ, ex quibus corpus conſtituitur, calidi, frigidi, humidi, & ſicci temperies. Nonnulli ita *definiunt*. Harmonia, id eſt, concinnitas conſtituentium hominem calidorum, frigidorum, humidorum, ac ſiccorum. *Quot ſanitatem comitantur?* Tria, pulchritudo, bonus habitus, integritas. *Qualis pulchritudo?* Pulchritudo quidem, non qualis artis fucandi per facíei illitus, capillorúmque tincturam & his ſimilia comparatur. *Quis bonus habitus?* Bonus habitus, non qui à gymnaſtica, ſed qui per ſanitatis conſequentiam conſtituitur. *Quæ integritas?* Integritas ea, quæ cunctarum partium numeris omnibus abſolutarum roboratio, commoderatióque eſt. Rurſus pulchritudinem tria comitantur, bonus color; proportio membrorum; ac numeri concinnitas. Nonnulli itaq; pulchritudinem ita definiunt; Pulchritudo eſt, partium proportio, & concinnitas cum coloris probitate, probus enim color, partium proportio, & numeri concinnitas ſunt, quibus ineſt pulchritudo. *Quid à bono habitu differt ſanitas?* Sanitas à bono habitu differt, quòd ſanitas bonus ſit habitus commoderatus; habitus autem bonus, ſanitas intenſa. Bonus verò gymnaſticorum habitus ne ſanitas quidem vlla eſſe poteſt.

Quot corporis & quot animi virtutes?

130. Virtutes quidem corporis ſunt, ſanitas, robur, pulchritudo, integritas. Animi verò virtutes prudentia, modeſtia, fortitudo, iuſtitia. Quænam eſt illarum ad has analogia? Sanitas equidem ad modeſtiam analogiam habet. Eſt enim ſanitas, bona primorum temperies, ac conſtitutio; temperantia autem eſt, purum ab omni affectu animum reddere, nempe voluptate, metu, triſtitia, cupiditate; quam ob cauſam animi motus imperturbatos tranquillóſque exhibet; eſtque hæc animæ conſtitutio, ac ſanitas. Rurſus proportione robur corporis, animi fortitudini conſentit. Eſt enim robur, firmitas, ac vis inexpugnabilis corporis ab iis rebus, quæ corrumpere corpus cenſentur. Fortitudo verò, animi robur, & ſtrenuitas ad ea perferenda, quæ mortis, laboris, ærumnæ, ac denique omnium, quæ grauia, & terri-

Τί ὄϛιν ἐπίνοια;

ρκϛ'. Ἐπίνοια ὄϛιν ἐναποκειμένη νόησις, νόησις δὲ λογικὴ, φαντασία.

Τί ὄϛιν ὕπνος;

ρκζ'. Ὕπνος ὄϛιν ἄνεσις ψυχῆς κ) φύσιν ἀπὸ τῶν ἀφράτων ὅπι ὃ ἡγεμονικόν. οἱ δὲ οὕτως. ὕπνος ὄϛιν ἡ ψυχῆς καταφορὰ κ) φύσιν ἀπὸ τῶν ἀφράτων ὅπι τὸν ἐγκέφ. ἄλλως. ὕπνος ὄϛιν ἠσυχία, καὶ παῦλα τῶν ἡγεμονικῶν. τίς ποιητικὴ αἰτία τ῀ ὕπνου; ἡ ἐν ἐγκεφάλῳ χρήσιμος ὕλη. ἢ, ἀγαθοποιὸς ὄϛιν ἡ χρήσιμος ὕλη ἀπὸ τ῀ στομάχου εἰς τ῀ ἐγκέφαλον ἀναφερομένη, κ) ἡ μᾶλλον ὑγροτέρα, κ) μετρίως θερμοτέρα ὄϛι.

Τί ὄϛιν ἐγκήρησις;

ρκη'. Ἐγκήρησίς ὄϛιν ἔντασις ψυχῆς, κ) ἀπὸ τῆς ἀρχῆς εἰς πάντα τὰ μέρη, κ) τὰ μόρια τ῀ σώματος.

Τί ὄϛιν ὑγίεια;

ρκθ'. Ὑγίεά ὄϛι τῶν πρώτων κ) φύσιν ἡ εὐκρασία τῶν ἐν ἡμῖν χυμῶν, ἢ τῶν φυσικῶν δυνάμεων ἀπρόσκοπος ἐνέργεια. ἢ, ὑγίεά ὄϛιν εὐκρασία τῶν πεπερασμένων πρώτων στοιχείων ἐξ ὧν ὃ σῶμα συνέϛηκε, θερμοῦ, ψυχροῦ, ὑγροῦ, ξηροῦ· οἱ δὲ οὕτως. ἁρμονία τῶν συνιϛώντων τ῀ ἀνθρώπου, θερμῶν τε, καὶ ψυχρῶν, ὑγρῶν τε, καὶ ξηρῶν. πόσα πρέπει τῇ ὑγιείᾳ; τρία. κάλλος, εὐεξία, ἀρτιότης. κάλλος ποῖον; κάλλος μὲν οὐχ ὁ ποῖον κωμικοῖς δι' ὑπογεισμάτων προσώπου, καὶ βαφῆς τριχῶν, κ) τῶν τούτοις ἐοικότων προσαναπλούμενον. ποία εὐεξία; εὐεξία δὲ ἡ οὐχὶ ἀπὸ γυμναϛικῆς, ἀλλ' ἡ κατ' ἐπακολούθησιν τῆς ὑγιείας συνιϛαμένη. ποία ἀρτιότης; ἀρτιότης δ' ὄϛιν ἡ τῶν μερῶν ἀπηρτισμένων ῥώσις τε, καὶ συμμετρία. πάλιν δὲ τῷ καλλῶ πρέπει τρία, εὐχροια, καὶ μελῶν ἀναλογία τε, καὶ εὐρυθμία. ἔνιοι γοῦν ὅλως ὃ κάλλος οὕτως ὡρίσαντο. κάλλος ὄϛιν εὐρυθμία μελῶν μετ' εὐχροίας. εὐχροια καὶ μελῶν ἀναλογία τε, καὶ εὐρυθμία εἰϛι, ὃ κάλλος. τί διαφέρει ὑγίεά εὐεξίας; ὑγίεά εὐεξίας τούτῳ διαφέρῃ, ὅτι ὑγίεά μὲν καὶ ἔϛιν εὐεξία συμμέτρως, ἡ δὲ εὐεξία, ὑγίεά ὑπερτεταμένη· ἡ δὲ ὅπι τῶν γυμναϛικῶν εὐεξία, οὐδὲ ὑγίεά ἂν ὡς εἴη.

Ποῖαι ἀρεταὶ σώματος, καὶ ποῖαι ψυχῆς;

ρλ'. Ἀρεταὶ μὲν σώματος, ὑγίεα, ῥώμη, κάλλος, ἀρτιότης. ψυχῆς δὲ ἀρεταὶ, φρόνησις, σωφροσύνη, ἀνδρεία, δικαιοσύνη. τίς τούτων ἀναλογία; ὑγίεια μὲν πρὸς σωφροσύνην. ἡ μὲν γὰρ ὑγίεά, εὐκρασία τῶν πρώτων, καὶ σύϛασίς ὄϛι. ἡ δὲ σωφροσύνη ὃ καθαρὸν πάντως πάθους τοῦ ψυχροῦ, ἡδονῆς, φόβου, λύπης, ἐπιθυμίας· δι' ὧν αἰτίαν ταῖς ὁρμαῖς τῆς ψυχῆς ἀταράχοις παρέχειν· καὶ σύϛασις αὕτη ψυχῆς ὄϛι, ἡ ὑγίεά. πάλιν ἀναλογία ὄϛι, ῥώμη σώματος πρὸς ἀνδρείαν ψυχῆς. ἡ μὲν γὰρ ῥώμη εὐτονία ὄϛι σώματος, καὶ ἰσχὺς ἀκαταγώνιϛος τοῖς νομιζομένοις ὃ σῶμα φθείρειν. ἡ δὲ ἀνδρεία, ῥώμη ψυχῆς, καὶ ἰσχὺς πρὸς τὰς ὑπομονὰς τῶν ἰσχυρῶν φαντασιῶν θανάτου, πόνου, θλαπτωρείας, καὶ καθ' ὅλου πάντως, τῶν δοκούντων εἶναι

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 252 sur 413

δίνου καὶ φοβερόν. παρεσκεύασε δὲ τὴν κάλλει πάλιν ἡ δικαιοσύνη· ὁ μὲν γὰρ κάλλος ἐν συμμετρίᾳ μελῶν μετ' εὐχροίας νοεῖται· ἡ δὲ δικαιοσύνη, ἐν συμμετρίᾳ τῆς ἑκάστου ἐπικαλλοντος ἑκάστου. ἀπονεμητικὴ γάρ ἐστιν ἑκάστῳ τῶν παρὰ ἀξίαν, οἷς θεοῖς, γονεῦσι, συγγενέσι, φίλοις, οἰκείοις, πολίταις. τῇ δὲ φρονήσει, ἡ ἀκρότης. ἀκρότης μὲν γὰρ συμπλήρωσίς ἐστι τῶν τῆς ψυχῆς ὀρθῶν καταλήψεων, ὥσπερ καὶ τῶν μελῶν. οὕτω δὲ καὶ ἡ φρόνησις.

A bilia esse videntur, speciem impensiùs præ se ferunt. Similis autem iustitia pulchritudini videtur; Pulchritudo namque in membrorum symmetria cum coloris bonitate intelligitur: Iustitia autem, in eius commoderatione, quod in re quaque exuperat; Cuique enim pro dignitate tribuit, vt diis, parentibus, cognatis, amicis, familiaribus, ciuibus. Prudentiæ verò integritas confertur. Integritas namque vt partium corporis, sic & prudentia rectarum animi comprehensionum consummatio est.

Τί ἐστι κατὰ φύσιν, καὶ παρὰ φύσιν, καὶ φύσει, καὶ οὐ φύσει.

Quid secundum naturam, præter naturam, natura, & non natura.

ρλα'. Τὸ κατὰ φύσιν, μὲν ἐστιν ἡ ὑγίεια. τὸ δὲ παρὰ φύσιν, ἡ νόσος. τὸ φύσει δὲ, οὔτε κατὰ φύσιν ἐστὶν, οὔτε ἤδη παρὰ φύσιν, οἷος ὁ λευκὸς ἄγαν, καὶ ξηρὸς, ἢ ὁ παχὺς ἤδη, καὶ πιμελώδης, ἢ ὁ γρυπὸς, ἢ ὁ γλαυκὸς, ἢ ὁ σιμὸς, ἢ ὁ ῥεβὸς· οὗτοι καὶ οὕτως ἔχοντες, κατὰ φύσιν μὲν οὐ διάκεινται, παρὰ φύσιν δὲ οὐκ ἤδη μὲν γὰρ καὶ οὗτοι τὸ σύμμετρον. οὐδὲ μὲν παρὰ φύσιν ἔχουσιν, οὐ γὰρ ἐμποδίζονται εἰς τὰς ἐνεργείας. τὸ δὲ οὐ φύσει, τοιοῦτόν ἐστι, τὸ μήτε παρὰ φύσιν ἐστὶ, μήτε κατὰ φύσιν, μήτε φύσει ἐστί. ὥσπερ οἱ τὰς λεύκας ἔχοντες, καὶ τὰς ἀκροχορδώνας, ἄλφους τε καὶ μύρμηκας, καὶ εἴ τι ὅμοιον. τοῦτα γὰρ οὔτε κατὰ φύσιν, ἔξω γάρ εἰσι τῶν κατὰ φύσιν, οὔτε μὲν παρὰ φύσιν, οὐδὲ γὰρ ἐμποδίζει τὰς κατὰ φύσιν ἐνεργείας. οὔτε δὲ φύσει, οὐ γὰρ ἐξ ἀρχῆς γέγονεν, οὐδ' ἀπὸ τῆς πρώτης γενέσεως. λείπεται ἄρα οὐ φύσει εἶναι. ἐλαττοῖ δὲ τὴν λέξιν, τὴν κατὰ φύσιν, τὸ φύσει· καὶ τὴν παρὰ φύσιν, τὸ οὐ φύσει.

B 131. Equidem quod secundum naturam, sanitas est; quod verò præter naturam, morbus. Quod autem est natura, id neque secundum naturam, neq; præter naturã iam est; vt gracilis admodum, ac siccus; vel crassus iam, & præpinguis; vel qui naso est adunco, vel simo; vel cæsius; vel qui varus, aut varia est natura; qui ita se habent, non sunt secundum naturam affecti; nam hi symmetriam transgressi sunt; sed nec præter naturam quoque afficiuntur; non enim in functionibus edendis impediuntur. Quod autem non natura, eiusmodi est, vt neque secundum naturam, neque præter naturam, neque natura existat: Tales sunt qui leucas, aut alphos, aut acrochordones, aut myrmecias, ac similia habent. Hæc enim neque secundum naturam sunt, nam extra naturalem sunt statum; neque verò præter naturam, quum naturales minimè lædant actiones; verùm neque natura sunt; nõ enim ea fuere à principio genita, neque à prima generatione cõstitere; nõ natura ergo vt sint, relinquitur. Enimverò, quod constat natura, ei quod secundũ naturã, & quod nõ natura, ei quod præter naturã, ratione proximũ est.

Τίνα μὲν πρὸς τὸ ζῆν μόρια, καὶ τίνα δὲ πρὸς τὸ εὖ ζῆν γεγονότα τυγχάνει;

Quæ partes tum ad viuendum, tum ad bene viuendum procreatæ sunt?

ρλβ'. Τῶν ἐν ἡμῖν μερῶν, τὰ μὲν πρὸς τὸ ζῆν ἡμᾶς ἀπὸ τῆς φύσεως, τὰ δὲ πρὸς τὸ εὖ ζῆν ἀπὸ τῆς φύσεως γέγονε. τὰ μὲν οὖν πρὸς τὸ ζῆν γεγονότα, τὰ κύρια τυγχάνει, οἷς ἐγκέφαλος, καὶ καρδία, καὶ πνεύμων, καὶ ἧπαρ, καὶ γαστὴρ· ὧν παθόντων ἢ ἐξ αὐτάγκης, ἤτοι παραυτίκα, ἢ ὕστερον τὸ ζῶον τελευτᾷ. τὰ δὲ πρὸς τὸ εὖ ζῆν, ὀφθαλμοὶ, πόδες, χεῖρες, καὶ τὰ ἄλλα μόρια. τούτων γὰρ παθόντων, ζῇ μὲν τὸ ζῶον, ζῇ δὲ οὐ καλῶς.

C 132. Quæ partes nobis insunt, aliæ quidem ad viuendum à natura, aliæ verò ad bene viuendum à natura procreatæ sunt. Quæ itaque partes ad viuendum progenitæ sunt, propriæ ac principes habentur vt cerebrum, cor, pulmo, iecur, & ventriculus, his enim prauè affectis, animal protinus, aut postmodum necessariò interit. Quæ verò ad bene viuendum, oculi, pedes, manus, & cætere partes. his namque affectis, viuit quidem animal, sed fœliciter minùs viuit.

Τί ἐστι νόσος;

Quid Morbus.

ρλγ'. Νόσος ἐστὶ δυσκρασία τῶν φυσικῶν κατὰ φύσιν· ἢ, δυσκρασία τῶν ἐν ἡμῖν χυμῶν. ἢ, τῶν φυσικῶν δυνάμεων παραπλησμός. ἢ, ἐκ βραχέος τοῦ σώματος ἐν τῷ κατὰ φύσιν, εἰς τὸ παρὰ φύσιν. ἢ, νόσος ἐστὶ δυσκρασία τῶν φυσικῶν, καθ' ὃ ὑπερκρατεῖ τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, ἢ τὸ θερμὸν, ἢ τὸ ὑγρόν. αἱ νοσώδεσταται κατασκευαὶ τῶν σωμάτων, ἐξ ἐναντίων τῇ κράσει συγκεῖνται μορίων, ὥσπερ αἱ ἀρίσται κατασκευαὶ τῶν σωμάτων, συνεστήκασιν ἐκ συμμέτρων μὲν τῶν ὀργανικῶν, ἐξ εὐκρασίας δὲ τῶν ὁμοιομερῶν.

D 133. Morbus est primorum, quæ secundum naturam consistunt, *corporum* intemperies. Vel; eorum quæ nobis insunt humorum intemperies. Vel; naturalium facultatum impeditio. Vel; euersio corporis ab eo qui secundum naturam est statu in eum qui præter naturam. Vel; Morbus, est primorum intemperies, in qua siccum, aut frigidum, aut calidum, aut humidum exuperat. Morbosissimæ corporum constitutiones ex contrariis temperamento constant partibus quemadmodum optimæ corporum structuræ sunt ex organicarum partium symmetria, & ex similarium proba temperie.

Τί ἐστι πάθος;

Quid affectio?

ρλδ'. Πάθος ἐστὶ παραπλησμὸς τῆς κατὰ φύσιν ἐνεργείας νοσώδης, ἢ τινος, ἢ τινων, ἢ μιᾶς, ἢ πλειόνων τῶν τῆς φύσεως ἐνεργημάτων. τινὲς δὲ οὕτως, ὡς Ηερόφιλιοι. πάθος ἐστὶ τὸ μὴ παραπλησμὸς ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ λυόμενον, καὶ ἐλάττονι δὲ ποτε, καὶ ἐν πλείονι.

E 134. Affectio, est interturbatio alicuius qui secundum naturam est actionis morbosa, aut quarundam, aut vnius, aut omnium naturæ functionum. Quidam verò, vt Herophilei, hoc modo. Affectio est quæ non semper eodem tempore soluitur, sed in breuiore quandoque, interdum & longiore.

Quid

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 253 sur 413

Quid ægritudo? & quomodo diuiduntur morbi?

135. Ægritudo, eſt affectio morboſa aut totius corporis aut partis. Adhæc; morborum alij quidem continui ſunt, alij intermittentes, alij acuti, alij peracuti, alij diuturni. Continui ſunt, hemitritæus, typhodes quæ ita vocatur, & febris ardens. Intermittentes hi ſunt quotidiana, tertiana, quartana, quintana & his ſimiles. Acuti ſunt phrenitis, lethargus, pleuritis, peripneumonia, febres ardentes, & tertianæ continuæ. Peracuti, ſunt ſynanche, cynanche, apoplexia, cholera, tetanus, & his ſimiles. Diuturni, ſunt tabes, epilepſia, arthritis, nephritis, hydrops, marcor, & his conſimiles. Morborum præterea quidam acuti ſunt, & continui; vt ardentes febres, phrenitides, pleuritides; hi enim acuti & continui ſunt. Nonnulli neque acuti, neque continui vt diuturni morbi. Quidam verò acuti quidem ſunt; non autem continui; vt tertianæ febres. Quidam denique continui quidem ſunt, non autem acuti vt hemitritæi, & typhodes febres.

A Τί ἐστι νόσημα, καὶ πῶς διαιρεῖζονται αἱ νόσοι;

ρλε'. Νόσημά ἐστιν ἕξις νοσώδης, ἢ ὅλου τοῦ σώματος, ἢ μέρους. ἔστι τῶν νοσημάτων τὰ μὲν ἐστι συνεχῆ, τὰ δὲ διαλείποντα, τὰ δὲ ὀξέα, τὰ δὲ καταξέα, τὰ δὲ χρόνια. συνεχῆ μὲν ὁ ἡμιτριταῖος, καὶ ὁ τυφώδης οὕτω καλούμενος πυρετὸς, καὶ ὁ καῦσος. διαλείποντα δέ ἐστι τὰ ἀμφημερινὸς, τριταῖος, τεταρταῖος, πεμπταῖος, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. ὀξέα δὲ, φρενῖτις, λήθαργος, πλευρίτις, περιπνευμονία, καῦσοι, καὶ τριταῖοι συνεχεῖς. καταξέα δὲ, συνάγχη, κυνάγχη, ἀποπληξία, χολέρα, τέτανος, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. χρόνια δὲ, φθόη, ἐπιληψις, ἀρθρῖτις, νεφρίτις, ὕδρωψ, ἀτροφία, καὶ τὰ τούτοις ἐοικότα. ἔστι τῶν νοσημάτων τὰ μὲν ἐστιν ὀξέα, καὶ συνεχῆ, ὡς οἱ καῦσοι, καὶ φρενῖτιδες, καὶ πλευρίτιδες· καὶ γὰρ ὀξέα ταῦτα καὶ συνεχῆ τυγχάνει. τὰ δὲ οὔτε ὀξέα, οὔτε συνεχῆ, ὡς τὰ χρόνια νοσήματα. τὰ δὲ ὀξέα μέν, οὐ συνεχῆ δὲ, ὡς οἱ τριταῖοι πυρετοί· τὰ δὲ συνεχῆ μέν, οὐκ ὀξέα δὲ, ὡς ἡμιτριταῖοι, καὶ οἱ τυφώδεις.

B

Quot ſunt febrium tempora?

136. Febrium ſtatus quatuor ſunt, quos etiam tempora nominant, inſultus, incrementum, vigor, declinatio.

Πόσοι εἰσὶν οἱ τῶν πυρετῶν καιροί;

ρλς'. Τῶν πυρετῶν τέτταρές εἰσι καιροὶ, οὓς καὶ χρόνους προσαγορεύομεν, εἴσοδον, αὔξησιν, ἀκμὴν, καὶ παρακμήν.

C

Quot morborum differentias nouit Hippocrates.

137. Hippocrates nouem morborum differentias nouit, acutum, peracutum, malignum, diuturnum, medium, exitialem, ſalutarem, periculoſum, periculi expertem.

Πόσας τῶν νοσημάτων διαφορὰς οἶδεν ὁ Ἱπποκράτης;

ρλζ'. Τῶν νοσημάτων διαφορὰς εἶδεν Ἱπποκράτης ἀνέα, ὀξὺ, κατοξὺ, κακόηθες, χρόνιον, μέσον, ἰλέθριον, σωτήριον, ἐπικὸς, κινδυνώδες, ἀκίνδυνον.

Quid eſt morbus acutus?

138. Morbus acutus eſt, qui & viribus, & ſpecie magnus eſt, & periculoſus, quique vt plurimum ſeptem diebus iudicatur. Aliter. Acutus morbus eſt, qui magnus eſt & ad vigorem celeriter peruenit. Vel ex Hippocrate. Acutus morbus, magnus & periculoſus morbus eſt, quique plurimos enecat. Aliter. Acutus morbus eſt is, qui facilem ſolutionem, vel internecionem, quantum in ipſo eſt, habet.

Τί ἐστιν ὀξὺ νόσημα;

ρλη'. Ὀξὺ μὲν οὖν ἐστι πάθος ὃ δυνάμει, καὶ φαντασίᾳ μέγα, καὶ χαλεπὸν, κρινόμενον τὰ πλεῖστα ἐν ἑπτὰ ἡμέραις ἑπτὰ. ἄλλως. ὀξὺ νόσημα μέγα τί ἐστι, καὶ πρὸς τὴν ἀκμὴν ἐπειγόμενον διὰ ταχέων. ἢ, ἐκ τῶν Ἱπποκράτους, ὀξὺ νόσημά ἐστιν ὃ μέγα, καὶ ὀλέθριον ὃ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων κτείνει. ἄλλως. ὀξὺ πάθος ἐστὶ τὸ εὐπετῆ τὴν λύσιν ἢ αἵρεσιν, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, ἔχον.

D

Quid eſt morbus peracutus?

139. Morbus peracutus eſt affectus acuto vi & ſpecie maior & difficilior, qui ferè ſeptem diebus iudicatur; hunc etiam acutiſſimum appellare conſueuit Hippocrates. Aliter. Peracutus morbus is eſt, qui ſtatim in ſummo vigore viget; Per ſtatim autem, circa primum quaternarium, vel paulò poſt intelligendum. Aliter. Morbus peracutus eſt qui ſeptimum diem non tranſgreditur; ſed aut in eo, aut etiam maturius iudicatur.

Τί ἐστι κατοξὺ νόσημα;

ρλθ'. Κατοξὺ πάθος ἐστὶ τὸ δυνάμει, καὶ φαντασίᾳ μεῖον καὶ χαλεπώτερον τοῦ ὀξέος, τὰ πλείστα κρινόμενον ἐν ἑπτὰ ἡμέραις ἑπτά. τοῦτο καὶ ὀξύτατον προσαγορεύειν εἴωθεν Ἱπποκράτης. ἄλλως. κατοξὺ νόσημά ἐστι τὸ αὐτίκα ἀκμάζον. αὐτίκα δὲ ἀκουστέον περὶ τὸ τετράδιον, ἢ μικρὸν τούτου ὑστερον. ἄλλως. μεταξὺ νόσημά ἐστι τῆς ζ' ἡμέρας οὐκ ὀξυτέρως προϊόν, ἀλλ' ἤτοι κατ' αὐτὴν, ἢ καὶ πρωϊαίτερον κρινόμενον.

E

Quid eſt malignus morbus?

140. Malignus morbus eſt, qui facultate quidem magnus eſt, & difficilis, ſpecie verò debilis, neque ſtatuta iudicationis habet tempora. Aliter; Malignus morbus vocatur, qui ægris periculum minatur, nec ſpem ſalutis adimit.

Τί ἐστι κακόηθες νόσημα;

ρμ'. Κακόηθες νόσημά ἐστι τὸ δυνάμει μὲν μέγα, καὶ χαλεπὸν, φαντασίᾳ δὲ ἀσθενές, οὐκ ἔχον κρίσεως χρόνους ὡρισμένους. ἄλλως. κακόηθες νόσημά ἐστιν ὅσον κίνδυνον ἀπειλεῖ τοῖς κάμνουσιν, οὐκ ἀποκόπτει τὴν τῆς σωτηρίας ἐλπίδα.

F

Quid morbus diaturnus?

141. Morbus diuturnus eſt, qui in peius mutatur, ac melius; in menſibus, anniſque iudicatur, aut etiam cum homine interit.

Τί ἐστι χρόνιον νόσημα;

ρμα'. Χρόνιον νόσημά ἐστι τὸ μεταβάλλον ὀλίγον ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἢ ὀλίγον ἐπὶ τὸ κρεῖττον, καὶ κρινόμενον ἐν μησὶ, καὶ ἐνιαυτοῖς, ἢ καὶ συναποθνῄσκον τῷ ἀνθρώπῳ.

Τί ἐστι μέσον νόσημα;

ρμβ'. Μέσον νόσημά ἐστι ὃ μεταξὺ χρονίου, καὶ ὀξέος, μεταβαλλον, καὶ αὖθ' ὅπη ὃ χρῆσιν, καὶ ὅπη ὃ χεῖρον. κρινόμενον τεσσαράκοντα, ἢ ὀγδοήκοντα.

Τί ἐστιν ὀλέθριον νόσημα;

ρμγ'. Ὀλέθριον νόσημά ἐστι ὃ πάντη πάντως ὄλεθρον ἐπιφέρον, ἤτοι ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, ἢ ἐν πλείονι.

Τί ἐστι σωτηρικός νόσημα;

ρμδ'. Σωτηρικὸς νόσημά ἐστιν, ὃ οὐδέποτε αὐταρκτικὸν γίνεται, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ· ὅπερ πολλάκις δι' ἁμάρτημα κινδυνώδες γίνεται.

Τί ἐστι κινδυνώδες νόσημα;

ρμε'. Κινδυνώδες νόσημά ἐστι ὃ ῥοπὴν ἴσην ἔχον, καὶ πρὸς ὄλεθρον, καὶ πρὸς σωτηρίαν. λέγοιτο δ' ἂν τοῦτο, καὶ ἀμφίβολον.

Τί ἐστιν ἀκίνδυνον νόσημα;

ρμς'. Ἀκίνδυνον νόσημά ἐστι ὃ ἀεὶ ῥέπον ἐς σωτηρίαν, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, τῇ δυνάμει τοιοῦτον ὑπάρχον τοῦ σωτηρικόν.

Τί ἐστι μέγα νόσημα;

ρμζ'. Μέγα καὶ φαντασίαν νόσημά ἐστιν, ὡς ὃ ἐν σαρκωμάτοις τόποις τραῦμα, πολὺν ἔχον τόπον· ὃ δὲ κατ' ἀποτέλεσμα μέγα νόσημα, ὡς ὃ κατὰ νεῦρον, ἢ μυὸς νύγμα, σμικρὸν τὸν ὄγκον μικρὸν φαινόμενον, δυνάμει δὲ μέγα ὑπάρχον.

Τί ἐστιν ἀῤῥώστημα;

ρμη'. Ἀῤῥώστημά ἐστι νόσημα ἐγκεχρονισμένον μετ' ἀδυνείας πλείονος. ἢ, Ἀῤῥώστημά ἐστι νόσημα ἀδυνές, ἐλαττοῦν τὴν δύναμιν.

Τί ἐστιν ἔμμονον νόσημα;

ρμθ'. Νόσημα ἔμμονόν ἐστιν ἔμμονος κατάστασις παρὰ φύσιν τοῖς τὰ μετέχοντα τῆς ζωῆς σώματα· οἱ Ηροφίλειοι πάλιν λέγουσιν εἶναι ὃ δύσλυτον, καὶ ἀκίνητον, οὐ τὴν αἰτίαν ἐν ὑγροῖς ἔχον.

Τί ἐστι τὰ σποραδικὰ νοσήματα;

ρν'. Σποραδικὰ νοσήματά ἐστι τὰ ἐν παντὶ χρόνῳ, καὶ τόπῳ γινόμενα. ἄλλως. σποραδικὰ νοσήματά ἐστιν ἃ καθ' ἕκαστα ἰδίᾳ ἑκάστου. ἄλλως. σποράδες αἱ νόσοι διαφοραὶ, οὐχ ὁμογλυφὲς, ἄλλαι ἄλλοις συμβαίνουσιν.

Τί ἐστι τὰ ἔνδημα;

ρνα'. Ἔνδημά ἐστι τὰ ἔν τισι πλεοναζοντα τόποις. ἄλλως. ὅσα πλεοναζῇ διὰ παντὸς ἔν τινι χώρᾳ, ἃ τοῦτ' ἐστιν ἔνδημα.

Τί ἐστι τὰ ἐπίδημα;

ρνβ'. Ἐπίδημά ἐστι τὰ κατά τινας χρόνους παρὰ πλείονας ἐν ταὐτῷ τόπῳ γινόμενα.

Τί ἐστι λοιμός;

ρνγ'. Λοιμός ἐστι νόσημα ὅπη πάντας, ἢ τοὺς πλείστους παραγινόμενον ὑπὸ διαφθορᾶς ἀέρος, ὥστε τοὺς πλείστους ἀπόλλυσθαι. φέρεται δὲ καὶ τοιοῦτός τις ὅρος. λοιμός ἐστι κοινὸν

A

Quid medius morbus?

142. Medius morbus, qui inter diuturnum & acutum eſt is quoque in melius, ac deterius commeat; atque in ſexaginta fere, aut octoginta diebus iudicatur.

Quid morbus exitialis?

143. Exitialis eſt morbus, qui prorſus exitium adfert, vel breui, vel plurimo tempore.

Quid morbus ſalutaris?

B 144. Salutaris morbus eſt, qui nunquam fit peremptorius, quantum per ſe. Quoniam multoties ob errorem periculoſus euadit.

Quid morbus periculoſus?

145. Periculoſus morbus eſt, qui ad perniciem & ſalutem æquale habet momentum; is anceps quoque dici poteſt.

Quid morbus non periculoſus, ſeu ſecurus?

146. Non periculoſus *vel ſecurus* morbus, eſt qui ſemper ad ſalutem, quantum in ipſo eſt,
C vergit, idémque facultate cum ſalutari eſt.

Quid morbus magnus?

147. Morbus ſpecie magnus, eſt vt vulnus in carnoſis locis, multum ſpatij occupans; Magnus autem re, vel effectu, vt punctura in neruo, vel muſculo, quæ parua viſui apparet; facultate autem magna eſt.

Quid infirmitas?

148. Infirmitas ſeu aduerſa valetudo, morbus eſt inueteratus multa cum imbecillitate. Vel;
D Infirmitas eſt morbus imbecillis, vires diminuens.

Quid morbus permanens?

149. Morbus permanens eſt diſpoſitio præter naturam corporum vitam participantium, quem affectum eſſe aiunt Herophilei, qui nec facile ſoluitur, neque facilè dimouetur; eiuſque eſſe in humidis cauſam.

Quid morbi ſporadici ſiue diſperſi?

150. Morbi ſporadici, ſunt qui omni tempore & loco exoriuntur. Aliter. Morbi ſporadici ſunt
E qui ſeparatim quemque inuadunt. Alio modo. Morbi diſperſi, diuerſi, non eiuſdem generis, alij aliis contingentes.

Quid morbi vernaculi ſeu publici?

151. Vernaculi morbi, ſunt qui quibuſdam in locis frequentius affluunt. Aliter. Morbi vernaculi, ſunt qui perpetuò regionem aliquam occupant.

Quid morbi vulgares ſeu epidemij?

152. Vulgares morbi, ſunt qui temporibus quibuſdam plures eodem in loco corripiunt.
F

Quid peſtilentia?

153. Peſtilentia eſt morbus qui in omnes, aut plurimos graſſatur, ab aëris corruptela proueniens; quo fit, vt quamplurimi intereant. Fertur & quædam huiuſmodi definitio. Peſtilentia, eſt commu-

nis

nis affectus plurimorum, qui ſub idem tempus per vrbes, nationéſque acuta pericula, mortéſque infert acutas. Definire & hoc modo poſſumus. Peſtilentia eſt conuerſio aëris, adeout nec ordinem proprium ſeruent anni tempora, ſimúlque plures ex eodem morbo intereant.

A πάθος πλείστων, ὑπὸ τ' αὐτὸν χρόνον καὶ πόλεις, ἢ ἔθνη ὀξεῖς κινδυνώδεις, καὶ θανατικὰς ἐπιφέρον. δυνατὸν καὶ οὕτως ὁρίσασθαι. λοιμός ἐστι ζώπυρα ἀέρος, ὥστε μὴ τετηρηκέναι τὰς ὥρας τοῦ ἰδίαν τάξιν, μηδ' ὑπὸ τοῦ καὶ πολλοὺς ἀποθνήσκειν ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ νοσήματος.

Quid cauſa & quetuplex?

154. Cauſa, eſt quæ in corpore aliquid efficit; expersque ipſa eſt corporis. Vel cauſa eſt (vt tradunt Philoſophi) alicuius rei effectrix, aut cuius gratia aliquid fit. Triplex autem cauſa eſt; Alia quidem eſt euidens; alia verò antecedens; alia denique continens ſeu coniuncta.

Τί αἴτιον ἁπλοῦν.

ρνδ'. Αἴτιόν ἐστιν ὃ ποιοῦν τι ἐν τῷ σώματι, καὶ αὐτὸ ἀσώματόν ἐστι. ἢ, αἴτιόν ἐστιν, ὡς οἱ φιλόσοφοι λέγουσι, τὸ ἕνεκα ποιητικὸν, ἢ δι' ὅ, τι γίνεται. τριπλοῦν δὲ αἴτιον· ἔστι δὲ τὸ μὲν προκαταρκτικὸν, τὸ δὲ προηγούμενον, τὸ δὲ συνεκτικόν.

B

Quid cauſa procatarctica ſiue euidens?

155. Cauſa euidens, eſt quæ peracto opere diſceſſit; quemadmodum canis quum momordit, & ſcorpius, quum ictum inſlixit, & inuſtio à ſole, quæ febrem molitur. Athenæus autem Attalenſis ſic inquit; Cauſa, eſt ea quæ facit; hæc autem eſt procatarctica. Aliter, Cauſæ euidentes ſunt, quæ ante totam operis conſummationem exiſtunt, quáſque nulla præcedit.

Τί ἐστι τὸ προκαταρκτικὸν αἴτιον;

ρνε'. Προκαταρκτικὸν μὲν οὖν ἐστιν ὃ ποιῆσάν τι τὸ ἀποτέλεσμα, κεχώρικεν, ὡς ὁ δακὼν κύων, καὶ ὁ πλήξας σκόρπιος, καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἔγκαυσις ἢ τὴν πυρετὸν ἐργαζομένη. Ἀθηναῖος δὲ ὁ Ἀτταλεὺς οὕτω φησίν. αἴτιόν ἐστι τὸ ποιοῦν. τοῦτο δέ ἐστι τὸ προκαταρκτικόν. ἄλλως. τὰ προκαταρκτικὰ αἴτιά ἐστιν, ὅσα προκαταρχὴ τῆς ὅλης συντελείας τοῦ ἀποτελέσματος, καὶ ὧν οὐδὲν προηγεῖται.

C

Quid cauſa antecedens?

156. Antecedens cauſa eſt, quæ ab euidente vel comparatur, vel adiuuatur, coniunctámque antecedit. Nonnulli verò ſic; Antecedens cauſa eſt, qua præſente, adeſt effectus; & augeſcente, augetur, & imminuta, imminuitur, & ſublata, tollitur.

Τί ἐστι τὸ προηγούμενον αἴτιον;

ρνς'. Προηγούμενον αἴτιόν ἐστι τὸ ὑπὸ τοῦ προκαταρκτικοῦ ἤτοι κατασκευαζόμενον, ἢ συνεργούμενον, καὶ προηγούμενον τοῦ συνεκτικοῦ. οἱ δὲ οὕτως. προηγούμενον αἴτιόν ἐστιν ᾧ παρόντος, παρέστι τὸ ἀποτέλεσμα, καὶ αὐξομένου αὔξεται, καὶ μειουμένου, μειοῦται· καὶ ἀριθμοῦ, ἀριθμεῖται.

Quid cauſa continens ſeu coniuncta?

157. Cauſa continens eſt, quæ præſens præſentem ſeruat morbum, & ſublata ſimul tollit, vt calculus in veſica, vt aquula, vt pterygium, vt encanthis, aliáque eiuſmodi quæ cauſas coniunctas vocant, vt præclariſſimi Medici qui ea non in cauſarum duntaxat, ſed & in affectuum ratione ponunt.

Τί ἐστι τὸ συνεκτικὸν αἴτιον;

ρνζ'. Συνεκτικὸν αἴτιόν ἐστιν, ὃ παρὸν μὲν, παρουσάμ φυλάττει τὸ νόσον. ἀναιρούμενον δὲ, ἀναιρεῖ. ὡς ὁ ἐν τῇ κύστει λίθος, ὡς ὑδατίς· ὡς πτερύγιον, ὡς ἐγκάνθις· ὡς ἄλλα τοιαῦτα συνεκτικὰ καλούμενα αἴτια, ἅπερ οἱ ῥηνικώτατοι τῶν ἰατρῶν οὐκ ἐν αἰτίων μόνον λόγῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν παθημάτων ὑφέντων ταῦτα.

D

Quid cauſa abſoluta ſeu præcipua?

158. Cauſa perfecta, ſeu per ſe finiens, eſt ipſa quæ per ſe finem facit.

Τί ἐστι τὸ αὐτοτελὲς αἴτιον;

ρνη'. Αὐτοτελὲς αἴτιόν ἐστι τὸ αὐτὸ καθ' αὑτὸ ποιοῦν τέλος.

Quid Concauſa?

159. Concauſa eſt, quæ cum alia pares obtinens vires, opus molitur, id verò facere ſola per ſe ipſa non poterat.

Τί ἐστι συναίτιον;

ρνθ'. Συναίτιόν ἐστιν ὃ σὺν ἑτέρῳ δυνάμιν ἴσην ἔχον, ποιοῦν τὸ ἀποτέλεσμα, αὐτὸ δὲ κατ' ἰδίαν μόνον οὐ δυνάμενος ποιῆσαι.

E

Quid cauſa adiuuans?

160. Adiutrix cauſa eſt quæ opus quidem confieit, ſed ægrè, quapropter alteri conſonatur, quò rem conſequatur facilius, quam promptè obire ſeorſum nequit.

Τί ἐστι συνεργὸν αἴτιον;

ρξ'. Συνεργόν ἐστιν αἴτιον, ὃ ποιοῦν ἀποτέλεσμα, δυσχερῶς δὲ, συλλαμβάνον πρὸς ὃ ῥᾷον αὐτὸ γενέσθαι, κατ' ἰδίαν δὲ ποιῆν οὐ δυνάμενον.

Quid cauſæ manifeſtæ?

161. Cauſæ manifeſtæ, ſunt quæcunque ex ſe ipſis facientes agentéſque ſenſu deprehenduntur. Aliqui hoc modo. Manifeſtæ ſunt cauſæ, quæ & apparent ipſæ, & opus conſentaneè ſibi fieri oſtendunt.

Τί ἐστι τὰ πρόδηλα αἴτια;

ρξα'. Πρόδηλά ἐστιν αἴτια ὅσα ἐξ ἑαυτῶν καταλαμβάνεται δι' αἰσθήσεως ποιοῦντά τε, καὶ ἐνεργοῦντα. οἱ δὲ οὕτως. πρόδηλά ἐστιν αἴτια ἃ καὶ αὐτὰ φαίνεται, καὶ ἀποφαίνει ὃ ἀποτέλεσμα συμφώνως αὐτοῖς γινόμενον.

F

Quid non manifeſtæ cauſæ? quid abditæ ſeu obſcuræ?

162. Non manifeſtæ cauſæ ſunt, quæ non ex ſeipſis, ſed per ſigna deprehenduntur; quemadmodum obſcuræ, quæ neque ex ſeipſis, neque ex aliis noſcuntur.

Τί ἐστι τὰ οὐ πρόδηλά τε, καὶ ἄδηλα αἴτια;

ρξβ'. Οὐ πρόδηλα αἴτιά ἐστιν ὅσα οὐκ ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλὰ διὰ σημείων καταλαμβάνεται· καθάπερ δὲ ἄδηλα, ὅσα οὔτε ἐξ ἑαυτῶν, οὔτε ἐξ ἄλλων καταλαμβάνεται.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 256 sur 413

Τί ἐστι τὰ πρὸς χρηρὸν ἄδηλα;

ρξγ'. Πρὸς χρηρὸν ἄδηλά ἐστιν ὅσα ἀποκαλυφθέντα μὴ μόνοι ἐξ ἑαυτῶν φαίνεται, προσλαμβάνεται δὲ τοῖς σώμασι, διὰ σημείων γνωρίζεται. ἢ οὕτως. πρὸς χρηρὸν ἄδηλά ἐστι τὰ μὲν παρεμπεσόντα ἴσως ἀπόντα, αὖθις δὲ εἰς τὸ αὐτὸ τὴν αἴσθησιν ἐλθεῖν δυνάμενα.

Τί ἐστι σημείωσις;

ρξδ'. Σημείωσίς ἐστιν εἶδος σημείου, ἢ διὰ σημείου, ἢ διὰ σημείων κατάληψις. ἢ, σημείωσις σημεῖόν ἐστι τὸ ἴσως ἀδήλου δηλωτικόν.

Τί ἐστι σημεῖον;

ρξε'. Σημεῖόν ἐστι τοῦ μέλλοντος συμβήσεσθαι διάγνωσις. ἴσως δὲ οὕτως. σημεῖόν ἐστι οὗ γνωσθέντος, ἕτερόν τι ἐξ αὐτοῦ καταλαμβάνεται. ἢ πρότερον ἀγνοούμενον ἡμῖν γινώσκεται καταλαμβανόμενον.

Τί ἐστι τὸ παθογνωμονικόν;

ρξς'. Παθογνωμονικόν ἐστιν τῶν τε ἐντὸς, καὶ τῶν ἐκτὸς σημείωσις. ἢ, παθογνωμονικόν ἐστιν ἐξ οὗ γινώσκεται ὁ πάθος. ἢ, παθογνωμονικόν ἐστι ὃ τῆς τοῦ πάθους ἰδέας δηλωτικόν.

Τί ἐστι πρόγνωσις τε καὶ προγνωστικόν;

ρξζ'. Πρόγνωσίς ἐστιν ὑπόληψιν τῶν ἀποβήσεσθαι μελλόντων. ἢ, πρόγνωσίς ἐστι ὃ προεπίστασθαι τὰ μέλλοντα συμβήσεσθαι τῷ σώματι. προγνωστικὸν σημεῖόν ἐστιν ἐξ οὗ γινώσκεσθαι ὃ μέλλον.

Τί ἐστι πρόῤῥησις;

ρξη'. Πρόῤῥησίς ἐστι πρόγνωσις, καὶ προαγόρευσις τοῦ μέλλοντος.

Τί ἐστι συνδρομή;

ρξθ'. Συνδρομή ἐστι συνοδος τῶν συμπτωμάτων. ἢ ὃ τῶν συμπτωμάτων ἄθροισμα. ἢ ὃ τῶν συμπτωμάτων ἄθροισμα φαινομένων σαφῶς ἅπασιν.

Τί ἐστι σύμπτωμα;

ρο'. Σύμπτωμά ἐστι τοῦ πάθους ὑπόμνημα.

Τί ἐστι τὰ βοηθητικὰ σημεῖα;

ροα'. Βοηθητικὰ σημεῖά ἐστιν ἐξ ὧν παρομοιούμεθα τῆς ἐπ' αὐτοῖς τετηρημένης θεραπείας.

Τί ἐστι βοήθημα;

ροβ'. Βοήθημά ἐστι ὃ ἐπ' ὠφελείᾳ προσαγόμενον ἀνθρώποις, συνδετον ἐκ ποιότητος, ποσότητος, τάξεως, καιροῦ.

Τί ἐστι θεραπεία;

ρογ'. Θεραπεία ἐστὶν ἡ τῶν νοσημάτων αἵρεσις ἤδη γεγυμνωμένη, οὐ γυμνωθεῖσα ἔτι. ἢ, θεραπεία ἐστὶ τάξις βοηθημάτων ἀκολουθίαν ἐχόντων. ἢ, καιρὸς ἢ χρόνος, ἢ τάξις καθορθώματος. ἢ ὑπιτηδειότης χρόνου ἐν ᾗ βοηθουμένοις τοῖς κάμνουσιν.

Τί ἐστι καιρός;

ροδ'. Καιρός ἐστι χρήσεως χρόνος ὀξὺς τῆς τῶν πραγμάτων ὠφελείας.

A

Quid ad tempus obſcuræ cauſæ?

163. Ad tempus obſcuræ ſunt, quæ detectæ ex ſe ipſæ non apparent, & adiunctæ corporibus per ſigna cognoſcuntur. Vel ſic. Pro tempore abditæ ſunt eæ, quæ abſunt aliquandiu, ac rurſus venire ſub ſenſum valent.

Quid ſignificatio vel notatio?

164. Significatio, eſt ſigni idea; vel eſt per ſignum, vel per ſigna perceptio. Vel Notatio, eſt ſignum, quod rem minus patentem quampiam declarat.

B

Quid Signum?

165. Signum, eſt rei quæ contingere debet, dignotio. Nonnulli hoc pacto; Signum eſt, quo cognito, aliud quidpiam ex ipſo deprehenditur. Vel quod priùs ignotum nobis erat cognoſcitur, ac percipitur.

Quid ſignum Pathognomonicum affectui proprium?

166. Pathognomonicum *ſeu affectum notans*, eſt tum interiorum, tum exteriorum ſignificatio. Vel; Pathognomonicum eſt ſignum ex quo affectus di-
C gnoſcitur. Vel; Pathognomonicum, eſt quod affectionis ſpeciem ſignificat.

Quid Prænotio, & prognoſticum ſignum?

167. Prænotio, eorum quæ euenire debent, ſcientia eſt. Aut; Prænotio, eſt præſcire quæ corpori ſunt euentura. Prognoſticum ſignum, eſt ex quo futurum noſcitur.

Quid Prædictio?

168. Prædictio, eſt futuri prænotio; prænunciatióque.

D

Quid Syndrome vel concurſus?

169. Syndrome *vel concurſus* eſt congreſſus ſymptomatum. Vel ſymptomatum collectio. Vel ſymptomatum cumulus omnibus liquido apparentium.

Quid Symptoma?

170. Symptoma, eſt affectus acceſſorium; vel conſectarium.

Quid Auxiliaria ſigna?

E 171. Auxiliaria ſigna, ſunt ea, ex quibus curationis, quæ in ipſis obſeruata eſt, commouemur.

Quid Auxilium?

172. Auxilium eſt, quod hominibus ad ſalutem admouetur, ex quantitate, qualitate, ordine, atque occaſione conſtans.

Quid Curatio?

173. Curatio, eſt morbi ſublatio quæ iam facta eſt, non quæ adhuc fit. Vel Curatio, eſt ordo auxiliorum conſequentiam habentium. Vel; Opportu-
F nitas, & tempus, & ordo emendationis obeundæ. Vel; Temporis commoditas, in qua opem ferimus laborantibus.

Quid Occaſio?

174. Occaſio, eſt commodæ functionis tempus præceps, & commodi vſus rerum agendarum.

Quid

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 257 sur 413

Quid ſignum Demonſtratiuum?

175. Demonſtratiuum ſignum eſt, quod primariò in abditæ alicuius rei conſequentis deprehenſionem per ſe ducit.

Τί ἐστι τὸ ἐνδεικτικὸν σημεῖον;

ροε'. Ἐνδεικτικόν σημεῖόν ἐστι ὃ ἀρχικῶς εἰς κατάληψιν ἀδήλου τινὸς ἀκολουθοῦντος καθ' ἑαυτὸ ἄγον.

Quid Commemorans ſignum?

176 Commemorans ſignum (vt aiunt Empirici) res quæ apparens, atque ex præuia obſeruatione innoteſcens ad rei quæ cognoſcitur memoriam conducit.

Τί τὸ ὑπομνηστικόν;

ροϛ'. Ὑπομνηστικὸν σημεῖόν ἐστιν, ὡς οἱ ἐμπειρικοὶ λέγουσι τὸ φαινόμενον καὶ γινωσκόμενον ἐκ τῆς τοῦ δεῖνα τηρήσεως, χρήσιμον εἰς ὑπόμνησιν γινωσκομένου τοῦ σήματος.

Quid Præſentia præſentium ſigna?

177. Præſentium ſignorum omnium præſentia ſigna ſunt pathognomonica omnia quæ affectum demonſtrant: hæc enim quum fiunt & adſunt, affectus quoque permanent; quum verò ceſſant; morbi quoque ſoluuntur,

Τί ἐστι τὰ παρόντα τῶν παρόντων σημεῖα;

ροζ'. Παρόντων τῶν σημείων πάντων τὰ παρόντα σημεῖα, ἔστι πάντα τὰ παθογνωμονικά. τούτων γὰρ γινομένων καὶ τὰ παρόντων, μένει καὶ τὰ πάθη. παυομένων δὲ λύεται, καὶ τὰ νοσήματα.

Quid Præſentia præteritorum ſigna?

178. Præſentia præteritorum ſigna ſunt à quibus præteritum ſignificatur; vt facti prius vlceris cicatrix.

Τί ἐστι τὰ παρόντα τῶν παρελθόντων σημεῖα;

ροη'. Παρόντα τῶν παρελθόντων σημεῖα, ἀφ' ὧν παρελθὸς ἐστιν, ὡς ἡ οὐλὴ τοῦ παρελθημένου ἕλκους.

Quid Præſentia futurorum ſigna?

179. Præſentia verò futurorum ſigna ſunt à quibus futurum ſignificatur; vt cadaueroſa facies mortis ſignum eſt.

Τί ἐστι τὰ παρόντα τῶν μελλόντων σημεῖα;

ροθ'. Παρόντα δὲ τῶν μελλόντων σημεῖά ἐστι, ἀφ' ὧν καὶ μέλλον. ὡς ὁ νεκρώδης πρόσωπον τοῦ θανάτου.

Quid Præterita præteritorum ſigna?

180. Præterita præteritorum ſigna ſunt, vt à declinatione remiſſio, deceſſionis *morbi ſignum* eſt.

Τί τὰ παρελθόντα τῶν παρελθόντων σημεῖα;

ρπ'. Παρελθόντα τῶν παρελθόντων σημεῖα, ὡς ἡ κατὰ τὸν παροξυσμὸν ἄνεσις, τοῦ παρακμάζειν.

Quid Præterita præſentium ſigna?

181. Præterita præſentium ſigna ſunt, vt demorſum eſſe ab aſpide, inter exitialia cenſeri. Quidam verò ita definiunt; Præterita præſentium ſigna ſunt, vt tenue inteſtinum vulneratum, inter exitialia eſſe vulnera.

Τί τὰ παρελθόντα τῶν παρόντων σημεῖα;

ρπα'. Παρελθόντα παρόντων, ὡς ὁ δεδηχθαι ὑπὸ ἀσπίδος, τοῦ ἐν ὀλεθρίοις εἶναι τοῦτο. οἱ δὲ οὕτως. παρελθόντα παρόντων σημεῖά ἐστιν, ὡς ὁ διεῤῥῶχθαι ὃ λεπτὸν ἔντερον, τοῦ ἐν ὀλεθρίοις εἶναι τοῦτο.

Quid Præterita futurorum ſigna?

182. Præterita verò futurorum ſigna ſunt; vt confracto oſſe callum contrahente: Callum enim id contrahere oportet ad reſtitutionem. Nonnulli verò ſic; Præterita futurorum ſunt, vt ex capite dempto oſſe cicatricem cauam ſequuturam.

Τί τὰ παρελθόντα τῶν ἐσομένων σημεῖα;

ρπβ'. Παρελθόντα δὲ τῶν ἐσομένων σημεῖά ἐστιν, ὡς τοῦ συντριβέντος ὀστοῦ πώρωσιν ὑπιδεχομένου. πωρωθῆναι γὰρ δεῖ τοῦτο κατὰ τὸν ἀποκατάστασιν. οἱ δὲ οὕτως. παρελθόντα δ' ἐσομένων, ὡς τοῦ ἀφαιρεθέντος ἐκ τῆς κεφαλῆς ὀστοῦ τὸν οὐλὸν ἔσεσθαι κοίλον.

Quid Superuenientia præſentium ſigna?

183. Superuenientia præſentium ſigna ſunt, vt in ſenibus ſauciatum periclitari ex vulnere.

Τί τὰ ἐπιγινόμενα παρόντων σημεῖα;

ρπγ'. Ἐπιγινόμενα δὲ παρόντων σημεῖα, ὡς ὑπὸ τραύματι κινδυνεύειν τὸ τρωθέντα ὑπὸ γερόντων.

Quid Superuenientia ſuccedentium ſigna?

184. Superuenientia verò ſuccedentium ſigna ſunt, vt ex vulnere conuulſio; non enim vulneratus viuit præterea, quem conuulſio excepit.

Τί δὲ καὶ τὰ ἐπιγινόμενα τῶν ἐπιγινομένων;

ρπδ'. Ἐπιγινόμενα δὲ τῶν ἐπιγινομένων, ὡς ὁ ὑπὸ τραύματι ἀπασμός, οὐκ ἔτι γὰρ ὁ τρωθεὶς ζῇ ὁ ἀπαθείς.

Quid Febris?

185. Febris eſt, innati caloris ad ſtatum præter naturam euerſio, pulſibus & vehementioribus & frequentioribus redditis. Vel; Febris eſt, cordis, arteriarúmque calor præter naturam vitale robur lædens, qui ab alto emergens tactui occurſat; ac maximè pro ſpeciei febris ratione, quædam ordinis peruerſitas pulſibus accedit.

Τί ἐστι πυρετός;

ρπε'. Πυρετός ἐστιν ἡ τοῦ ἐμφύτου θερμοῦ εἰς ὃ παρὰ φύσιν ἐκβοπή, τῶν σφυγμῶν σφοδροτέρων τε καὶ πυκνοτέρων γιγνομένων. ἢ, πυρετός ἐστι θερμότης παρὰ φύσιν καρδίας, καὶ ἀρτηριῶν βλάπτουσα τὸ ζωτικὸν γένος, ἀναφερομένη τε ἐκ βάθους παρεπιπίπτουσα τῇ ἁφῇ, καὶ μάλιστα διὰ τάξεως τοῦ εἴδους τοῦ πυρετοῦ παρεγγένεσθαι τοῖς σφυγμοῖς. οἱ δὲ οὕτω.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 258 sur 413

πυρετὸς ἐστὶ πλεονασμὸς θερμασίας νοσώδης, ἢ μάλιστα τῆς ἐκ βάθους ἀναφερομένης μετὰ φλογὸς σφυγμῶν ἐπὶ τὸ πυκνότερον καὶ σφοδρότερον. οἱ δὲ οὕτως. πυρετός ἐστι δυσκρασία τοῦ φυσικοῦ πνεύματος ἐπὶ τὸ θερμότερον, καὶ ξηρότερον.

A Aliqui & hoc modo, Febris exuperantia eſt caloris morboſi ſeſe potiſſimum ab alto efferentis cum pulſuum mutatione in frequentiorem ac vehementiorem. Quidam autem ſic; Febris eſt, naturalis ſpiritus ad calidiorem ac ſicciorem ſtatum degenerans.

Τί ἐστι συνεχής;

Quid Febris continua?

ρπς'. Πυρετὸς συνεχής ἐστιν ὁ μὴ διαλείπων, μήτε νυκτὸς, μήτε ἡμέρας. ἀνέσεις δὲ καὶ ἐπιδόματα, καὶ προξυσμοὺς ἐπιφέρων. ἢ, συνεχῆ πυρετὸν καλοῦσι τὸν εἰς ἀπυρεξίαν τελείως μὴ παυόμενον, κἂν φλογμὴ ὡς αὐθημερὸν φαίνηται.

186. Febris continua eſt quæ neque noctu, neque interdiu intermittit; remiſſiones verò, inducias, & exacerbationes infert. Vel Continua Febris eſt, quæ ad integritatem, antequam ex toto ſoluatur, non deſinit, etſi remiſſio aliquo ſenſu perſpicua appareat.

B

Τί ἐστι συνοχος;

Quid Febris continens ſeu ſynochos?

ρπζ'. Πυρετὸς συνοχός ἐστιν ὁ ἀεὶ ἴσως διαμένων, μήτε νυκτὸς, μήτε ἡμέρας διαλείπων, μήτε ἀνέσεις, μήτε προξυσμοὺς ἐπιφέρων.

187. Febris continens, eſt ea, quæ perænquè perdurat, neque noctu, neque interdiu intermittit; neque remiſſiones, neque exacerbationes infert.

Τί ἐστι καῦσος;

Quid Febris ardens vel cauſus.

ρπη'. Καῦσός ἐστιν ὁ μετὰ πυρώσεως πολλῆς γινόμενος ἀπόλλυσι μηδεμίαν τοῦ σώματι παρέχων, γλαῦσσαν ἐπιξηραίνων, μελαίνων, ἐπιθυμίαν ψυχροῦ παρέχων, μετὰ ἀναπνοῆς μεγάλης, καὶ θερμῆς ὅ σῶμα ἐπ' ἄλγος διατιθείς.

188. Febris ardens eſt, quæ cum feruore multo fit, nullam requiem corpori præbet, linguam afficcat, denigrat, frigidæ deſiderium adfert, & cum magna reſpiratione & calore corpus doloreafficit.

C

Τί ἐστι πεμφιγώδης πυρετός;

Quid Febris Pemphigodes ſeu flatulenta?

ρπθ'. Πεμφιγώδης ἐστὶ πυρετὸς ὁ διὰ τὴν ἐπίτασιν τῆς θερμασίας φλυκίδας ἀνὰ τὸ στόμα παρασκευάζων.

189. Pemphigodes febris eſt, quæ per caloris intenſionem phlyctidas *puſtulas* in ore excitat.

Τί ἐστι λιπυρείας πυρετός;

Quid Lipyria febris?

ρμ. Λιπυρείας δὲ πυρετὸς, ἐφ' οὗ τὰ ἄκρα, καὶ ἡ ἐπιφάνεια ψύχεται· καίεται δὲ ὁ βαθὺς, ἐπέχονται δὲ αἱ ἀποκρίσεις, διψῶσι γλῶσσα τραχεῖα, σφυγμὸς μικρὸς, καὶ ἀμυδρὸς· ἄτε ἔτι νενδυκότος τοῦ θερμοῦ.

190. Lipyria febris, *eſt ea* in qua extrema, & ſuperficies refrigerantur, vritur profundum, excretiones detinentur, aſpera ſitientibus lingua eſt, pulſus paruus, atque obſcurus; quaſi calor ſe intrò receperit.

D

Τί ἐστι ῥοώδης πυρετός;

Quid Fluens febris?

ρμα'. Ροώδης πυρετὸς, ὁ μετὰ ῥύσεως κοιλίας, πολλάκις δὲ καὶ ἐμέτων, παρεψυξὰς ἐπιφέρων, καὶ ταχείαν καθαίρεσιν τῆς δυνάμεως, μετὰ δίψους, καὶ ἀγρυπνίας, καὶ μικρότητος σφυγμῶν.

191. Fluens febris *eſt*, quæ cum alui fluore, ſæpe verò & vomitibus refrigerationem infert, ſubitámque virium deiectionem, cum ſiti, & inſomnio, & pulſuum paruitate.

Τί ἐστι στεγνὸς πυρετός;

Quid Aſtricta febris?

ρμβ'. Στεγνὸς πυρετός ἐστιν ὁ ἐναντίος τῷ ῥοώδει, οὐκ ἐπιφέρων ἐκκρίσεις, τοὺς σφυγμοὺς μεγάλους διαφυλάττων, ἰσχναίνων βραδύτερον καὶ τὸν χρόνον τὸ σῶμα.

192 Aſtricta febris, contraria eſt fluenti, excretiones non infert, pulſus magnos ſeruat, longiore ſpatio temporis corpus emaciat.

E

Τί ἐστιν ὁ ἰκτερώδης πυρετός;

Quid Auriginoſa febris?

ρμγ'. Ἰκτερώδης ἐστὶ πυρετὸς ὁ τὴν χροιὰν ὁμοίαν ἰκτέρῳ παρασκευάζων, ἣν δὴ μετεωρίζων, γλῶσσαν ἐπιξηραίνων, τὴν ἐπιφάνειαν ὀδυνῶν, ἀεὶ αὐχμηρὰν, καὶ ὠχρὰν παρασκευάζων.

193. Auriginoſa febris, ea eſt, quæ ſimilem ictero colorem molitur, iecur in ſublime attollit, linguam afficcat, cutis ſuperficiem fœdam, ſqualidam ac luteam reddit.

Τί ἐστι λοιμώδης πυρετός;

Quid Peſtilens febris?

ρμδ'. Λοιμώδης πυρετὸς, ἔστιν ὁ μετὰ πολλῆς θερμασίας δίψος ἀνηκέστου ἐπιφέρων. ἐμέτους χολῆς πανταχοῦ, δυσώδεις κοιλίας ἐκκρίσεις, βραγχωδῶν φέρων, ὥστε ἐμφερῆ εἶναι τὰ ἀποκρινόμενα τοῦ ἀπὸ τῆς ἕλης βραγχώδους· οὐρα πολλὰ καὶ δυσώδη, ἐξανθήματα, σφυγμοὺς ταχεῖς, μικροὺς καὶ ἀμυδροὺς ἐπιτελῶν.

194. Peſtilens febris eſt, quæ cum multo calore ſitim inſanabilem inuehit, bilis omnis generis vomitus, fœtidas alui excretiones, ac virulentas, vt paludum graueolentiæ ſint quæ excernuntur ſimilia, vrinas multas ac graueolentes, exanthemata, pulſus celeres, paruos, ac ſubobſcuros inducit.

F

Quid

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 259 sur 413

Quid febris Typhodes ſiue fumoſa?

195. Typhodes febris (quam nonnulli vapidam ac madentem appellitant) eſt quæ ſudores fœtidos inducit. Vel; Typhodes febris eſt, quæ cum ſtupore ſit & intenſam cum furore mentis habet alienationem.

Quid Torpida febris?

196. Torpida febris eſt, quæ cum capitis grauitate prouenit, vel ſanguinis per nares profluuio, vel excretionis ſuppreſſionem adfert, aut ex neceſſitate moleſtam corporis lapſionem.

Quid febris Horrida vel horrifica?

197. Horrida febris eſt, quæ calorem habet rigori permixtum; & pulſus admodum imbecillos; adeò vt ne in tactum veniant, ſed qui velut intrò receſſerunt; in ea venter tumefactus murmurat, lingua valde humida, quiddam acido ſimile habens, quo tanquam ſaliua circumluitur.

Quid Typus?

198. Typus, eſt intenſionum remiſſionúmque ordinata redditio. Vel ita; Typus eſt, vnius affectionis tempus, cui & acceſſio, & remiſſio ordinata contingit.

Quid Periodus vel circuitus?

199. Periodus eſt, tempus in morbis, ex intenſione, & remiſſione conſtans. Vel; Periodus, eſt ſimilis ad idem reditus, vel motus. Vel ſic; Periodus eſt in morbis diuturnis intenſionis & remiſſionis ſimilis ad idem reditus.

Quid Quotidiana?

200. Quotidiana febris eſt, quæ vnoquoque die ac nocte vt plurimum eadem hora inuadit.

Quid Tertiana?

201. Tertiana eſt febris, quæ vno die, vel nocte inſultat, ſequente intermittit, tertio repetit.

Quid Quartana?

202. Quartana eſt, quæ vno die, vel vna nocte inuadit, deinde biduum intermittit, aut noctes duas, quarto verò rurſum accedit.

Quid Hemitritæus, vel ſemitertiana?

203. Hemitritæus eſt, (quam nos ex ſenis ſententia enuntiantis primo Epidemiorum febrem continuam acutam appellamus) quæ prorſus quidem non intermittit, ſed diem vnum aut noctem leniorem infert, alterum grauiorem. At Methodici Hemitritæum paruam duabus conſtare intermiſſionibus putauerunt. Mediam Hemitritæum vocitant, quæ tres intermiſſiones ſuſcipit. Magnam denique, quæ quatuor intermiſſiones complectitur.

Quid Erraticæ febres?

204. Erraticæ febres vocantur, quæ non præfinitæ, nec recto ordine, ſed incerto ſtatu proueniunt.

Quid Diaſtole?

205. Diaſtole eſt, eleuatio ac velut excitatio cordis, arteriarũ, cerebri, & meningum in longitudinẽ

Τί ὄϛι τυφώδης πυρετός;

ρμϵ'. Τυφώδης ὄϛιν, οἵ ἵνες ἐλαιώδη, καὶ νοτώδη παρεσαρθρώσιν, ἱδρῶτας ὀπτιφέρων δυσώδϵς. ἢ, τυφώδης ὄϛι πυρετὸς ὁ μϵτ' ἀφροσύνης γινόμϵνος, καὶ μϵτ' ὀπισθότονου ἐξιστάμϵνος.

Τί ὄϛι ναυτώδης πυρετός;

ρμϛ'. Ναυτώδής ὄϛιν πυρετὸς ὁ μϵτ' καρηβαρείας γινόμϵνος, ἢ ἀφ' μυξωτήρων αἱμορραγίας ἐπάγων, ἢ ἐποχλοῦ ἀποκρίσϵως, ἢ παρὰ ἀνάγκην δυσυμπαθησίαν τοῦ σώματος.

Τί ὄϛι φρικώδης πυρετός;

ρμζ'. Φρικώδης ὄϛιν ὁ αἰφνιδίως μϵτὰ ῥίγους τοῦ θϵρμασίαν, καὶ σφυγμοὺς ἄγαν ἀδϵνϵῖς. ὥϛϵ μήτϵ τῆς ἁφῆς ἀφικϵσθαι, ἀλλ' ὡς ἀπϵνδυκότας. γαστὴρ ὠγκωμϵνη βορβορύζουσα, γλῶσσα ὑγρὰ πάνυ, ὀζυζούσῃ ὁμοίαν, καὶ ὥσπϵρ σίελῳ παρϵιλυγμένη.

Τί ὄϛι τύπος;

ρμη'. Τύπος ὄϛιν ἐπιτάσϵων τϵ, καὶ ἀνέσϵων τϵταγμένη ἀποδόσις. ἢ οὕτως. τύπος ὄϛι χρόνος ἑνὸς πάθους, ᾧ ἡ προσβολὴ, ϵ ἀφάλλϵμα τϵταγμένον συμβαίνϵ.

Τί ὄϛι παρίοδος;

ρμθ'. Τϵρίοδός ὄϛιν ἓξ ἐπιτάσϵως, καὶ ἀνέσϵως ἐν νοσήμασι χρόνος. ἢ, παρίοδός ὄϛιν ἡ ὅτι ὅ αὖθ' ὁμοία ἐπάνοδος, ἢ κίνησις. ἢ οὕτως. παρίοδός ὄϛιν ἐν νοσήμασι χρονίοις ἡ ἐξ ἐπιτάσϵως, καὶ ἀνέσϵως ἀπόδοσις.

Τί ὄϛιν ἀμφημϵρινός;

σ'. Ἀμφημϵρινός ὄϛιν ὁ καθ' ἑκάϛην ἡμέραν, καὶ νύκτα κϛ' ὅ πλῆϑος τῆς αὐτῆς ὥρας ἐπισημαίνων.

Τί ὄϛι τριταῖος;

σα'. Τριταῖός ὄϛιν ὁ μίαν, ἤτϵ ἡμέραν, ἤτϵ νύκτα ἐπισημαίνων, τῇ δὲ ἑξῆς ἀφαλείπων, καὶ ἀφ' τρίτης πάλιν γινόμϵνος.

Τί ὄϛι τϵταρταῖος;

σβ'. Τϵταρταῖός ὄϛιν ὁ μίαν μὲν ἡμέραν ἢ νύκτα ἐπισημαίνων, δύο δὲ ἀφαλείπων ἡμέρας, ἢ νύκτας, ἀφ' δὲ τῆς τϵτάρτης πάλιν γινόμϵνος.

Τί ὄϛιν ἡμιτριταῖος;

σγ'. Ἡμιτριταῖός ὄϛιν (ὃν ἡμϵῖς λέγομϵν κϛ' τ' παλαιὸν τ' Ἱπποκράτους ἐν τῷ πϵρὶ τῶν ἐπιδημιῶν, πυρετὸν συνϵχῆ ὀξύν) ὅ μὲν ὅλον οὐ ἀφαλείπονα, μίαν δὲ κουφοτέραν, καὶ μίαν βαρυτέραν ἐπιφϵρόντα. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς μϵθόδου ἡμιτριταῖον μικρὸν τῶν δύο ἀφαλλομάτων ἔφησαν. μέσον δὲ ἡμιτριταῖον καλοῦσι τῶν ἀφασημάτων τριῶν ἐφαπτόμϵνον. μέγα δὲ τῶν τϵσσάρων ἐφαπτόμϵνον ἀφασημάτων.

Τί ϵἰσιν οἱ πλανῆται πυρετοί;

σδ'. Πλανῆται πυρετοὶ καλοῦνται οἱ μὴ ὡϵισμένως, μηδὲ διὰκτως, ἀλλ' ἀκαταστάτως γινόμϵνοι.

Τί ὄϛιν ἡ διαστολή;

σϵ'. Διαστολή ὄϛιν αἴρσις, καὶ οἷ ἐπαύξησις καρδίας, καὶ ἀρτηριῶν, καὶ ἐγκεφάλου, καὶ μηνίγγων, κϛ' μήκους,

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 260 sur 413

καὶ πλάτος, καὶ βάθος, αἰσθητὴ πρὸς τὴν ἔπαρσιν τῆς ἀφῆς. οἱ δὲ οὕτως. Διαστολή ἐστι διαίρεσις, καὶ οἷ ἐπῆρσεν καρδίας, καὶ ἀρτηριῶν κατὰ μῆκος, καὶ κατὰ πλάτος αἰσθητὴ πρὸς τὴν αἴρεσιν τῆς ἀφῆς.

A latitudinem, profunditatémque in ſenſum tactus eadens ad eleuationem. Alij autem ſic; Diaſtole explicatio eſt ac veluti eminentia cordis, & arteriarum in longitudinem & latitudinem ſenſilis ad elationem tactui.

Τί ἐστι συστολή;

Quid Syſtole.

σϛ'. Συστολή ἐστι στεναγωγὴ, καὶ σύμπτωσις τούτων κατὰ μηδὲν αἴσθησιν οὐ κινοῦσα, τῷ δὲ δι' ὅλου καὶ ἀκολούθῳ καταλαμβανομένη.

206. Syſtole eſt collectio & collapſus iſtorum, quæ ſenſum quidem non mouet, cæterorum bona ac conſentanea ratione deprehenditur.

Τί ἐστι παλμός;

Quid Palpitatio?

σϛ'. Παλμός ἐστιν ἔπαρσις, καὶ βύρεσις σώματος ἐπικούντος, καὶ μὴ αὐτιτυπούντος, ὑπὸ πνεύματος γινόμενος, οὐκ ἀεὶ κατακολουθῶν, ἀλλὰ κατὰ χρόνους τινὰς γινόμενος. οἱ δὲ οὕτως. παλμός ἐστιν ἔπαρσις, καὶ ὕφεσις σωμάτων μυωδῶν ὑπὸ πνεύματος ἀποτελούμενος, οὐκ ἀεὶ γινόμενος. ἄλλως. παλμός κίνησις ἀβούλητός τε, καὶ ἀκούσιος ἐπαιρομένων τε, καὶ καταφερομένων τῶν παλλομένων μερῶν. ἢ, παλμός ἐστι μὲν κατὰ φύσιν, ἐν ἅπασι δὲ γίνεται τοῖς μορίοις ὅσα γε διαστέλλεσθαι πέφυκεν.

207. Palpitatio, eſt elatio, & ſubmiſſio cedentis corporis, nec renitentis, quæ fit à ſpiritu, nec perpetuò durat, ſed certis cietur temporibus. Alij ſic; Palpitatio, eſt elatio, & ſubmiſſio muſculoſorum corporum, quæ à ſpiritu efficitur, nec ſemper fit, ſed ſtatis temporibus. Alio modo; Palpitatio eſt, motus inuoluntarius & inuitus partium quæ dum palpitant, attolluntur & deferuntur. Vel; Palpitatio eſt dilatatio quidem præter naturam, & fit in omnibus quæ diſtendi natura poſſunt partibus.

Τί μέγας σφυγμός; τί μικρός; τί μέσος;

Quid Magnus pulſus? quid parus? quid medius?

ση'. Μέγας ἐστὶ σφυγμὸς ὁ κατὰ μῆκος, καὶ βάθος, καὶ πλάτος τῆς ἀρτηρίας ἐπὶ πολὺ διϊσταμένης γινόμενος.

Μικρὸς σφυγμός ἐστιν ὁ τοιοῦτον ἐπ' ἐλάχιστον κατὰ μῆκος, καὶ βάθος, καὶ πλάτος ἐπαιρομένης τῆς ἀρτηρίας ἐπιτελούμενος.

Μέσος ἐστὶν ὁ μεταξὺ τούτων ἀμφοτέρων καθ' ἑκάτερον τὸ μῆκος, καὶ κατὰ τὸ κύκλον, αὐάληψίν τε, καὶ τῆς περιφερείας ὑποπιπούσης.

208. Magnus pulſus eſt, qui fit arteria multum ſeſe in longitudinem, profunditatem, ac latitudinem diducente.

Paruus pulſus eſt, qui contrà in minimum ſpatium longitudinis, profunditatis, latitudiniſque aſſurgente arteria perficitur.

Medius eſt pulſus qui his ambobus interiacet, ſecundum longitudinem ac circularem dimenſum, nimirum circumferentia quoque digitis ſeſe ad proportionem offerente.

Τί ἐστι πλήρης σφυγμός; τί κενός; τί μέσος;

Quid Plenus pulſus? quid Vacuus? quid Mediùs?

σθ'. Πλήρης ἐστὶ σφυγμὸς ὁ κατὰ μέσους πρὸς τὴν ἀφὴν ὑποπίπτων, ὥστε καὶ αὐτὸν μᾶλλον τὸν χιτῶνα τῆς ἀρτηρίας ὀπισημότερον δοκεῖν γεγενέναι· μάλιστα δὲ ὁ ὑπὸ αὐτῆς μεσότερόν τε, καὶ σωματωδέστερον καταλαμβάνεσθαι.

Κενός ἐστι σφυγμὸς, καθ' ὃν αὐτῆς τε τὴν ἀρτηρίας ἡ περιοχὴ, πανταπασιν ἰσχνὴ, καὶ παμφολυγώδης ἐστὶν, καὶ ὃ ἔγχυμα ἀμυδρὸν, καὶ ἀξίτμητον, ὥστε καὶ ἐὰν ὑπὸ τοῖς δακτύλοις, κενεμβατήσεως αἰτίαν ὑποπτεῦσαι.

Μέσος ἐστὶ σφυγμὸς, ὁ συμμέτρως μεταξὺ πλήρους τε καὶ κενοῦ μέσος, καὶ ὡς κατὰ φύσιν ἐστί.

209. Plenus pulſus, eſt is qui ſub tactum cadit diſtentus adeò, vt ipſa quidem craſſior facta videatur arteriæ tunica; maximè verò, quod inter eam clauditur, plenius vniuerſum, ac corpulentius deprehenditur.

Vacuus eſt pulſus, in quo tum ipſius amplexus arteriæ gracilis omninò, ampullaceuſque eſt, infuſa quoque materia vix perceptibilis, atque exilis adeò, vt ſiquis etiam digitis comprimat, vacuitatis occurrat apprehenſio.

Medius eſt pulſus, qui commoderatus inter plenum & vacuum medius, quique naturalis eſt.

Τί ἐστι σκληρὸς σφυγμός; τί μαλακός; τί μέσος;

Quid Durus pulſus? quid mollis? quid medius?

σι'. Σκληρός ἐστι σφυγμὸς, ἐφ' οὗ νευρώδης, ὡς ἄν τις εἴποι ὑς, καὶ ἀπόκροτος ἡ ἀρτηρία φαίνεται. καὶ ὃ ὑπὸν πνεῦμα τεταμένον, ὥστε καὶ τὴν πληγὴν ἔχειν τινὰ ἀποπληκτικήν.

Μαλακός σφυγμός ἐστιν ὁ ἐναντίος τῷ σκληρῷ, ἀνειμένῃ καὶ ἀπαλῇ ἔχων τὴν ἀρτηρίαν. καὶ ὃ ὑπὸν πνεῦμα ὑπολελυμένον, καὶ τὴν πληγὴν πρᾴοτέραν.

Μέσος σφυγμός ἐστιν ὁ μεταξὺ τοῦ σκληροῦ τε, καὶ μαλακοῦ κατὰ φύσιν σύμμετρος.

210. Durus pulſus eſt, in quo neruoſa, vt quiſpiam dixerit, arteria videtur, ac rigida; & tenſus qui ſubeſt ſpiritus; quò fit, vt ictus vim quandam repercutiendi habeat.

Mollis pulſus, eſt qui duro contrarius arteriam remiſſam, mollémque obtinet; ac ſpiritum, qui ineſt, exolutum; ictúmque leniorem.

Medius pulſus, eſt qui inter durum ac mollem commoderatus ſecundum naturam exiſtit.

Τί ἐστιν ὑγρὸς σφυγμός; τί αὐχμηρός; τί μέσος;

Quid Humidus pulſus? quid ſiccus? quid medius?

σια'. Ὑγρὸς σφυγμός ἐστιν ὁ ἁπαλὸς, οὔσης καὶ τῆς ἐν αὐτῷ οὐσίας πρᾳοτέρας, τῇ ἁφῇ, ὑγρασίαν καί τινα πρὸς-

211. Humidus pulſus, eſt qui mollis, vt & contenta in eo ſubſtantia mitis ſit, & humiditate quadam tactui occurrat.

Siccus

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 261 sur 413

Siccus pulſus eſt, ita vt aſſumpta ſit ſubiecta humiditas, & ſiccæ, atque aëriæ exhalationi permixta.

Medius pulſus eſt, qui nec humidior, nec ſiccior tactui apparet, ſed commoderatus ac naturalis eſt.

Quid Calidus pulſus? frigidus & medius?

212. Calidus pulſus eſt, quum arteria vicinis partibus calidior tangitur, vt in febre hectica.

Frigidus pulſus eſt, in quo arteria frigidior ſentitur.

Medius eſt, qui frigidi & calidi commoderationem obtinet.

Quid Vehemens pulſus, obſcurus, & medius?

213. Vehemens pulſus eſt, qui & motum ſtrenuum habet, & ictum molitur violentum.

Obſcurus ſeu *languidus* eſt, qui & viribus eſt exolutis, & ictum imbecilliorem efficit.

Medius eſt, qui proportionem quandam inter vtrumque horum ſeruat.

Quid Celer pulſus? quid tardus? quid medius?

214. Celer pulſus eſt qui conciſam habet tum diaſtolen, tum ſyſtolen. Vel; Celer pulſus eſt, qui fit, quum modico tempore mouetur arteria.

Tardus pulſus eſt, qui tardam habet tum diaſtolen, tum ſyſtolen. Vel; Qui fit, quum multo tempore mouetur arteria.

Medius eſt, qui commoderatam habet tum diaſtolen, tum ſyſtolen. Vel; qui commoderatus fit, quum commoderato tempore mouetur arteria.

Quid pulſus frequens, rarus, & medius?

215. Frequens pulſus eſt, quando paruo interpoſito interuallo arteria diſtenditur. Vel, Quum breue tempus eſt inter diaſtolen & ſyſtolen.

Rarus eſt, quum interpoſito longo interuallo arteria diſtenditur. Vel ita; Rarus eſt pulſus, quando quietis tempus inter diaſtolen & ſyſtolen mediam longum eſt.

Medius eſt, qui inter frequentem & rarum commoderatus eſt. Vel; Qui fit quum commoderato interpoſito tempore arteria diſtenditur.

Quid pulſus ordo, ac pulſus ordinatus?

216. Pulſus ordo eſt, habitus quidam in magnitudine, vel vehementia, vel rhythmo, vel alio quopiam diſcrimine.

τιζ'. Ῥωγμή ἐστιν ὀστοῦ διάκοπὴ ἐπιπόλαιος εὐθεῖα, ἢ ἤτοι στενή, ἢ πλατεῖα.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 272 sur 413

Τί ἐστιν ἔκκοπή;

τιη'. Ἐκκοπή ἐστιν ὀστοῦ ἀφαιρεσις μετὰ τοῦ ἄλλαδον εἶναι τὸ πεπονθὸς ὀστοῦν.

Τί ἐστιν ἔγκοισμα;

τιθ'. Ἔγκοισμά ἐστιν ὀστοῦ ἀφαιρεσις μετὰ τοῦ τὸ ἀφαιρεθὲν εἰς τὸ βάθος ὑποχωρῆσαι, καὶ ἀπενηλυθέναι τοῦ ἀπαθοῦς ὀστοῦ.

Τί ἐστιν ἔκπλεσμα;

τκ'. Ἔκπλεσμά ἐστιν ὀστοῦ πολυμερὴς ἀφαιρεσις μετὰ τοῦ βάσιν δοῦναι τῶν ὀστῶν εἰς τὸ βάθος ὑποχωρήσαι, καὶ θλίψαι τὴν μήνιγγα.

Τί ἐστιν ἀποκεπαρνισμός;

τκα'. Ἀποκεπαρνισμός ἐστιν ὀστοῦ ἀποκοπὴ μετὰ τοῦ ἀποκεκαμμένου ὀστοῦ τετρῶσθαι.

Τί ἐστι καμάρωσις;

τκβ'. Καμάρωσίς ἐστιν ὀστοῦ ἀφαιρεσις μετὰ τοῦ σίναρον ὀστοῦν ἀνακεκλᾶσθαι ἐξ ἀμφοτέρων, καὶ ὥσπερ πλοίου καμάρας ἐσχηματίσθαι.

Τί ἐστιν ἄπαγμα;

τκγ'. Ἀπαγμά ἐστιν ὀστοῦ ἀφαιρεσις ἐπιπόλαιος, ἢ καὶ βαθεῖα κατ' ἀντικείμενα μέρη τοῦ τραύματος.

Τί ἐστι θλᾶσμα;

τκδ'. Θλᾶσμά ἐστιν ὑποχώρησις τοῦ ὀστοῦ τοῦ κρανίου εἰς τὸ βάθος δίχα καταγματος. γίνεται δὲ ἐπὶ τῆς παιδικῆς μάλιστα ἡλικίας· νοήσεις δὲ σαφέστερον τὸ εἰρημένον ἐπὶ τῶν κεραμιτείνων σκευῶν τοῦτο συμβαῖνον θραυσμένων.

Ποσαπλᾶ τρόπει τοῖς ὀφθαλμοῖς γίνεται πάθη;

τκε'. Τριπλᾶ τρόπει τοῖς ὀφθαλμοῖς γίνεται πάθη, φλεγμοναί, ῥεύματα, ἕλκωσις.

Πόσαι τῶν ἑλκώσεων τρόπει τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀφορμαί;

τκς'. Ἑλκώσεων τῶν τρόπει τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀφορμαί εἰσιν ἀργεμών, νεφέλιον, ὑπόχυμα, βόθριον, φλυκτίς, λεύκωμα, ὠφθαλμίς, μυοκέφαλον, πύωσις, ὄνυξ, σταφύλωμα, τούτων μὴ πληγῆς. τῶν δὲ αὐτῶν πληγῆς ἑλκώσεως πάθη, μυδρίασις, φθίσις, ἀτροφία, νυκτάλωψ, ὑπόχυσις, γλαύκωμα, παράλυσις, μυωπίασις, στραβισμός, πτερύγιον, ἐγκανθίς, προπτώσεως, χάσμασις, σύγχυσις.

Τί ἐστι φλεγμονὴ ὀφθαλμοῦ;

τκζ'. Φλεγμονὴ μὲν οὖν ἐστιν οἴδημα τοῖς ὀφθαλμοῖς μετ' ἐρυθήματος, καὶ πολλῆς θερμασίας, καὶ δυσκινησίας, καὶ νυγμῶν γινόμενον.

Τί ἐστι ῥεῦμα;

τκη'. Ῥεῦμά ἐστι λεπτῶν ὑγρῶν φορὰ ἀκατάσχετος, καὶ ἀνεπαίρετος.

Τί ἐστιν ἕλκωσις;

τκθ'. Ἕλκωσίς ἐστι ῥῆξις τοῖς τὸ κερατοειδὲς ἢτοι ἐκ πληγῆς, ἢ ὑφ' ὑγρᾶς φλεγμονῆς γινομένη.

Τί ἐστιν ἀργεμών;

τλ'. Ἀργεμών ἐστιν ἕλκωσις ἐν μὲν τῷ μέλανι λευκὴ φαινομένη· ἐν δὲ τῷ λευκῷ, ὑπέρυθρος.

Quid Eccope seu effractio vel excisio.

318. Eccope, diuisio est caluariæ, qua os læsum refractum est.

Quid Engisoma.

319. Engisoma, pertusio est ossis, quum pars affecta in profundum descendit, ac super illæsum os corruit.

Quid Ecpiesma?

320. Ecpiesma, caluæ in multas partes diffractio est, simul intrusæ ossis partes in imum decubuerint, ac membranam innixu suo premant.

Quid Aposceparnismus seu exosciatio?

321. Aposceparnismus, abscissio est ossis, quum eius pars decussa vulnerando fuerit.

Quid Camarosis seu Cameratio?

322. Camarosis, est ossis perruptio, quum ex alterutra refractum parte, similem cameræ figuram acceperit.

Quid Apagma, abductio, effractio?

323. Apagma, est ossis superficiaria præcisio, aut etiam profunda in oppositis vulneris partibus.

Quid Thlasma, contusio, vel collisio?

324. Thlasma, est recessus ossis caluæ in profundum absque fractura, fitque potissimum in puerili ætate, planiùs verò quod dictum est intelliges, si quod stanneis vasis contingit contemplatus fueris.

Quotuplices oculis morbi accidunt?

325. Triplices oculis oboriuntur affectus, phlegmonæ, fluxus, vlcerationes.

Quæ sunt vlcerationum oculis obortientium differentiæ?

326. Quæ oculis vlcerationes oboriuntur earum differentiæ sunt albor, nubecula, inustum, fossula, pustula, albugo, carbunculus, muscipuit, suppuratio, vnguis, vua, hæc cum percussu eueniunt, at absque percussu vlcerationis affectus hi sunt mydriasis, tabes, atrophia, noctiuidus, suffusio, glaucoma, paralysis, conniuentia, strabismus, pinnula, encanthis, procidentia, hiatus, confusio.

Quid est Phlegmone siue inflammatio oculorum?

327. Phlegmone, est tumor oculorum, qui cum rubore, & calore multo, & motu difficili, ac punctionibus oboritur.

Quid fluxus seu rheuma oculi?

328. Fluxus, est tenuium humorum decursus inuoluntarius qui coerceri non potest.

Quid oculi Vlceratio?

329. Vlceratio, est ruptio circa corneam tunicam, quæ vel ex ictu, vel vehementi phlegmone oritur.

Quid Argemon siue albor oculi?

330. Argemon, est vlceratio, quæ in oculi nigro alba apparet; in albo autem subrubra.

Quid

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 273 sur 413

Quid Nephelium ſive nubecula?

331. Nephelium, eſt caligo, vel ſuperficiaria vlceratio in nigro. Vel Nubecula vlcus eſt ſuperficiarium, albugine longè minùs & album.

Τί ἐστι νεφέλιον;

τλα'. Νεφέλιόν ἐστιν ἀχλὺς, ἢ ἕλκωσις ἐπιπόλαιος ἐπὶ τῷ μέλανος. ἢ, νεφέλιόν ἐστιν ἕλκος ἐπιπόλαιον, καὶ μικρῷ μεῖζον ἀργέμου, καὶ λευκόν.

Quid Epicauma ſive inuſtum?

332. Epicauma, eſt velut ex igne cruſtoſa vlceratio, quæ nigro aduenit, nec permanet.

Τί ἐστιν ἐπίκαυμα;

τλβ'. Επίκαυμά ἐστιν ἕλκωσις ἐσχαρώδης μὴ ὃ μέλαν ἐπιγιγνομένη, καὶ μὴ μένουσα.

Quid Bothrium, vel foſſula?

333. Bothrium, eſt cauum vlcus vel purum in nigro.

Τί ἐστι βόθριον;

τλγ'. Βόθριόν ἐστι κοῖλον ἕλκος, ἢ καθαρὸν ἐπὶ τῷ μέλανος.

Quid phlyctis vel puſtula?

334. Phlyctis, eſt abſceſſus in nigro, humorem continens cum plegmone, & fluxu.

Τί ἐστι φλυκτίς;

τλδ'. Φλυκτίς ἐστιν ἀπόστασις μὴ ὃ μέλαν περιέχουσα ὑγρασίαν μὴ φλεγμονῆς, καὶ ῥεύματος.

Quid Leucoma, ſive albugo?

335. Leucoma, cicatrix eſt craſſa, & profunda, vlceri inducta.

Τί ἐστι λεύκωμα;

τλε'. Λεύκωμά ἐστιν ἀφ' ἕλκώσεως ὕλη παχεῖα, καὶ βαθεῖα.

Quid Myocephalum, ſeu muſcipus?

336. Myocephalum, eſt exigua vuæ tunicæ porrectio in nigro, muſcæ capiti ſimilis, per vlcerationem facta.

Τί ἐστι μυοκέφαλον;

τλς'. Μυοκέφαλόν ἐστιν ἀφ' ἕλκώσεως μικροπάτη ἐπέκτασις τῆς ῥαγοειδοῦς μὴ ὃ μέλαν, περιπλησία μύας κεφαλῇ.

Quid eſt anthrax, ſive carbunculus?

337. Carbunculus, eſt cruſtoſa vlceratio cum paſtu & fluxu, interdum quoque & bubonibus, & febre.

Τί ἐστιν ἄνθρακξ;

τλζ'. Ανθρακξ ἐστιν ἐσχαρώδης ἕλκωσις μὴ νομῆς, καὶ ῥεύματος, οὐδοτε δὲ καὶ βουβώνων, καὶ πυρετῶ.

Quid Pyoſis ſive ſuppuratio vel vnguis?

338. Suppuratio, vel vnguis, eſt collectio puris in nigro cum phlegmone ſecundum iridem, vngui conſimilis.

Τί ἐστι πύωσις;

τλη'. Πύωσις, ἢ ὄνυξ ἐστὶ συλλογὴ πύου μὴ ὃ μέλαν μὴ φλεγμονῆς περὶ τὴν ἴριδα, περιπλησία ὄνυχι.

Quid Synchyſis vel confuſio?

339. Confuſio, ruptio eſt tunicarum, quæ in profundo ſunt, aliquando ex ictu, aliquando ſpontanea cum profuſione humorum, & pupillæ alteratione.

Τί ἐστι σύγχυσις;

τλθ'. Σύγχυσίς ἐστι ποτε μὲν ἐκ πληγῆς, ποτὲ δὲ ἐξ αὐτομάτου, ῥῆξις τῶν ἐν βάθει χιτώνων μὴ περιχύσεως τῶν ὑγρῶν, καὶ ἀλλοιώσεως τῆς κόρης.

Quid Mydriaſis?

340. Mydriaſis, facultatis obſcuratio viſoriæ eſt, turbatis humoribus.

Τί ἐστι μυδρίασις;

τμ'. Μυδρίασίς ἐστιν ἀμαύρωσις τῆς ἐφαπτομένης περιττῶν τῶν ὑγρῶν.

Quid Phthiſis ſeu tabes?

341. Phthiſis oculi, eſt pupillæ diminutio cum obſcuratione.

Τί ἐστι φθίσις;

τμα. Φθίσις ἐστὶ μείωσις τῆς κόρης μὴ ἀμαυρώσεως.

Quid Atrophia, macies?

342. Atrophia, eſt paruitas totius oculi & pupillæ cum obſcuratione.

Τί ἐστιν ἀτροφία;

τμβ'. Ατροφία ἐστὶ μικρότης ὅλου τοῦ ὀφθαλμοῦ, καὶ τῆς κόρης μετ' ἀμαυρώσεως.

Quid Nyctalops ſeu noctiuidus?

343. Nyctalops, eſt affectus, diſpoſitióque oculorum ſine manifeſta cauſa: ſic autem affectis euenit, vt interdiu non cernant, noctu verò conſpiciant.

Τί ἐστι νυκτάλωψ;

τμγ'. Νυκτάλωψ ἐστὶ πάθος, καὶ διάθεσις ὀφθαλμῶν δίχα φανερᾶς αἰτίας. συμβαίνει δὲ τοῖς οὕτω διακειμένοις, ἡμέρας μὲν μὴ ὁρᾶν, νυκτὸς δὲ βλέπειν.

Quid Glaucoma?

344. Glaucoma, eſt naturalium humorum in glaucum colorem mutatio.

Τί ἐστι γλαύκωμα;

τμδ'. Γλαύκωμά ἐστι τῶν κατὰ φύσιν ὑγρῶν εἰς τὸ γλαυκὸν χρῶμα μεταβολή.

Quid Staphyloma ſive vua?

345. Staphyloma, eſt quod in pupillæ loco conſurgit acino vuæ ſimile.

Τί ἐστι σταφύλωμα;

τμε'. Σταφύλωμά ἐστιν ἔπαρμα κατὰ τὸν τῆς κόρης τόπον ἐμφερὲς ῥαγὶ σταφυλῆς.

Quid Procidentia, proptoſis?

346. Procidentia, eſt quum ab ictu aliquo violento, aut ſtrangulatione, cum continua febre, vel capitis dolore prolapſus oculus fuerit.

Τί ἐστι περίπτωσις;

τμς'. Περίπτωσίς ἐστιν, ὅταν τινος βιαίας πληγῆς, ἢ ἀγχονισμοῦ μὴ συνεχοῦς πυρετῶ, ἢ κεφαλαλγίας ὀφθαλμὸς περίπεσῃ.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 274 sur 413

Τί ἐστι μυωπίασις;

Quid Myopsis seu conniuentia.

τμζ'. Μυωπίασίς ἐστι ἀμβλυωπία ἐκ γλαυκότητος δι' ἣν τὰ μὲν πλησίον ὁρᾶ μᾶλλον, τὰ δὲ πόρρωθεν, ἢ ὅλως οὐδὲν ὅλως.

347. Myopsis, est affectus ab ortu contractus, quo propinqua cernimus, remota vel parum, vel nihil omnino.

Τί ἐστι στραβισμός;

Quid strabismus, oculi distortio, strabositas?

τμη'. Στραβισμός ἐστι παράλυσις τῶν περὶ τὸν ὀφθαλμὸν μυῶν, οὐχ ὅλων, ἀλλ' ἐνίων, δι' ὧν αὐτὸν ἢ ἄνω, ἢ κάτω, ἢ εἰς τὰ πλάγια νεύουσιν οἱ ὀφθαλμοί.

348. Strabismus, est paralysis musculorum oculi, non omnium, sed quorumdam, ob quam causam vel sursum, vel deorsum, vel in latera nuunt oculi.

Τί ἐστιν ἵππος;

Quid Hippus, siue equus?

τμθ'. Ἵππος ἐστὶ διάθεσις ἐκ γλαυκότητος καθ' ἣν ἀσταθῶσι, καὶ ἀεὶ κινοῦσιν οἱ ὀφθαλμοὶ κίνησιν ὑπομένοντες ἢ κλόνῳ, ἢ ῥέμβῳ ἀδιαλείπτῳ. καθεκτικὴν ταύτην τὴν διάθεσιν ἵππον ὁ Ἱπποκράτης ἐκάλεσεν ἵππον. ὃ δὲ πάθος τῶν στειζόντων ἐστὶ τὸν ὀφθαλμὸν μῦς, ὃς περιείληφε τὸν βάσιν τοῦ βλεφαρικοῦ ὀργάνου.

349. Hippus, affectio est ab ortu prodiens, qua instabiles fiunt oculi, ac semper mouentur; vtique motum sustinentes in concussu, aut tremore assiduo consistentem: hanc affectionem equum vocauit Hippocrates: affectus autem est, oculum firmantis musculi, qui visorij basim instrumenti complexus est.

Τί ἐστι χήμωσις;

Quid Chemosis, extuberatio, hiatus?

τν'. Χήμωσίς ἐστιν ἔμφραγμα τοῦ περιοφθαλμίου ὑμένος, ὃ καὶ λευκὸν περισαρκοῦσι, πάθος ὅμοιον λευκῇ σαρκί.

350. Chemosis est, ambientis oculum membranæ, quod album quoque appellatur, affectus albæ carni persimilis.

Τίνα περὶ τὰ βλέφαρα, ἢ τοὺς κανθοὺς συμβαίνει πάθη;

Qui affectus in palpebris, angulisque oculorum contrahuntur?

τνα'. Περὶ τὰ βλέφαρα, καὶ τοὺς κανθοὺς συμβαίνει πάθη ταῦτα· ψώρα, φθείριασις, κριθή, χάλαζα, λιθίασις, ὑδατίς, τριχίασις, τράχωμα, λαγωφθαλμός, ὀφθαλμίον, ῥοιάς, ἀγχίλωψ, σταφύλωμα.

351. In palpebris, angulisque oculorum hi contrahuntur affectus, scabies, pedicularis, hordeolum; grando, calcularis, aquula, pilaris, aspredo, leporinus oculus, inuersio, riuulus, anchilops, vua.

Τί ἐστι ψώρα;

Quid Scabies oculi?

τνβ'. Ψώρα ἐστὶ ῥιμώματος ῥεύματος γινομένη ἀπόῤῥωσις τραχεῖα, ἢ κανθῶν μετὰ κνησμοῦ.

352. Scabies est, summarum oculi palpebrarum, aut angulorum erosio cum pruritu, quam aegerrima fluxio progignit.

Τί ἐστι φθειρίασις;

Quid Phtheiriasis seu pedicularis?

τνγ'. Φθειρίασίς ἐστι περὶ τὰς ῥίζας τῶν βλεφαρίδων ψώρα, λεπίδας πιτυρώδεις ἀποβάλλουσα.

353. Phtheiriasis est, scabies circa palpebrarum radices, quæ squamas furfuri similes dimittit.

Τί ἐστι χάλαζα;

Quid Chalaza, vel grando?

τνδ'. Χάλαζά ἐστι κεγχρώδης συστροφὴ τοῦ βλέφαρον, ἡ λιθίασις ἐστὶ τὸ αὐτό.

354. Chalaza, tuberculum est in palpebra milij magnitudine; eadem quoque est Lithiasis.

Τί ἐστι κριθή;

Quid Hordeolum, Crithe?

τνε'. Κριθή ἐστιν ὑγροῦ συλλογὴ περὶ τὸ βλέφαρον ὀπτημήκης, κριθῇ ὁμοία.

355. Hordeolum est, humor concretus circa palpebram oblongior, hordeo similis.

Τί ἐστι τράχωμα;

Quid Trachoma, siue aspredo?

τνς'. Τράχωμά ἐστι σκληρία, καὶ τραχύτης ἀνώμαλος καὶ ἔνδον τῶν βλεφάρων γινομένη.

356. Aspredo est durities, & asperitas inæqualis, quæ intra palpebras oritur.

Τί ἐστι ῥοιάς;

Quid Rhæa, riuus, fluxio?

τνζ'. Ῥοιάς ἐστι τῆς ἐγκαθημένου σαρκὸς ἀναπλήρωσις ἢ τὸ δακρυον ἀπορρύν.

357. Rhæa est, angulorum carnis absumptio, qua effluit lachryma.

Τί ἐστι τριχίασις;

Quid Trichiasis, pilaris affectus?

τνη'. Τριχίασίς ἐστι βλεφάρων πτῶσις, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς τριχῶν γένεσις παρὰ φύσιν.

358. Trichiasis, casus est palpebrarum, insitorúmque iis pilorum ortus præter naturam.

Πόσαι τριχιάσεως διαφοραί;

Quot sunt Trichiaseos differentiæ?

τνθ'. Διαφοραὶ τριχιάσεως τρεῖς, φαλάγγωσις, πτῶσις, ὑπόφυσις· τινὲς δὲ καὶ τὴν διστιχίαν ἐπεισάγουσιν.

359. Tres Trichiaseos differentiæ sunt phalangosis, casus, subortus, nonnulli distichiam, id est, duplicem ordinem superinuehunt.

Τί ἐστι διστιχία;

Quid est distichia?

τξ'. Διστιχία ἐστὶν ἑτέρου στίχου παρὰ φύσιν κατὰ τὸν ἔξω ἔκφυσις.

360. At distichia est, alterius pilorum ordinis in palpebræ margine exortus præter naturam.

Quid

Quid Encanthis?

361. Encanthis est, exuperantia carnis in magno angulo.

Quid Anchilops?

362. Anchilops, tumor in angulo magno consurgens, atque humoris collectionem habens, non perforatus, aut simul perforatus. Dictus est Anchilops, quod prope oculum sit; ἀ᾽ψ enim oculus est, ἄγχι verò prope.

Quid Hypochyma, Suffusio?

363. Suffusio est, concretio aquosi humoris, quæ visum magis minúsve impedit. Differt suffusio à glaucomate, tum quod suffusio concretio sit diluti humoris; glaucoma verò naturalium mutatio humorum in cæsium colorem, tum quod in glaucomate haud prorsus, in suffusione aliquantulum cernant.

Quid Hydatis, aquula?

364. Hydatis substratæ superiori palpebræ pinguedinis augmentum est, qua fluunt præter naturam oculi.

Quid Lagophtalmum, leporinus oculus?

365. Lagophtalmum, est superioris palpebræ rectractio, adeo vt oculum dum clauditur, totum non contegat.

Quid Pterygium, pinnula?

366. Pterygium, corporis excrescentia est, quæ corneæ tunicæ inhærescit.

Quid Ectropion.

367. Ectropion, est suborta caro in palpebra, quæ palpebram ipsam sua grauitate foràs euertit. Euersionis autem causa est aut adnascens caro, aut resolutio, aut cicatricis obductio.

Quid Ptilosis.

368. Ptilosis est, palpebrarum casus ab acerrimo fluxu.

Quid Staphyloma.

369. Staphyloma est, nigri tunicæ extensio cum ardore, acino vuæ similis.

Quid Sarcoma & polypus, & quomodo differunt?

370. Sarcoma est, carnis in naribus præter naturam auctio. Est verò & polypus quoddam Sarcoma. Porrò dictus polypus est à polypis piscibus; Nam vt illi multas habent propagines, mollésque sunt, atque augentur: ita is quoque affectus. Differt Sarcoma à polypo magnitudine, & opificio.

Quid Ozæna?

371. Ozæna, est vlceratio in naribus profunda, tetri odoris, atque halitum emittens.

Quid Parotides?

372. Parotides, abscessus secundum aures sunt; hos nonnulli Castores appellarunt; succedunt vt plurimùm febribus, atque ab iis liberant.

Quid Leuce?

373. Leuce, corporis in album colorem mutatio est prætet naturam.

Τί ἐστιν ἐγκανθὶς;

τξα'. Ἐγκανθὶς ἐστὶν ὑπερoχὴ σαρκὸς ἐν τῷ μεγάλῳ κανθῷ.

Τί ἐστιν ἀγχίλωψ;

τξβ'. Ἀγχίλωψ ἐστὶν ἐπισάσις τοῦ μεγάλου κανθοῦ ὑγροῦ συλλογὴν ἔχουσα ἀστιώτερον, ἢ στιωτερηφυῆ. Εἴρηται δὲ ἀγχίλωψ ἀπὸ τῆς ἐγγὺς εἶναι τοῦ ὀφθαλμοῦ. ὤψ γὰρ ἐστιν ὀφθαλμὸς, ὁ δὲ ἄγχι, ἐγγύς.

Τί ἐστιν ὑπόχυμα;

τξγ'. Ὑπόχυμά ἐστιν ὑγροῦ πῆξις τοῦ ὑδατώδους, ἢ μᾶλλον, ἢ ἧττον, ἐμποδίζουσα τὸ ὁρᾶν. Διαφέρει δὲ ὑπόχυμα γλαυκώματος, ὅτι τὸ μὲν ὑπόχυμα πῆξίς ἐστι τοῦ ὑδατώδους ὑγροῦ. τὸ δὲ γλαύκωμα, μεταβολὴ τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως τοῦ γλαυκοειδοῦς, καὶ ὅτι ἔστι μὲν τοῦ γλαυκώματος ὅλως οὐδὲν ὁρᾶσιν· ἔστι δὲ τοῦ ὑποχύματος, κατ᾽ ὀλίγον.

Τί ἐστιν ὑδατὶς;

τξδ'. Ὑδατὶς ἐστὶ τῆς ὑπερκειμένης τοῦ ἄνω βλεφάρου πιμελῆς αὔξησις, δι᾽ ἣν ῥεύματα πέμπεται πρὸς φύσιν οἱ ὀφθαλμοί.

Τί ἐστι λαγωφθαλμός;

τξε'. Λαγωφθαλμός ἐστιν ἀνάσπασις τοῦ ἄνω βλεφάρου, ὥστε μὴ καλύπτειν ἐν τῷ κεκμυκέναι ὅλον τὸν ὀφθαλμόν.

Τί ἐστι πτερύγιον;

τξς'. Πτερύγιόν ἐστιν ἔκφυσις σώματος ὑπερφυομένη τῇ κερατοειδεῖ.

Τί ἐστιν ἐκτρόπιον;

τξζ'. Ἐκτρόπιόν ἐστιν ὑπόφυσις σαρκὸς ἐν τῷ βλεφάρῳ. ἥτις βαρυνθεῖσα ἐκτρέπει τὸ βλέφαρον. αἰτία δὲ ἐκτροπῆς βλεφάρου, ἢ σαρκὸς ὑπόφυσις, ἢ χάλασις, ἢ οὐλῆς σύστασις.

Τί ἐστι πίλωσις;

τξη'. Πίλωσίς ἐστιν ἀπὸ δριμυτάτου ῥεύματος ἀπόπτωσις τῶν βλεφάρων.

Τί ἐστι σταφύλωμα;

τξθ'. Σταφύλωμά ἐστιν ἔκλασις τοῦ μέλανος χιτῶνος μὴ πυρώσεως, ὁμοία ῥαγὶ σταφυλῆς.

Τί ἐστι σάρκωμα;

τ'. Σάρκωμά ἐστι σαρκὸς ἐν ταῖς μυκτῆρσι παρὰ φύσιν αὔξησις. ἔστι δὲ σάρκωμά τι καὶ ὁ πολύποδες. Εἴρηται δὲ πολύποδες, ἀπὸ τῶν πολυπόδων. ὡς γὰρ ἐκεῖνοι πολλὰς ἔχουσιν ἀποφύσεις πλαδαρές τε εἰσὶ καὶ αὐξανόμενοι, οὕτω καὶ τοῦτο τὸ πάθος. Διαφέρει σάρκωμα πολύποδος μεγέθει, καὶ κατασκευῇ.

Τί ἐστιν ὄζαινα;

τοα'. Ὄζαινά ἐστιν ἕλκωσις ἐν μυκτῆρσιν ἔχουσα βάθος δυσώδης, καὶ ἀποφορὰν ἔχουσα.

Τί εἰσι παρωτίδες;

τοβ'. Παρωτίδες εἰσὶ παρὰ τοῖς ὠσὶν ἀποστήματα, ἃ οὓς τινες ἔνιοι διασκευὴν καλέσαν, ὅτι πυρετοῖς γινόμεναι τὰ πολλὰ, τὸν πυρετὸν ἀπαλλάσσουσιν.

Τί ἐστι λευκή;

τογ'. Λευκή ἐστιν ἡ ἐπὶ λευκὸν χρῶμα τοῦ σώματος παρὰ φύσιν μεταβολή.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 276 sur 413

Τί ἐστιν ἕρπης;

τοδ'. Ἕρπης ἐστὶν ἕλκος ὑπὸ χολῆς πλεονεξίᾳ γιγνόμενον, καὶ ὑπανέμησιν ποιούμενον. ἄλλως. ἕρπης ἐστὶν ὁ ὀφίτης καλούμενος, ἕλκωσις τῆς ὑπιφανείας τοῦ δέρματος ἀπὸ δριμείας χολῆς γινομένη.

Quid Herpes?

374. Herpes, eſt vlcus, quod ex bilis exuberantia fit, & depaſtionem facit. Aliter, Herpes eſt qui ſerpens vocatur, exulceratio ſuperficiei cutis, quæ ab acri bile procreatur.

Τί ἐστιν ἀθέρωμα;

τοε'. Ἀθέρωμά ἐστι χιτὼν νευρώδης ἀθηρώδες ὑγρὸν περιέχων.

Quid Atheroma?

375. Atheroma, eſt tunica neruoſa, quæ humorem pulti ſimilem continet.

Τί ἐστι στεάτωμα;

τος'. Στεάτωμά ἐστι παρὰ φύσιν πιμελῆς συναύξησις.

Quid Steatoma?

376. Steatoma, eſt auctio pinguedinis præter naturam congeſta.

Τί ἐστι περισάρτησις;

τοζ'. Περισάρτησίς ἐστιν ὑμένων μακροτέρων αὐτοχὴ πρὸς τὰ παρακείμενα σώματα.

Quid Proſarteſis, appenſio?

377. Proſarteſis, longiorum eſt membranarum ad vicina corpora applicatio.

Τί ἐστιν ἀνεύρυσμα;

τοη'. Ἀνεύρυσμά ἐστι φλεβώδους ἀγγείου ἀνεύρυσμὸς, ἢ πνευματικῆς ὕλης παρὰ τὸ πάσχον ὑπὸ τῆς ῥήξεως καὶ διαδιδομένης.

Quid Aneuriſma, dilatatio?

378. Aneuriſma, venoſi vaſis dilatatio eſt, aut diſperſio ſpirituoſæ materiæ ſub carnem per diſſultum ſeſe diſtribuentis.

Τί ἐστιν ὑπόσφαγμα;

τοθ'. Ὑπόσφαγμά ἐστιν ἔξωθεν τῆς ὑπιφανείας ὠμόλυτι παρεμπλήσιον.

Quid Hypoſphagma?

379. Hypoſphagma, extra ſuperficiem eſt perſimile vibici.

Τί ἐστι γαγγλίον;

τπ'. Γαγγλίον ἐστὶ νεῦρου παρὰ φύσιν συμφὴς σωματοπεποιημένη.

Quid Ganglium?

380. Ganglium, concretio eſt nerui præter naturam, quæ in vnum corpus coaluit.

Τί ἐστιν ἄφθα;

τπα'. Ἄφθα ἐστὶν ἕλκωσις ὑπιπόλαιος ἐν στόματι γιγνομένη. ὑπιπολάζει δὲ αὕτη ἡ ἕλκωσις μάλιστα παιδίοις.

Quid Aphtha?

381. Aphtha, ſuperficiaria eſt vlceratio, quæ in ore gignitur: viſitur autem hæc in puerulis potiſſimum vlceratio.

Τί ἐστι φλεγμονή;

τπβ'. Φλεγμονή ἐστιν ὄγκος μετ' ἐρυθήματος, καὶ σκληρίας πόνους ὑπιφέρων σφυγματώδεις. εἴρηται δὲ φλεγμονὴ ἀπὸ τοῦ οἶ φλέγεσθαι τὸν τόπον. ἢ, ὄγκος ὀδυνηρὸς καὶ αὐτίτυπος μετ' ἐρυθήματος χωρὶς πυρετοῦ. ἢ, φλεγμονή ἐστιν ὄγκος ὀδυνηρὸς, σκληρὸς, αὐτίτυπος, ὃς αἱματικοῦ χυμοῦ ἔχων γλῶσιν.

Quid Phlegmone ſeu inflammatio?

382. Phlegmone, eſt tumor cum rubore, & duritia pulſitantes afferens dolores; dicta quòd affectus ea locus veluti vratur: aut tumor dolens, ac renitens cum rubore citra febrem. Vel; Inflammatio eſt tumor dolens, durus, renitens, ex ſanguineo humore ſuum habens ortum.

Τί ἐστιν ἐρυσίπελας;

τπγ'. Ἐρυσίπελάς ἐστιν ἔρυθρος μετ' ἀφλεγμάτου φλεγμώσεως, ἔαδ' ὅτε πυρετὸν, καὶ φρίκας ὑπιφέρων. ἄλλως. ἐρυσίπελάς ἐστιν ὄγκος ὀδυνηρὸς ἀπὸ χολώδους αἵματος ἔχων πάθος γλῶσιν.

Quid Eryſipelas, ignis ſacer?

383. Eryſipelas, eſt rubedo cum ignita inflammatione, febres interdum, horroréſque inferens. Vel ignis ſacer, eſt tumor rubens, dolorificus, qui à bilioſo ſanguine generationem obtinet.

Τί ἐστιν ἀνθρακῆς;

τπδ'. Ἀνθρακῆς ἐστιν ὄγκος ἑλκώδης ἐκ τοῦ μελαγχολικωτέρου σαπέντος αἵματος. ἢ ἄλλως. ἀνθρακῆς ἐστιν ἕλκος ἐσχαρώδες αἷμα πολλὴ τῶν περιεχ σωμάτων φλεγμώσει· ὁ ἐκ θερμῆς μὲν τοι πυρότητος, παχείας δὲ κατὰ τὴν σύστασιν ὕλης ἔχει τὴν γλῶσιν.

Quid Carbunculus?

384. Carbunculus, eſt ex magis melancholico putrefacto ſanguine tumor vlceroſus. Vel aliter; Carbunculus, vlcus eſt cruſtoſum cum multa ambientium corporum incenſione; qui ex calido quidem feruore, materia verò conſiſtentiâ craſſa, originem habet.

Τί ἐστι σκίῤῥος;

τπε'. Σκίῤῥος ἐστὶν ὄγκος σωμάτων μετὰ σκληρίας, καὶ βάρεος, καὶ δυσκινησίας τε, καὶ δυσαισθησίας.

Quid Scirrhus?

385. Scirrhus, eſt tumor corporum cum duritia, & pondere, & motus, ac ſenſus difficultate.

Τί ἐστιν οἴδημά;

τπς'. Οἴδημά ἐστιν ὄγκος χαλαρός τε, καὶ μαλθακὸς, ὡς ἐν τῷ πιέζειν ἀνωδύνως.

Quid Oedema?

386. Oedema, tumor eſt laxus ac mollis qui premendo dolore vacat.

Τί ἐστιν ἀπόστημα;

τπζ'. Ἀπόστημά ἐστι μεταβολὴ σωμάτων ἐκ φλεγμονῆς εἰς πύον.

Quid Abſceſſus, apoſtema.

387. Abſceſſus, eſt corporum ex phlegmone in pus tranſmutatio.

Quid

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 277 sur 413

Quid Coloboma, Mutilatio?

388. Mutilatio, eſt defectus particulæ in parte aliqua corporis.

Quid porus, Callus?

389. Callus, eſt ſubſtantia lapidoſa, dura, ac renitens.

Quid Hydrocephalon?

390. Hydrocephalon, eſt humoris aquoſi, aut fæculenti ſanguinis collectio in parte corporum aliqua eorum quæ caput concinnant.

Quid Cerion, Favus?

391. Fauus, vlcus eſt aſſidua habens foramina, ex quibus humor melli ſimilis excernitur.

Quid Phagedæna?

392. Phagedæna, eſt vlcus, quod propinqua, & adiacentia erodit.

Quid Carcinoma, Cancer;

393. Carcinoma, eſt tumor malignus, & præduru, ſine vlcere, à cancro animali dictus.

Quid Dionyſiſci, cornua?

394. Dionyſiſci, ſunt oſſeæ eminentiæ, quæ prope tempora naſcuntur; dicuntur autem & cornua à cornigeris animalibus vocata.

Quid Teredo?

395. Teredo, pertuſio eſt oſſis ex corruptione; affectui nomen ab accidentibus foraminibus datum eſt; quaſi teredo quædam exiſtat.

Quid Aden?

396. Aden, collectio ſicca quædam & carnoſa eſt, vel carnoſa conuolutio.

Quid Struma?

397. Struma, caro eſt ſicca quæ non facilè ſoluitur.

Quid Bronchocele?

398. Bronchocele, tumor eſt gutturi adnaſcens; differtque ab eo, qui in ſcroto progignitur.

Quid Ancyle?

399. Ancyle, eſt eorum qui in ceruice aut articulis ſunt tendonum compreſſio, qua functio interturbatur.

Quid Acrochordon, verruca penſilis?

400. Acrochordon, verruca eſt vel eruptio orbicularem, auguſtamque obtinens baſin.

Quid Myrmecia, formica?

401. Myrmecia, tuberculum eſt aſperum, non anguſtam habens baſin.

Quid Thymus, thymium?

402. Thymus aſperæ carnis extuberatio eſt, quæ eſculentis thymis ſimilis circa genitale ac ſedem oritur.

Quid Gynecomaſthon?

403. Gynæcomaſthon ſubiectæ mammis pinguedinis incrementum eſt præter naturam.

A Τί ἐστι κολόβωμα;

τπη'. Κολόβωμά ἐστιν ἔκκοψις μορίου καθ' ὃ μέρος τοῦ σώματος.

Τί ἐστι πῶρος;

τπθ'. Πῶρός ἐστιν οὐσία λιθώδης, καὶ ἀπύρηνος.

Τί ἐστιν ὑδροκέφαλον;

τϟ'. Ὑδροκέφαλόν ἐστιν ὑδατώδους ὑγροῦ, ἢ αἵματος τοῦ πυώδους συλλογὴ κατὰ τὸ μέρος τῶν τοῦ κεφαλίου πλεκόντων σωμάτων.

B Τί ἐστι κήριον;

τϟα'. Κήριόν ἐστιν ἕλκος σπειρεῖς ἔχον καθημένας ἐξ ὧν μελιτώδες ὑγρὸν ἐκκρίνεται.

Τί ἐστι φαγέδαινα;

τϟβ'. Φαγέδαινά ἐστιν ἕλκος ἀναβιβρώσκον τὰ ὑπογεῖα, καὶ τὰ ἐγγειούμενα.

Τί ἐστι καρκίνωμα;

τϟγ'. Καρκίνωμά ἐστιν ὄγκος κακοήθης, καὶ ἀθεράπευτος, ἀνέλκωτος, ἢ ἑλκωμένος. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ ζώου καρκίνου.

C Τί εἰσιν διονυσίσκοι;

τϟδ'. Διονυσίσκοι εἰσὶν ὀστώδεις ὑπερογαὶ ἐγγὺς κροτάφων γιγνόμεναι. λέγονται δὲ κέρατα ἀπὸ τῶν κερατοφορουμένων ζώων κεκλημένα.

Τί ἐστι τερηδών;

τϟε'. Τερηδών ἐστιν ὀστοῦ κατάτηξις ἀπὸ φθορᾶς. Ὃ δὲ ὄνομα τῷ πάθει ἀπὸ τῶν συμβεβηκότων τρημάτων, οἱονεί τις τερηδὼν οὖσα.

Τί ἐστιν ἀδήν;

D τϟς'. Ἀδήν ἐστι συστροφή τις ξηρὰ, καὶ σαρκώδης, ἢ συστροφὴ σαρκώδης.

Τί ἐστι χοιράς;

τϟζ'. Χοιράς ἐστι σὰρξ ξηρά, καὶ δύσλυτος.

Τί ἐστι βρογχοκήλη;

τϟη'. Βρογχοκήλη ἐστὶν ὄγκος πρὸς τῷ βρόγχῳ διαφορὰν ἔχων πρὸς τὸν ἐν τῷ ὀσχέῳ καταστικτόν.

Τί ἐστιν ἀγκύλη;

E τϟθ'. Ἀγκύλη ἐστὶ πίεσις τῶν περὶ τὰ πρόχειλον, ἢ τὰ ἄρθρα τενόντων, δι' ὧν ἐμποδίζεται ἡ ἐνέργεια.

Τί ἐστιν ἀκροχορδών.

υ'. Ἀκροχορδών ἐστιν ἔκφυσις σαρκοφερὴς τε, καὶ διάφυσιν ἔχουσα βάσιν.

Τί ἐστι μυρμηκία;

υα'. Μυρμηκία ἔκφυσίς ἐστι παχεῖα, καὶ μὴ διάφυσιν ἔχουσα βάσιν.

Τί ἐστι θύμος;

F υβ'. Θύμος ἐστὶν ἔκφυσις σαρκὸς τραχείας, ὁμοία τοῖς ἐδωδίμοις θύμοις σαρκοῖς περὶ αἰδοῖα, καὶ ἕδρα γινομένη.

Τί ἐστι γυναικόμαθον;

υγ'. Γυναικόμαθόν ἐστι παρὰ φύσιν αὔξησις τῆς ὑποκειμένης τοῖς μαθοῖς πιμελῆς.

Τί ἐστιν ἐξόμφαλος;

Quid Exomphalon, vmbilicus procidens?

υδ'. Ἐξόμφαλός ἐστιν ὑπερχὴ ὀμφαλοῦ ὑπὸ διαφόρου αἰτίας γινομένη.

404. Exomphalon, prominentia est vmbilici quæ diuersis ex causis oboritur.

Τί ἐστιν ἐπιπλοόμφαλον;

Quid Epiploomphalon?

υε'. Ἐπιπλοόμφαλόν ἐστιν ὑποδρομὴ ἐπιπλόου χ τ ὀμφαλόν.

405. Epiploomphalon, est omenti in vmbilicum decursus.

Τί ἐστιν ἐντερόμφαλον;

Quid Enteromphalon?

υς'. Ἐντερόμφαλόν ἐστιν ὑποδρομὴ ἐντέρου χ τ ὀμφαλόν.

406. Enteromphalon, est inteſtini in vmbilicum decursus.

Τί ἐστιν ὑδρόμφαλον;

Quid Hydromphalon?

B

υζ'. Ὑδρόμφαλόν ἐστιν ἄγγος ὑγροῦ σύστασις χ τ ὀμφαλόν, ποτὲ δὲ καὶ ὑπὸ χιτῶνος στενοχώρου.

407. Hydromphalon, coaceruatio in vmbilico est lenti humoris, qui sub tunica quoque interdum continuatur.

Τί ἐστι πωρόμφαλον;

Quid Poromphalon?

υη'. Πωρόμφαλόν ἐστι πώρου σύστασις χ τ ὀμφαλόν.

408. Poromphalon, est concretio tophi in vmbilico.

Τί ἐστι σαρκόμφαλον;

Quid Sarcomphalon?

υθ'. Σαρκόμφαλόν ἐστι σαρκὸς παρὰ φύσιν αὔξησις κατ' ὀμφαλόν, ἤτοι ἡμέρου, ἤτοι κακοήθους.

409. Sarcomphalon, incrementum carnis præter naturam est in vmbilico, vel mitis, vel malignæ.

Τί ἐστι πνευμόμφαλον;

C *Quid Pneumomphalon, vel pneumatomphalon?*

υι'. Πνευμόμφαλόν ἐστι ὃ αἰθύρυσμα τῆς ὀμφαλοῦ.

410. Pneumomphalon, dilatatio est vmbilici.

Πότε ἐν καταικαλύψει ἀπόστημα γίνεται;

Quando fit abſceſſus abditus?

υια'. Ἐν καταικαλύψει ἐστὶν ἀπόστημα τῶν ἐν βάθει σωμάτων, ἢ παλάγχνων εἰς πύον τῆς μεταβολῆς γινομένης.

411. In contectu est abſceſſus, quum corporum, quæ sunt in profundo, aut viſcerum in pus fit mutatio.

Τί ἐστι φύγεθλον;

Quid Phygethlon, panus?

υιβ'. Φύγεθλόν ἐστι χ βουβῶνα γινόμενον ἀπόστημα.

412. Phygethlon, abſceſſus est, naſcens in inguine.

Τί ἐστιν ὑποσπαδίας;

Quid Hypoſpadias, ſubſpado?

D

υιγ'. Ὑποσπαδίας ἐστὶ πάθος ἐφ' οὗ ἡ βάλανος ἐφείλκυσται. ἢ, ἔστι πάθος ἐφ' οὗ ἡ βάλανος ἀπόκειται, καὶ ὃ τῆς οὐρήτρας τρῆμα ὑπόκειται.

413. Hypoſpadias, est affectus, in quo glans colis retracta est. Vel; affectus est in quo colis glans impendet, & vretræ foramen ſubſternitur.

Τί ἐστι λιποδέρμος;

Quid Lipodermus, apella?

υιδ'. Λιποδερμός ἐστιν ἔλλειψις τοῦ σκέποντος τὸν βάλανον δέρματος, ὡς μηκέτι ἀποσύρειν δύνασθαι. Ὁ σκέπον δὲ τὸν βάλανον ποσθή, ἢ ἀκροποσθία καλεῖται.

414. Lipodermus, est tegentis glandem pelliculæ, adeò vt distrahi non ampliùs possit. Quod autem tegit glandem, præputium, vel præputij ſumma vocatur.

Τί ἢ ποσαπλοῦς ἐστι φίμος;

Quid & quotuplex Phimus, Capiſtratio?

υιε'. Φίμος ἐστὶν ἡ τῶν πόρων φυσικῶν κατάκλεισις. Διαφοραὶ E δὲ τοῦ φίμου δύο. ἢ γὰρ ἐκ φύσεως, ἢ ἐξ ὀπιγμήματος ἕλκώσεως προηγησαμένης γίνεται.

415. Phimus est meatuum naturalium præclusio. Phimi duæ sunt differentiæ; vel enim ex natura fit, vel postea gignitur, vlceratione antegressa.

Τί ἐστι παραφίμωσις;

Quid Paraphimoſis?

υις'. Παραφίμωσίς ἐστιν ἀποσυρέντος τοῦ τῆς βαλάνου νεύρου, ὡς μηκέτι ὀπισύραι τὸν ποδὸν δύνασθαι.

416. Paraphimoſis, est quum retracto glandis neruo præputium deduci præterea nequit.

Τί ἐστι περιτομή;

Quid Peritome, circunciſio?

υιζ'. Περιτομή, ἢ περιαίρεσίς ἐστιν ἀφαίρεσις τοῦ σκέποντος βάλανον δέρματος.

417. Peritome ablatio est cutis glandem obtegentis.

Τί ἐστι ῥαγάς;

F *Quid Rhagas, fiſſura, ſciſſura?*

υιη'. Ῥαγάς ἐστι διαίρεσις τετυλωμένα ἔχουσα τὰ χείλη.

418. Rhagas, diuiſio est labra obtinens callo indurata.

Τί ἐστιν αἱμορροΐς, ἢ πόσαι τῶν αἱμορροΐδων διαφοραί;

Quid Hæmorrhois, & quot hæmorrhoidum differentiæ?

υιθ'. Αἱμορροΐς ἐστιν αἰθύρυσμα τῶν περιεχόντων τὸν ἕδραν ἀγγείων. Εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ αἷμα δι' αὐτῆς ῥεῖν.

419. Hæmorrhois, dilatatio est vaſorum quæ ſedem contexunt; dicta, quòd ſanguis per eam fluat.

Diffe-

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 279 sur 413

Differentiæ quinque ſunt hæmorrhoidum, à magnitudine, multitudine, figura, loco, conſtitutione. A magnitudine, quod aliæ paruæ ſint, aliæ magnæ, aliæ mediæ. A multitudine, quòd in aliis vna, plures in aliis; in quibuſdam verò pauciores conſiſtant. A figura, quòd nonnullæ anguſta, quædam lata ſint baſi. A loco, quòd quædam in ano, quædam in ſphyncte re, quædam in recto ſunt inteſtino. A conſtitutione, quoniam aliæ mites ſunt, aliæ malignæ.

A Διαφοραὶ δὲ αἱμορροΐδων πέντε, τοῦδε ὅ μέγεθος, τοῦδε ὅ πλῆθος, τοῦδε ὅ σχῆμα. τοῦδε τ τόπον, ἢ τοῦδε τῷ κατασκευάζω. τοῦδε μὲν ὅ μέγεθος, ὅτι αἱ μὲν αὐτῶν εἰσι μικραὶ, αἱ δὲ μεγάλαι, αἱ δὲ μέσαι. τοῦδε δὲ ὅ πλῆθος, ὅτι ἐφ' ὧν μὲν μία, ἐφ' ὧν δὲ πλείονες συνίστανται. ὅτι δὲ ἐνίων ὀλίγαι, ἐλάττονες. τοῦδε ὁ σχῆμα, ὅτι αἱ μὲν πλατεῖαι, αἱ δὲ στενῶν τῷ βάσιν ἔχειν, αἱ δὲ πλατεῖαι. τοῦδε δὲ τ τόπον, ὅτι αἱ μὲν ἐν δακτυλίῳ γίγνονται, αἱ δὲ ἐν σφυγκτῆρι· αἱ δὲ ἐν τῷ ἀπράκτῳ. τοῦδε δὲ τῷ κατασκευάζω, ὅτι αἱ μὲν εἰσιν ἥμεροι, αἱ δὲ κακοήθεις.

Quid Condyloma, nodus?

420. Condyloma, eſt extuberatio, quæ cum phlegmone in rugoſa ani parte conſurgit.

Τί ἐστι κονδύλωμα;

B υκ'. Κονδύλωμά ἐστι δακτυλίου σηλίδος ἐπήμαίσασις μετὰ φλεγμονῆς.

Quid Fiſtula & quæ fiſtularum differentiæ?

421. Fiſtula, ductus eſt calloſus, anguſtus & oblongus, interdum etiam obliquus oſculum habens cui cicatrix obduci nequit, per quod humor certis temporibus tenuis excernitur. Duæ ſunt fiſtularum differentiæ. Quædam enim ipſarum cæcæ ſunt, quædam verò occultæ. Cæcæ quidem ſunt, quæ oſculum in profundo, ſinum ad ſuperficiem habent; occultæ verò, quæ & os & ſinum in profundo obtinent.

Τί ἐστι σύριγξ;

υκα'. Σύριγξ ἐστὶν ὑποφορὰ τυλώδης, στενὴ καὶ ὀπτομήκης· ἔστ' ὅτε καὶ σκολιωμένη ἀναπύλωτον ἔχουσα τὸ στόμιον, δι' οὗ ὑγρὸν καθ' ὥρας καιρούς ἐκκρίνεται. τῶν συρίγγων διαφοραὶ δύο· αἱ μὲν γὰρ αὐτῶν εἰσι τυφλαί, αἱ δὲ κρυπταί. τυφλαὶ μὲν αἱ τὸ στόμιον ἐν τῇ βάθει ἔχουσαι, τὸ μὴν τοῦ κόλπου πρὸς τῷ ὑπτιφανείᾳ. κρυπταὶ δὲ ὅσαι καὶ τὸ στόμιον, καὶ τὸ κόλπον ἐν τῷ βάθει ἔχουσιν.

C

Quot & qui ſunt Scroti affectus?

422. Tres circà Scrotum fiunt affectus, ramex, ſcabies, detritio.

Πόσα τε, καὶ τίνα περὶ τὸ ὄχεον γίνεται πάθη;

υκβ'. Περὶ τὸ ὄχεον γίνεται πάθη τρία· κίρσος, ψώρα, ῥάκωσις.

Quot & qui ſunt in Scroto tumores?

423. Tumores in Scroto nouem conſiſtunt, hydrocele, enterocele, hydrenterocele, cirſocele, porocele, epiplocele, enterepiplocele, enteropocele, hydrocirſocele.

Πόσοι τε, καὶ τίνες ὄγκοι ἐν τῷ ὀχέῳ συνίστανται;

υκγ'. Ογκοι ἐν ὀχέῳ ἐννέα συνίστανται ὑδροκήλη, ἐντερόκήλη, ὑδρεντερόκήλη, κιρσοκήλη, πωρόκήλη, ἐπιπλοκήλη, ἐντερόεπιπλοκήλη, ἐντερόπωρόκήλη, ὑδροκιρσοκήλη.

Quid Hydrocele, aquæ ramex?

424. Hydrocele, eſt lenti humoris in parte ſcroti collectio.

Τί ἐστιν ὑδροκήλη;

D υκδ'. Υδροκήλη ἐστὶν ὑδατώδους ὑγροῦ σύστασις καὶ μέρος τοῦ ὀχέου.

Quid enterocele, inteſtini ramex?

425. Enterocele, fit inteſtini in Scrotum paulatim, vel ſemel delapſus. Enteroceles cauſæ ſunt; antecedens quidem intenſio, vel ictus; continens autem, iterata extenſio, aut ruptio peritonæi.

Τί ἐστιν ἐντερόκήλη;

υκε'. Εντερόκήλη ἐστὶν ἐντέρου καθολίσθησις εἰς τὸ ὄχεον καὶ βραχύ, ἢ ἀθρόως. αἰτίαι δὲ ἐντερόκήλης ἡ προηγουμένη ἔντασις, ἢ πληγή· συνεκτικὴ δὲ ἀπέκτασις, ἢ ῥῆξις τοῦ περιτοναίου.

Quid Hydrenterocele, humoris & inteſtini ramex.

226. Hydrenterocele, eſt delapſus inteſtini, minúſque elaborati humoris collectio in ſcroto.

Τί ἐστιν ὑδρεντερόκήλη;

υκς'. Υδρεντερόκήλη ἐστὶν ἐντέρου καθολίσθησις, καὶ ἀθρόου E ὑγροῦ συλλογὴ καὶ τ ὀχέου.

Quid Cirſocele, varici ramex?

427. Cirſocele, eſt dilatatio, amplificatióque quorumdam, aut omnium quæ teſtem alunt, vaſorum.

Τί ἐστιν κιρσοκήλη;

υκζ'. Κιρσοκήλη ἐστὶν αὐθαυρυσμὸς, ἢ μεγάλου πολλοῖς ἐνίοις, ἢ πάντων τῶν περφόντων τ διδύμων ἀγγείων.

Quid Hydrocirſocele, aquoſus & varicoſus ramex?

428. Hydrocirſocele eſt dilatata teſtem nutricantium vaſorum, & lenti humoris in ſcroti aliqua parte collectio.

Τί ἐστιν ὑδροκιρσοκήλη;

υκη'. Υδροκιρσοκήλη ἐστὶν αὐθαυρυσμὸς τῶν περφόντων τ διδύμων ἀγγείων, καὶ ἀθρόου ὑγροῦ συλλογὴ καθ' ἓν μέρος τοῦ ὀχέου.

Quid Porocele?

429. Porocele eſt concretio calli in aliqua parte ſcroti.

Τί ἐστι πωροκήλη;

F υκθ'. Πωρόκήλη ἐστὶ πώρων σύστασις, καθά τι μέρος τ ὀχέου.

Quid Epiplocele, omenti ramex?

430. Epiplocele, lapſus omenti eſt in partem ſcroti.

Τί ἐστιν ἐπιπλοκήλη;

υλ'. Επιπλοκήλη ἐστὶν ὀλίσθησις ἐπίπλου καὶ ὃ μέρος τ ὀχέου.

Quid Enterepiplocele, inteſtini & omenti ramex?

431. Entereopiplocele, in ſcroti partem inteſtini atque omenti caſus eſt.

Τί ἐστιν ἐντεροεπιπλοκήλη;

υλα'. Εντερόεπιπλοκήλη ἐστὶν ὀλίσθησις ἐντέρου τε, καὶ ἐπίπλου καὶ ὃ μέρος τοῦ ὀχέου.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 280 sur 413

Τί ἐστι κήλη;

υλβ'. Κήλη ἐστὶν ὄγκος παρεγκλιτικός τινος τῶν περιεχομένων· πᾶς γὰρ ὄγκος ἐν ὀσχέῳ κήλη λέγεται.

Τί ἐστι κρύψορχις;

υλγ'. Κρύψορχίς ἐστιν ἀναχώρησις διδύμου, ἢ διδύμων.

Τί ἐστι ῥάκωσις;

υλδ'. Ῥάκωσίς ἐστιν ἔπεκτασις πολλὴ τοῦ ὀσχέου.

Τί ἐστι ψωρίασις;

υλε'. Ψωρίασίς ἐστι σκληρότης πολλὴ τοῦ ὀσχέου μετ' ὀπτεδαγμώδους κνησμοῦ, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἑλκώσεως.

Τί ἐστι γάγγραινα;

υλς'. Γάγγραινά ἐστι μεταβολὴ τοῦ χρωτὸς τῆς κατὰ φύσιν ἑκάστου ἐπὶ τὸ ἀλλότριον, καὶ νέκρωσις μετ' ἐλκώσεως, καὶ δίχα ἐλκώσεως. γίνεται δὲ γάγγραινα ἤτοι πληγῆς προηγησαμένης, ἢ νεκρώσεως γιγομένης, ἢ φλεγμονῆς ἐκ χειρουργίας.

Τί ἐστι δρακόντιον;

υλζ'. Δρακόντιόν ἐστιν ἕλκος φορᾶι ἐπ' αὐτὸ ἔχον νεῦρον ἀπὸ τοῦ πλησίον μέρους. εἴρηται δὲ δρακόντιον ἐπεὶ ἐν ταῖς κινήσεσιν ἀναχωρεῖ τὸ νεῦρον ἐπὶ θάτερα τὸ ἕλκος, καὶ κρύπτεται ἐν αὐτῷ.

Τί ἐστιν ἥλος;

υλη'. Ἥλός ἐστιν ἕλκος ἐν πέλματι περιφερές, καὶ τετυλωμένον.

Τί ἐστι σπέρμα, καὶ πόθεν;

υλθ'. Ἐκκρίνεται τὸ σπέρμα ὥσπερ Πλάτων φησὶ, καὶ Διοκλῆς, ἀπὸ ἐγκεφάλου καὶ νωτιαίου. Πραξαγόρας δὲ καὶ Δημόκριτος, ἔτι τε Ἱπποκράτης ἐξ ὅλου τοῦ σώματος. ὁ μὲν Δημόκριτος λέγων. αὐξήσεσθαι εἷς ἔσται, καὶ αὐξήσεσθαι πάντες. ὁ δὲ Ἱπποκράτης φησί. ἡ γὰρ ἡδονὴ πάντοθεν ἔρχεται τοῦ σώματος· ἀπὸ μὲν τῶν ὑγιαίνων, ὑγιής. ἀπὸ δὲ τῶν νοσερῶν, νοσερά. τὸ σπέρμα ἐστὶν κατὰ μὲν τοὺς Στωϊκοὺς, ὃ μεθίησι τὸ ζῶον ὑγρὸν μετὰ πνεύματος καὶ ψυχῆς, ὡς δὲ οὐ μέρος. κατὰ δὲ Ἀσκληπιάδην, τὸ ἐν τοῖς ἀφροδισίοις συνιστάμενον ἐκκρινόμενον γονικὸν ὑγρόν.

Εἰ σπερματίζει τὸ θῆλυ;

υμ'. Ἐζήτηται εἰ σπερματίζει τὸ θῆλυ, ὥσπερ τὸ ἄρρεν σπερματίζει. καὶ γὰρ τὸ θῆλυ τινὰ αὐτοῦ ὄρεξιν ἔχει, καὶ κοινωνεῖ τῶν αὐτῶν νοσημάτων· καὶ φανερῶς ἀφ' τῆς ἀνατομῆς δείκνυται τοῖς σπερματικοῖς ἔχον πόρους, καὶ τὸ μέγιστον τοῦ σπερματίζειν μάρτυρεῖον, αἱ ὁμοιότητες τῶν γονέων πρὸς τὰς τεκούσας· ὅτι δὲ συμβάλλεται, μάρτυρεῖ Ἱπποκράτης λέγων ἐν τῷ περὶ παιδῶν φύσεως. ἰῶ γυνὴ μείνῃ ἀπ' ἀμφοῖν ἐν τῇσι μήτρῃσι τῆς γυναικὸς, πρότερον μὲν μίσγεται ὁμοῦ, ἅτε τῆς γυναικὸς οὐκ ἀτρεμεούσης, ἀναθάλπεται δὲ καὶ παχύνεται θερμαινόμενον, ἔπειτα πνεῦμα ἴσχει.

Πῶς διαφέρει σπέρμα γόνου;

υμα'. Διαφέρει σπέρμα γόνου, ὅτι σπέρμα μὲν ἐστὶ τὸ ἐν σπερματικοῖς πόροις ὄν, γόνος δὲ τὸ ἤδη ἐκκριθέν· καὶ ὡς Ἀσκληπιάδης λέγει, ὅτι τὸ σπέρμα μὲν καὶ τοῖς μηδέπω γηναῖα δυναμένοις, ὡς εἰσάμεθα. γόνος δὲ τὸ μηδέπω πεπεμμένον σπέρμα.

A

Quid Cele, ramex?

432. Cele, tumor est qui dictorum aliquod continet; omnis enim in scroto tumor ramex nuncupatur.

Quid Crypsorchis, testiculi occultatio?

433. Crypsorchis, est testiculi, vel testiculorum recessus.

Quid Rhacosis, attritio.

434. Rhacosis, multa scroti extensio est.

Quid Psoriasis, scabies?

B 435. Psoriasis, multa durities est scroti cum intensa prurigine, quandoque verò & vlceratione.

Quid Gangræna, extinctio?

436. Gangtæna, est corporis mutatio à naturali cuiusque habitu in alienum, atque extinctio, cum vlceratione, & citra vlcerationem. Gignitur autem gangræna vel plaga procedente, vel dum extinctio fit, aut phlegmone ex chirurgia.

Quid Dracunculus?

C 437. Dracunculus, est vlcus, quod à parte propinqua ad ipsum nerui delationem habet. Dictus autem est, quòd neruus mouendo corpore in vlcus recedat, in eóque occultetur.

Quid Clauus?

438. Clauus, est vlcus in pedis planta orbiculatum, quod callum contraxit.

Quid Semen, & vnde?

439. Semen, vt Plato, ac Diocles autumant, ex cerebro, & dorsi medulla excernitur; vt autem Praxagoras, atque Democritus, præterea & Hip-
D pocrates censent, ex toto corpore. Democritus quidem quum ait, homines vnus erit, & homo omnes. Hippocrates verò; genitura, inquit, vndique à corpore demanat, à sanis sana; à morbosis morbosa. Semen est, secundum Stoicos, quod cum spiritu, & anima, sed veluti non pars ab animali dimittitur; vt autem opinio fert Asclepiadis, genitalis humor qui in venereis congressibus excernitur.

Vtrum semen mulier emittat?

440. Quæsitum est vtrùm fœmina semen emittat,
E vt & mas semen promit. Etenim eandem libidinem habet fœmina, eorumdémque morborum est particeps; ac planè ex dissectione, seminariis meatibus prædita esse ostenditur. Maximum quoque id producendi seminis testimonium est, quòd similes matribus procreentur liberi; Quod autem conferat, testis est Hippocrates, qui in libro de pueri natura, *Si profecta* (inquit) *ab ambobus genitura in mulieris locis manet, primùm quidem vnà miscetur, vtpote non quiescente muliere, concalescendóque colligitur, ac crassescit; dein spiritum concipit.*

F *Quomodo semen à genitura differt?*

441. Differt semen à genitura, quòd semen in seminariis sit meatibus, genitura verò quod iam excretum est; Et, vt Asclepiades loquitur, semen quidem iis quoque esse qui nondum generare possunt, definiuimus; genituram verò semen nondum concoctum.

Qua-

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 281 sur 413

Quæ infœcunditatis cauſæ?

Τίνες αἰτίαι τῆς ἀγονίας;

442. Infœcunditatis duplex cauſa eſt, altera in viro, altera in muliere, & vtraque multiplex. In fœmina igitur cauſa eſt, ſi perfrigidum vterum, vel præpinguem mulier habeat; in mare verò, quum is vel ſubſpado, vel teſticulis orbatus fuerit; vel alio quodam morbi genere correptus.

υμϛ'. Αἰτίαι ἀγονίας δύο, ἢ περὶ τὸν ἄνδρα, ἢ περὶ δὲ θῆλυ, καὶ ἑκάτεραι πλεοναχῶς· περὶ μὲν οὖν τὸ θῆλυ ἤτοι καταψυχρὸν ἔχουσης, ἢ καταπίμελον τῆς γυναικὸς τὴν μήτραν· περὶ δὲ τὸ ἄρρεν, ἤτοι ὅταν ἐκτομίας ᾖ, ἤτοι ἑτερημυὸς διδύμων, ἢ ἄλλον τινὰ ξύμπτωμα ἔχων νοσήματος.

An fœtus pars fatæ?

Εἰ ἔστι μέρος τῆς κυούσης τὸ κυούμενον;

443. Non eſt pars fœtæ fœtus in vtero, aut certè ipſo prorſus intereunte, grauidam quoque interire neceſſariò oportet: vel partu edito lædi in integris functionibus, quod pars deſit, atque ea corpus ſpolietur.

υμγ'. Οὐκ ἔστι μέρος τῆς κυούσης τὸ κυούμενον, ἢ πάντως φθειρομένου μὲν αὐτοῦ, ἀποθνήσκειν ἐξ ἀνάγκης τὴν κυοῦσαν· ἢ ἀπὸ κυισκομένου βλάπτεσθαι πρὸς τὰς ὁλοκλήρους ἐνεργείας, ὡς λείποντος μέρους, τὸ ἀποτεμνομένου τοῦ σώματος αὐτῆς.

Vnde alitur fœtus?

Πόθεν τρέφεται τὸ ἔμβρυον;

444. Nutritur fœtus per ſecundas alimentum excipiens, attrahénſque. At non per os, ſed per vmbilicum alitur.

υμδ'. Τρέφεται τὸ ἔμβρυον διὰ τῆς χοριείου λαμβάνον καὶ ἑλκόμενον. τρέφεται δὲ οὐ διὰ στόματος, ἀλλὰ διὰ ὀμφαλοῦ.

Vtrum fœtus animal?

Εἰ ζῶον τὸ κατὰ γαστρός;

445. Fœtum quidam animal eſſe, quidam non eſſe prodiderunt. Quotquot igitur animal ipſum eſſe dixerunt, ex motu coniectarunt animal ipſum exiſtere. Quandoquidem & mouetur fœtus, & quia matre quidem ſeſe oblectante, oblectatur ac lętatur, mœrente verò mœret, & vt ſentiens animal cogitur: nulli enim ſenſus, præterquam animali, à natura datus eſt. Qui autem non eſſe animal aſſerunt, nutriri ipſum quidem & augeri vt & arbores, non tamen vt animalia appetendi & auerſandi vim habere. Non enim ipſe ſolum voluntariè, imò neque ex propoſito mouetur, verùm vt arbores & plantæ, nam ventus iis cauſa eſt motionis; fœtus verò circumfuſa humiditas, & lubricitas, atque vteri figura, qui quum impletur tumeſcit in globum: eſt autem globus figura in omnem motum, vtpote omnis expers baſis, natura procliuis. At Aſclepiades fœtum neque animal, neque non animal eſſe pronunciauit, ſed ſimile id eſſe dormientibus dixit: nam quo illi modo ſenſus obtinent, neque tamen vtuntur: ſic & quod in vtero geſtatur.

υμε'. Τινὲς μὲν εἶπον ζῶον, τινὲς δὲ οὔ· ὅσοι μὲν οὖν εἶπον ζῶον ὑπάρχειν αὐτό, τῇ κινήσει ἐτεκμήραντο ζῶον ὑπάρχειν αὐτό. ὅπερ γὰρ κινεῖται καὶ τὸ ἔμβρυον, καὶ ὅτι ἥδεται μὲν ἡδομένης τῆς μητρὸς καὶ διαφερόμενον, ἀνιωμένης δὲ συστέλλεται, καὶ σωιάγεται αἰσθανόμενον ὡς ζῶον· ἡ γὰρ αἴσθησις οὐκ ἄλλῳ τινὶ ἢ ζῴῳ πεφυκεν· οἱ δὲ μὴ εἶναι ζῶον λέγοντες, τρέφεσθαι μὲν αὐτὸ καὶ αὔξεσθαι ὡσπερ καὶ τὰ δένδρα, ὁρμὴν δὲ καὶ ἀφορμὴν οὐκ ἔχειν ὥσπερ τὰ ζῶα. ὃ γὰρ αὐτὸ προαιρέτως ὃ μόνον κινεῖται, ἀλλ' οὔτε μὴν προαιρέσεως, ἀλλ' ὡς τὰ δένδρα καὶ φυτὰ πρὸς μὲν γὰρ αἴτιος κινήσεως ἄνεμος, ἐμβρύοις δὲ ἡ περὶ αὐτὰ ὑγρότης, καὶ ὀλισθος, καὶ τὸ σχῆμα τῆς μήτρας, πληρουμένη γὰρ σφαιροειδεται, σχῆμα δὲ ἡ σφαῖρα εἰς πᾶσαν κίνησιν εὔφυὴς, ἅτε βάσεως ἀπάσης ἄμοιρος. Ἀσκληπιάδης δὲ ὅτε ζῶον, οὔτε μὴ ζῶον εἶπεν τὸ ἔμβρυον, ἀλλ' ὅμοιον ἔφησεν αὐτὸ τοῖς κοιμωμένοις· ὅνπερ γὰρ τρόπον ἐκεῖνοι μὲν ἔχουσιν τὰς αἰσθήσεις, οὐ χρῶνται δὲ αὐταῖς, οὕτωσὶ καὶ τὸ κατὰ γαστρός.

Quandonam mas & fœmina generantur?

Ὁπότε μὲν τὸ ἄρρεν ἢ τὸ θῆλυ γίνονται;

446. Gignitur mas, vt nonnulli opinantur, poſtquam ex dextra parte auulſum ſemen in vterum coniectum eſt: fœmina, quum ex ſiniſtra: Alij verò pro peculiari ſeminis temperamento à calore vel frigore fieri dixerunt. Nam ſemen calidius marem generat: frigidius fœminam.

υμϛ'. Γίνεται δὲ τὸ ἄρρεν κατὰ μὲν τινας, ἐπειδὰν τὸ ἐκ τῆς δεξιᾶς ἀποσπασθὲν σπέρμα, καταβληθῇ εἰς τὴν μήτραν· θῆλυ δὲ ἐκ τῆς ἀριστερᾶς. Ἄλλοι δὲ ἔφασαν κατὰ τὴν τοῦ σπέρματος ἰδιοσυγκρασίαν, ἤτοι θερμότητα, ἢ τὴν ψυχρότητα γίνεσθαι. τὸ μὲν γὰρ θερμότερον σπέρμα ποιεῖ τὸ ἄρρεν, τὸ δὲ ψυχρότερον, τὸ θῆλυ.

Quomodo gemini ac trigemini procreantur?

Ὅπως τὰ δίδυμα ἢ τρίδυμα γίνεται;

447. Fiunt gemini, atque trigemini, vt quidam arbitrantur, quoniam ſemen in calidum detractum ac deriuatum frangitur, ſicque facit geminos, & trigeminos. Alij ad ſuperfœtationem cauſam referunt. Nos verò, ſi in hæc ambo conferri ſemen inuentum ſit, gemellos aſſerimus procreari.

υμζ'. Τὰ δὲ δίδυμα καὶ τρίδυμα γίνεσθαι, κατὰ μὲν τινας διὰ τὸ εἰς θερμὸν τὴν μήτραν, καταλαμβάνον σπέρμα θραύεσθαι, καὶ ποιεῖν ὥστε τὰ δίδυμα, καὶ τρίδυμα. Ἄλλοι δὲ διὰ ὑπερκύησιν ἀπέδοσαν. ἡμεῖς δὲ φαμὲν ὅτι ἐὰν εὑρεθῇ τὸ σπέρμα εἰς ἄμφω ζῶα, γίνεσθαι τὰ δίδυμα.

A

Τί ἐστιν Ερμαφρόδιτος;

υμη'. Ερμαφρόδιτός ἐστι συμπλοκὴ τοῦ τε ἀρσενικοῦ, καὶ τοῦ θηλυκοῦ χαρακτῆρος μετὰ τοῦ καὶ ἐν ἀμφοτέροις γεγενῆσθαι αἰδοῖον ἔχειν.

Quid Hermaphroditus?

448. Hermaphroditus, complexus est masculini sexus, ac fœminei, etiam vtroque genitale proprium obtinente.

Πῶς τὰ τέρατα γίνεται;

υμθ'. Τέρατα γίνεται, ὡς μὲν τινες λέγουσι, κατὰ παρέγκλησιν τῆς μήτρας· τὸ γὰρ σπέρμα παρεγχεόμενον ἀνωμάλως ποιεῖ τὰ τέρατα, ὃν τρόπον καὶ τὸν μόλιβδον θερμὸν ὄντα, ἐπειδὰν καταχυθῇ ἀνωμάλως, ἀνώμαλον ποιεῖ τὸ δημιούργημα. ἢ· τὰ τέρατα ἤτοι κατ' ἔλλειψιν, ἢ κατὰ πλεονασμὸν γίνεται· καὶ B τὰ μὲν κατὰ μέγεθος, ὡς τὰ μεγαλοκέφαλα. τὰ δὲ κατὰ σμικρότητα, ὡς τὰ στρουθοκέφαλα· τὰ δὲ κατὰ πλεονασμὸν, ὥσπερ τὰ ἑξαδάκτυλα, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ πλεοναδάκτυλα.

Quomodo procreantur monstra?

449. Generantur monstra (vt quidam aiunt) per declinationē obliquitatémque vteri; nam quod inæqualiter semen infunditur, monstra progignit: quo modo & liquatum plumbum, si inæqualiter defusum sit, inæquale opus conflatur. Vel; monstra aut per defectū, vel per excessum fiunt. Gignuntur per magnitudinem vt quę amplo sunt capite; per paucitatem verò, vt quę passerino sunt capite; per exuperantiam verò vt quæ sex constant digitis, quandoque etiam pluribus.

Διὰ ποίαν αἰτίαν τὰ μὲν ἑπτάμηνα, γόνιμα· τὰ δὲ ὀκτάμηνα, ἄγονά ἐστιν;

υν'. Διὰ ποίαν αἰτίαν τῶν ἑπταμήνων γονίμων ὄντων, τὰ ὀκτάμηνα ἄγονά ἐστιν; λέγεται οὕτως· ὅτι ὁ, ὀκτὼ, ἀριθμὸς ἀρτιός ἐστι καὶ συνεζευγμένος, μὴ κρίσιμος ὤν· ὁ δὲ, C ἑπτὰ, ἀριθμὸς περιττὸς, καὶ οὐδὲ συνεζευγμένος, καὶ διὰ τοῦτο κρίσιμος.

Quare septimestres vitales, octimestres verò minimè?

450. Quam ob causam septimestres partus viuunt, octimestres minimè? ita fertur; quoniam numerus octo, par & coniunctus, nec decretorius est; septem autem impar est numerus, neque verò coniunctus, atque ob id decretorius.

Τίνες αἰτίαι συλλήψεως;

υνα'. Αἰτία συλλήψεως ἡ τῆς μήτρας σύμμετρος θερμασία, καὶ ἡ πρόσφατος τῶν ἐμμηνίων κάθαρσις καὶ ὄρεξις· ταῦτα γὰρ ὁμοῦ συνελθόντα, κατέσχε τὸ σπέρμα.

Quæ causæ conceptionis?

451. Conceptionis causa, commoderatus vteri calor; recénsque menstruorum purgatio; & coëundi appetitus; hæc enim simul congressa semen detinuerunt.

Οπως γίνεται ἡ διάρθρωσις; καὶ τί ἐστι χόριον;

υνβ'. Πρῶτον συνίσταται τοῦ ἐμβρύου τὸ χόριον, εἶτα τὰ λοιπά· τὸ χόριον μὲν συνέστηκεν ἐκ δύο φλεβῶν, καὶ δύο ἀρ- D τηριῶν, καὶ πέμπτου τοῦ καλουμένου οὐραχοῦ, ἤτοι ἐπεὶ χώρημά ἐστι τοῦ ἐμβρύου, οἱονεὶ χωρίον, ἢ ἐπεὶ χορηγεῖται τὴν τροφὴν αὐτῷ.

Quomodo fit conformatio & quid secundæ?

452. Conformantur primum fœtus secundæ; deinde reliqua. Constant secundæ ex duabus venis, duabúsque arteriis, & quinto vocato vracho. Vocatur autem chorion, seu quòd fœtus conceptaculum sit, seu quòd ipsi alimentum suppeditet.

Τί εἰσιν ὠδῖνες;

υνγ'. Ὠδῖνές εἰσι πνεύματος ἀθρόου καταφορὰ πρὸς τὴν ἐκδρομὴν τοῦ ἐμβρύου.

Quid sunt parturigines?

453. Parturigines sunt spiritus conferti impetus ad fœtus excursum.

Τίς ἡ τῶν καταμηνίων χρεία;

υνδ'. Τὰ καταμήνια παρέχεται τῇ γυναικὶ πρὸς ὑγίειαν E ἐκκενούμενα, ἐπισχεθέντα δὲ διὰ τὴν σύλληψιν τῷ ἐμβρύῳ τὴν τροφὴν παρέχει· γέγονε γὰρ καὶ πρὸς σύλληψιν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ γάλακτος γένεσιν.

Quis menstruorum vsus?

454. Tribuuntur mulieri menstrua, quò sanitatis gratia euacuentur; fœtui autem alimentum se præbeant per conceptum suppressa; sunt enim tum ad conceptionem, tum ad lactis generationem comparata.

Οπότε ταῖς κυούσαις ἡ κίττησις γίνεται, καὶ τίς αὐτῆς αἰτία;

υνε'. Ταῖς κυούσαις ἡ κίττησις γίνεται μετὰ δύο που, ἢ τρεῖς τῆς συλλήψεως μῆνας, στομάχου παθόντος· τὸ γὰρ ἔμβρυον οὐδέπω δύναται καταναλίσκειν τὴν τροφήν· τῆς κίττης αἰτία γίνεται τὸ πλεονάζειν τὴν ὕλην, καὶ ταραχὴν ἐγγίνεσθαι τῷ στομάχῳ· ἀμέλει αὔξησιν λάβῃ τὸ ἔμβρυον κάτω φερομένου F τοῦ αἵματος ἐπ' αὐτὸν ὁ στόμαχος ἀποκαθίσταται.

Quando grauidis fit pica, & quæ eius causa?

455. Fit prægnantibus pica duobus circiter, aut tribus à conceptu mensibus, affecto stomacho; nondū enim potest fœtus alimentū consumere. Picę causa inde prodit, quod exuperet materia, & stomachus perturbatione vexetur. Sanè quū incrementum acceperit embryum, tum recipiente se deorsum sanguine, ad se stomachus redit.

Πόσα ἐστὶ τῶν ἐμβρύων σχήματα;

υνς'. Σχήματα ἐμβρύων τέσσαρα, ἓν μὲν τὸ κατὰ φύσιν, ὅ ἐστιν ἐπὶ κεφαλὴν, τὰ δὲ λοιπὰ τρία, ἅτινα παρὰ φύσιν ἐστὶ, τὸ ἐπὶ πόδας, τὸ πλάγιον· καὶ τὸ διπλοῦν.

Quot figuræ sunt quibus fœtus in lucem prodeunt.

456. Quatuor sunt fœtuum figuræ, siue posituræ, vna quidem secundum naturam, quæ in caput est; reliquæ tres præter naturam quæ in pedes, in latus: & in duplum.

Quot

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 283 sur 413

Quot modis & cauſis difficiles redduntur partus?

457. Difficiles partus tribus modis & cauſis fiunt, ex fœta, ex fœtu, & ab externis. Ex fœta, duplici modo, animo quidem, quum zelotypiis, vel mœroribus vel alia quauis perturbatione affecta fuerit; corpore verò quum anguſtis fuerit meatibus, aut præpinguis, aut primùm fœta, aut vterum habuerit, qui alimentum non admittat. Ex fœtu verò, vel quum is moritur in vtero, vel geminus, aut monſtroſus editur. Ab externis, per intenſam hyemem, aut æſtum vehementem.

Quæ vlcerum vteri cauſa?

458. Cauſæ vlcerum in vtero ſunt interdum abſceſſus; nonnunquam peſſus abortiuus, aliquando verò ſcirrhus; eſtque hic cum aliis diuturnus.

Quid ſarcoſis in vtero?

459. Sarcoſis in vtero, eſt carnis collectæ extuberatio; quæ ſi magna ſit, pars eius recidenda eſt, vellicata prius ſcalpris, quo celeriùs emoriatur, ſin parua, protinus tollenda.

Quid hæmorrhagia & quid ab hæmorrhoide differat?

460. Hæmorrhagia, effuſio vehemens eſt ſanguinis; quæ ſi magnum vulnus ſit, per largum obitur fluxum; ſin anguſtum, per iaculationem vt in venis ſecãdis. Differt hæmorrhagia ab hæmorrhoide, quod hæmorrhagia, abundans ſit effuſio, vt dixi ſanguinis, hæmorrhois autem delatio ſanguinis per diapedeſin, ac paulatim facta.

Quot modi ſunt eruptionis ſanguinis & quæ hæmorrhagia curatu difficilior.

461. Tres ſunt eruptionis ſanguinis modi, vel per anaſtomoſin, vel per diapedeſin, vel per ruptionẽ, ſeu diacopẽ. Quæ diapedeſi, & coporis noſtri vaſorũ eroſione cõſtat, nõ facilè ſanatur. Curantur difficiliùs arteriæ, quã venæ; partes in profundo ſitæ iis quæ ſuperficiẽ occupãt, & quę his, aut illis vicinę magis ſunt, faciliorẽ difficiliorémve curationẽ recipiunt, ſanguinẽ, quẽ nõ paruo negotio compeſcas, facilè hęc loca profundunt, tẽporales muſculi, cerebri mẽbranæ, palatũ, columella, collũ, alæ, inguina, & id genus alia; inter homines verò, ſi ætatem ſpectes, iuuenes; ſi habitum, prauis affecti humoribus; ſi anni tempeſtatem, in æſtate; ſi conſtitutionem, in hyeme.

Quid per chymum intelligitur?

462. Chymus, apud Hippocratem ſemper humoribus corporis impoſitus eſt, ex quibus noſtra eſt ſtructura, ſanguine, pituita, & duplici bile, flaua, & nigra; apud Platonem verò & Ariſtotelem, guſtabilis qualitas, & quæcunque nobis ineſt, chymus hoc eſt ſapor nominatur. Sunt autem qualitates acor, auſteritas, acerbitas, acrimonia, ſalſedo, dulcedo; amaritudo ſic & Mneſitheo placet in Pathologia.

Quando, quibus, & quare vacuandum eſt?

463. Vacuamus vel venæ ſectione, vel cucurbitula, vel hirũdine, vel ſimilibus. Sanguinẽ detrahimus ob multã plenitudinem, præſertimque vbi ſanguinem affectus cauſam eſſe ſuſpicabimur. Detractionis cuiuſlibet tutior præferenda; grauis, medicamenti oblatione declinanda eſt. Cucurbitula vtimur ad locorum contuſionem. Hirundinem admouemus, vbi affectum locum tenuiter aperire eſt opus.

A

Κατὰ πόσους τρόπους γίνονται αἱ δυσκολίαι γόνιμοι;

υνζ'. Αἱ δυσκολίαι κατὰ τρεῖς γίνονται τρόπους, καθὰ τὸν κύουσαν· καὶ ὃ κυούμενον· καὶ τὰ ἔξωθεν· κατὰ τὸν κύουσαν διχῶς, ψυχικῶς μὲν ζηλοτυπίαις ἐρημώσεως, ἢ λύπαις, ἢ ἄλλῳ τινὶ παθήματι· σωματικῶς δὲ ἢ στενοπορεῖν δόσιν, ἢ καθαπίμελον, ἢ παχέως κύουσαν, ἢ ἄτροφον ἔχουσαν τὴν μήτραν. κατὰ δὲ τὸ κυούμενον, ἤτοι ὅταν ἀναπολήμη, ἢ δίδυμον, ἢ τερατῶδες, κατὰ δὲ τὸ ἔξωθεν, χειμῶνος ὑπερβαλλούσου ἢ καύματος σφοδροῦ.

B

Τίνες αἰτίαι τῶν ἐν μήτρᾳ ἑλκῶν;

υνη'. Αἰτίαι τῶν ἐν μήτρᾳ ἑλκῶν, ὅτε μὲν ἀπόστημα, ὅτε δὲ πεσοῦς φθορεὺς· ὅτε δὲ ἐν μήτρᾳ σκίρρος· ἔστι δὲ χρόνιος σὺν μετ' ἄλλων.

Τί ἐστιν ἡ ἐν μήτρᾳ σάρκωσις;

υνθ'. Ἡ ἐν μήτρᾳ σάρκωσίς ἐστι σαρκὸς ἢ ἐξισμένης ἔκφυσις· ἣν χρὴ διὰ μέσης ἀποσφάξαντα, εἰ μεγάλη εἴη, τοῦτο κατακνίζειν ἵνα τάχιον νεκρωθῇ· εἰ δὲ εἴη βραχεῖα, τοῦτο χρῆμα βασάζειν.

C

Τί ἐστιν αἱμορραγία, καὶ τί διαφέρει αἱμορροΐδος;

νξ'. Αἱμορραγία ἐστὶν αἵματος ἀθρόας ἔκχυσις, κατὰ περιῤῥῆσιν μὲν μεγάλης ἕδρης τρώσεως, κατ' ἀκοντισμὸν δὲ εἰς στενότητα τυγχάνουσα ὡς ὅταν τὴν φλεβοτομίαν. Διαφέρει αἱμορραγία αἱμορροΐδος, ὅτι ἡ μὲν αἱμορραγία, ὡς ἔφην, ἀθρόας ἐστὶν αἵματος ἔκχυσις· ἡ δὲ αἱμορροΐς, καθὰ διαπήδησιν, καὶ κατ' ὀλίγον αἵματος φορά.

Πόσοι οἱ αἱμορραγίας τρόποι, καὶ τίς δυσκαθαίρετος;

υξα'. Τρόποι αἱμορραγίας τρεῖς, ἢ κατὰ ἀναστόμωσιν, ἢ κατὰ διαπήδησιν, ἢ καθὰ ῥῆξιν ἄλλως διακοπεῖν. ἔστι δὲ ἡ κατὰ διαπήδησιν, καὶ ἡ κατὰ διάβρωσιν ἐν ἡμῖν ἀγγείων, δυσκάθαιρετος. ἀρτηρίαι μᾶλλον ἢ φλέβες, καὶ τὰ ἐν βάθει τοῦ σώματος τῶν ἐπιφανείων, καὶ τὰ γειτνιῶντα τοῖς τόποις· δύσαιμορράγητοι τόποι καὶ δυσεπίθετοι, οἱ κροταφῖται μύες, μηνίγγες, ἐγκέφαλος, νεφροί, τραχήλου, μασχάλαι, βουβῶνες, καὶ τὰ τοιαῦτα τούτοις· τῶν δὲ ἀνθρώπων περὶ ἡλικίαν μὲν οἱ νέοι· περὶ ἕξιν δὲ οἱ κακόχυμοι· καθὸ δὲ τὸν ὥραν, ἐν τῷ θέρει· περὶ δὲ τὸν σύστασιν, χειμῶνι.

D

Τί ὑπονοεῖται διὰ τοῦ χυμοῦ;

υξβ'. Χυμὸς τοῦτο μὲν Ἱπποκράτει διὰ παντὸς ὅτι τῶν κατὰ τὸ σῶμα τέτακται χυμῶν, ἐξ ὧν ἐστιν ἡμῖν ἡ σύστασις αἵματος, φλέγματος, χολῶν δύο, ξανθῆς τε καὶ μελαίνης· τοῦτο δὲ Πλάτωνι καὶ Ἀριστοτέλει ἡ γλυκὺ ποιότης, καὶ ἑκάστη τῶν ὄντων ἐν ἡμῖν, χυμὸς ὀνομάζεται. εἰσὶ δὲ ποιότητες, ὀξύτης, αὐστηρότης, τρυφνότης, δριμύτης, ἀλυκότης, γλυκύτης, πικρότης. οὕτω καὶ Μνησίθεος βούλεται ἐν τῇ παθολογικῇ.

E

Ὅπως τε, καὶ διὰ πάνυ, καὶ διότι κενοῦμεν;

υξγ'. Κενοῦμεν ἢ διὰ φλεβοτομίας, ἢ σικύας, ἢ βδέλλης, ἢ τῶν τοιούτων· ἀφαιρεθείσης δὲ αἵματος διὰ πλῆθος πολύ, καὶ μάλιστα ὅταν τὸ αἷμα αὐτὸν τὸ πάθους ὑπονοῶμεν. τοσοῦτον ἐκκένης ἀφαιρέσεως τὸν ἀμείνονα, τὸν δὲ δεινὸν ἐκκλίνοντας δόσι φαρμάκου. τὸν σικύαν διὰ τοιαῦτα τοπικά. τὸ δὲ βδέλλαν, ἐφ' ὧν λεπτοῦ αἱμασσομένην τὸν πεπονθότα δεόμεθα τόπον.

F

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 284 sur 413

A

Τί ἐν τῷ παθολογικῷ πεπλέκται;

Quid docet, ac complectitur pathologia?

υξν'. Ἐν τῷ παθολογικῷ τῆς ἰατρικῆς μέρει περιέχεται τί τε, καὶ ὁποῖόν ἐστι καθόλου, καὶ τί ὃ καθ' μέρος πάθος καὶ νόσημα· καὶ τί αἴτιον, καὶ τί σημεῖον· καὶ τίνες αἱ τούτου διαφοραὶ (πολυειδεῖς γὰρ αὗται) ἃ ὃ παθὼν τὴν νοσοποιὸν αἰτίαν· καὶ αἱ τόποι περὶ οὓς ἐστιν αὐτὰ ἅ τε πάθη. Ζητοῦμεν γὰρ τί ὃ παθὼν φρενῖτις, ἐπιληψία, λήθαργος, πλευρῖτις, περιπνευμονία, παράλυσις, καὶ τὰ ἑξῆς. ἔστι δὲ τούτων τὰ αἴτια προηγούμενα, καὶ ἃ προηγούμενα, καὶ προκαταρκτικὰ, καὶ συνεκτικὰ, καὶ καθόλου τίς ἡ κατασκευὴ τοῦ παθόντος, καὶ περὶ τίνα τῶν σώματος ἕκαστα εἴρηται.

B

Τί ἐστι Κρίσις;

Quid crisis, indicatio?

υξε'. Κρίσις ἐστὶν ἡ ἀξία καὶ ἐξαίφνης ἐν χρόνῳ τῆς νόσου λύσις. ἢ· Κρίσις ἐστὶν ἡ ὀξεῖα ἐν νοσήματι μεταβολὴ, καὶ αὐτὴ τὰ πολλὰ μὲν εἰς σωτηρίαν, ὅτε δὲ καὶ εἰς ὄλεθρον τοῦ κάμνοντος τελοῦσα.

Τί ἐστι περίοδος;

υξς'. Περίοδός ἐστι τεταγμένη χρόνων ἀποδόσις.

C

Ὅπου τὰ τρία ἡγεμονικά;

Vbi facultates tres principes?

υξζ'. Ὁ ἐγκέφαλος τοῦ ψυχικοῦ ἔχει δυνάμεως, καὶ τούτης ὃ ἡγεμονικὸν ὅπερ ἐστὶ λογιστικὸν, καὶ ὁ νοῦς· ἡ δὲ καρδία, ὃ θυμικόν· ὃ δὲ ἧπαρ, ὃ ἐπιθυμητικόν.

Πόθεν τὸ σῶμα, πόθεν ἡ καρδία τρέφεται τε καὶ διοικεῖται, καὶ ποίαις αἱ φυσικαὶ δυνάμεις;

Vnde corpus, vnde cor alitur & administratur, & quæ facultates naturales?

υξη'. Διοικεῖται μὲν σῶμα ὑπὸ τῆς καρδίας φυσικῶς καὶ τοῦ ἥπατος ὁμοίως. δυνάμεις δὲ φυσικαὶ, ἥ τε αὐξητικὴ τε καὶ θρεπτικὴ. λαμβάνει δὲ καρδία εἰς τὸ τρέφειν καὶ αὔξειν ὃ σῶμα, αἷμα μὲν παρὰ τοῦ ἥπατος, πνεῦμα δὲ παρὰ τοῦ πνεύμονος· αἷς πάσας ὕλας δεξαμένη παρὰ τῶν προειρημένων μορίων ἡ καρδία, οἰκονομήσασα δὲ καὶ ἐργασαμένη οὕτως, εἰς ἅπαν ἀφανέμπει τὸ σῶμα.

D

Τί ἐστιν ὀργανική;

Quid est organica?

υξθ'. Ὀργανικὴ, ἔστι μέρος χειρουργίας περιποιοῦν ἀφὼ κατασαρτισμοῦ, καὶ τῆς ἀνωδύνου θεραπείας παρὰ φύσιν διαπεφυκόσιν ἀνθρωπίνοις ὀστοῖς ὑγιαίνειν.

E

Ὅπως σύγκειται ὀστᾶ; τί ἄρθρον, τί ἁρμονή;

Quomodo coniuncta sunt ossa? quid articulus? quid coagmentatio?

υο'. Κατὰ δύο τρόπους σύγκειται ἐν ἡμῖν ὀστᾶ, κατ' ἄρθρον, καὶ κατὰ ἁρμονίαν. Ἄρθρον ἐστὶν ὀστῶν κατὰ φύσιν κινουμένων συμβολή. Ἁρμονή ἐστιν ὀστῶν ἀκινητούντων κατὰ φύσιν συμβολή.

Τί ἐστιν Ὀλίσθημα;

υοα'. Ὀλίσθημά ἐστι παρ' ἄρθρον ἢ κατὰ ἁρμονίαν κινουμένων ὀστῶν φορὰ εἰς ὃ παρὰ φύσιν.

F

Τί ἐστιν ἐξάρθρημα;

Quid eluxatio, exarticulatio?

υοβ'. Ἐξάρθρημά ἐστιν ὀστοῦ κινουμένου κατὰ φύσιν, ἐκ καιλότητος βαθείας ἔκβασις εἰς τὸν πόρον τὸν παρὰ φύσιν.

Τί ἐστι παράρθρημα;

υογ'. Παράρθρημά ἐστι παλλαγὴ, ἢ φορὰ ὀστοῦ παρὰ φύσιν ἐξ ὑπερβολῆς κοιλότητος, εἰς τὸν παρὰ φύσιν τόπον.

464. In pathologica Medicinæ parte continetur quid, & qualis sit vniuersalis, & quid particularis affectus, ac morbus; quid causa; quid signum; & quæ huius differentiæ habeantur (sunt autem hæ specie complures) non qualis affectus causarum morbos efficientium; locos item explorat, in quibus sint ipsi affectus, quærimus enim quis affectus phrenitis, Comitialis morbus, lethargus, pleuritis, peripneumonia, paralysis, & similia. Sunt verò causæ horum manifestæ, & non manifestæ; & euidentes, & antecedentes, & continentes: atque in vniuersum, quæ sit affectus cōstitutio, & in quibus ij corporis partibus dicti sint, perscrutatur.

465. Crisis idonea est ac subita in tempore morbi solutio. Vel, Crisis, est repentina in morbo permutatio, eáque vt plurimùm ad salutem, interdum verò ad ægrotantis interitum tendit.

Quid periodus, circuitus?

466. Periodus, vicissitudo est aut alternatio ordine dispositi temporis.

Vbi facultates tres principes?

467. Cerebrum animalem facultatem obtinet, atque huius partem principem, quæ ratiocinatrix est, atque mens; cor verò irascentem: iecur autem concupiscentem.

Vnde corpus, vnde cor alitur & administratur, & quæ facultates naturales?

468. Administratur naturaliter peræquè corpus à corde, & iecore. Facultas naturalis, altrix & auctrix est. Sumit cor alendo augendóque corpore, à iecore sanguinem; spiritum à pulmone, quas confectas, elaboratásque materias sic in vniuersum corpus transmittit.

Quid est organica?

469. Organica est pars chirurgiæ quæ per restitutionem ac consentaneam curationem affectis præter naturam humanis ossibus sanitatem vendicat.

Quomodo coniuncta sunt ossa? quid articulus? quid coagmentatio?

470. Sunt ossa in nobis duobus modis cōiuncta, per articulum, & coagmentationem. Articulus ossium est quæ secundum naturā mouentur compages. Coagmentatio verò compages est ossium quæ secundum naturam non mouentur.

Quid luxatio?

471. Luxatio, est ossium, quæ per articulum, vel coagmentationem composita sunt & mouentur, præter naturam delatio.

Quid eluxatio, exarticulatio?

472. Eluxatio, est ossis secundum naturam motum habentis, ex profunda cauitate in locum præter naturam delapsus.

Quid dearticulatio, seu deluxatio?

473. Deluxatio, est ossis euariatio, delatióve à naturali loco ex superficiali cauitate ad eum qui præter naturam est locum.

Quid

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 285 sur 413

Quid diacinema dimotio?

474. Diacinema, eſt oſſium per gomphoſin, harmoniámve compactorum interdum quidem in eodem loco præter naturam motio; nonnunquam verò è propria ſede in locum qui præter naturam eſt exturbatio; quemadmodum ex tarſo diruptis oſſiculis, aut vertebris fieri conſueuit.

Τί ἐστι διακίνημα;

νοδ'. Διακίνημά ἐστι τῶν κατὰ γόμφωσιν ἢ καθ' ἁρμονίαν συγκειμένων ὀστῶν ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ εἰς τὸν παρὰ φύσιν τόπον ἔκστασις· ὥσπερ ἐκ ταρσοῦ ὀστείων ῥαγέντων ἢ σπονδύλων εἴωθε γίνεσθαι.

Quid diaſtaſis, diductio?

475. Diductio eſt oſſium quæ per ſuturam & coalitum mutuò iuncta ſunt, ſeparatio aut diductio.

Τί ἐστι διάστασις;

νοε'. Διάστασίς ἐστι τῶν κατὰ ῥαφὴν ἢ κατὰ σύμφυσιν συγκειμένων ὀστῶν χωρισμὸς ἢ διάστασις ἀπ' ἀλλήλων.

Quid Catartiſmus, repoſitio?

476. Repoſitio, eſt oſſis vel oſſium à ſede non naturali in ſedem naturalem traductio ſeu trãſlatio.

Τί ἐστι Καταρτισμός;

νος'. Καταρτισμός ἐστι μεταγωγὴ ὀστοῦ ἢ ὀστῶν ἐκ τοῦ παρὰ φύσιν τόπου, εἰς τὸν κατὰ φύσιν.

Quid mochlia?

477. Mochlia, eſt oſſis vel oſſium à loco qui præter naturam ſit, ad naturalem reductio.

Τί ἐστι Μοχλία;

νοζ'. Μοχλία ἐστὶ μεταγωγὴ ὀστοῦ ἢ ὀστῶν ἐκ τοῦ παρὰ φύσιν τόπου, εἰς τὸν κατὰ φύσιν.

Quid taſis, tenſio?

478. Tentio, eſt tractus corporum.

Τί ἐστι τάσις;

νοη'. Τάσις ἐστὶν ὁλκὴ σωμάτων.

Quid Catataſis, infernatenſio?

479. Catataſis, eſt ad inferiora loca corporum tractus. Sed huius quidem Catataſis quidam tractus eſt corporum in inferiora loca, principiis quæ tenſionis cauſæ ſunt è directo oppoſitis; alter autem per contrariam commutationem eſt tractus corporum in inferiora loca, tranſmiſſis principiis tenſionis cauſis per rotulas ac ſuperius alligatis.

Τί ἐστι καπάτασις;

νοθ'. Καπάτασίς ἐστιν ὁλκὴ σωμάτων εἰς τοὺς κάτω τόπους. Ταύτης δὲ ἡ μὲν τίς ἐστιν ὁλκὴ σωμάτων εἰς τοὺς κάτω τόπους τῶν ἀρχῶν κατ' αὐτὰς ἀποδιδομένων τῆς τάσεως αἰτίων, ἡ δὲ κατ' ἀντιμετάληψίν ἐστιν ὁλκὴ σωμάτων εἰς τοὺς κάτω τόπους μεταλαμβανομένων τῶν ἀρχῶν διὰ ἑκατέρων ἀνω περιεδεδημένων τῆς τάσεως αἰτίων.

Quid anataſis, ſuperna tenſio?

480. Anataſis per traductionem, intelligi ex iis poteſt, quæ de catataſi prodita ſunt.

Τί ἐστιν ἀνάτασις;

υπ'. Ἀνάτασις κατὰ μετάληψιν νοείσθω δυνατὴ ἀπὸ τῶν ἐπὶ τῆς καταστάσεως εἰρημένων.

Quid diataſis, diſtentio?

481. Diataſis, eſt ad ſuperna, atque inferna loca corporum tractus.

Τί ἐστι διάτασις;

υπα'. Διάτασίς ἐστιν ὁλκὴ σωμάτων εἰς τοὺς ἄνω καὶ κάτω τόπους.

Quid eſt Exelcyſmus, ſeu Eiſelcyſmus?

482. Exelcyſmus, eſt deductio oſſis, vel oſſium à ſuperficie in profundum.

Τί ἐστιν ἐξελκυσμός;

υπβ'. Ἐξελκυσμός ἐστι μεταγωγὴ ὀστοῦ ἢ ὀστῶν ἐκ τῆς ἐπιφανείας εἰς τὸ βάθος.

Quid eſt rhegma?

483. Rhegma, eſt oſſis, aut oſſium traductio à profundo ad ſuperficiem.

Τί ἐστι ῥῆγμα;

υπγ'. Ῥῆγμά ἐστι μεταγωγὴ ὀστοῦ ἢ ὀστῶν ἐκ τοῦ βάθους εἰς τὴν ἐπιφάνειαν.

Quid Metagoge, traductio?

484. Metagoge, eſt diducti oſſis in naturalem locum reuocatio.

Τί ἐστι μεταγωγή;

υπδ'. Μεταγωγή ἐστι διεσταμμένου ὀστοῦ αὐτομάλλασις εἰς τὸν κατὰ φύσιν τόπον.

Quid Ecſtaſis, mentis emotio?

485. Ecſtaſis, eſt inſania quæ breui finitur.

Τί ἐστιν ἔκστασις;

υπε'. Ἔκστασίς ἐστιν ὀλιγοχρόνιος μανία.

Quid Ecplexis?

486. Ecplexis, eſt emotio mentis, quæ ex repentina aliqua permutatione extrinſecus aduenit.

Τί ἐστιν ἔκπληξις;

υπς'. Ἔκπληξίς ἐστι διάνοιας ἔκστασις διά τινα ταραχὴν αἰφνίδιον ἔξωθεν.

Quid Enthuſiaſmus, fanatica perculſio?

487. Enthuſiaſmus, efflatio numinis eſt, veluti quum quidam mente in ſacris faciendis capiuntur, ſi qua viderint; aut ſi tympana, vel tibias, vel ſigna audiuerint.

Τί ἐστιν ἐνθουσιασμός;

υπζ'. Ἐνθουσιασμός ἐστι καθάπερ ὀξίσανταί τινες ἐπὶ τῶν ὑποθυμιωμένων ἐν τοῖς ἱεροῖς ὁρῶντες ἢ τυμπάνων, ἢ αὐλῶν, ἢ συμβόλων ἀκούσαντες.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 286 sur 413

GALENI LIBER DE PARTIBVS ARTIS MEDICÆ.

CAPVT I.

Nonnulla Medicæ artis partitiones nulla Methodo constitutæ.

NOn absque ratione mihi quidem (Iuste charissime) de partibus Artis Medicæ dubitare videris, quippe quum alios alio modo eas partiri animaduertas. Sunt enim quidam, quos possis audire secantes totam artem in pharmaceuticen, & chirurgicen, & diæteticen, id est, in eã quæ medicamentis, & eam quæ manuum opera, & eam quæ victus ratione medetur; & has deinde in alias partes; non tamen, vt omnes mox eodem modo has partiãtur. Nonnulli verò in therapeuticen, id est in curatricem, & eam quæ hygiene, id est salubris appellatur. Alij & prophylacticen, id est præseruatricem, inter has in prima statim partitione introducunt; sicut quidam & analepticen, quasi restauratricem dixeris. Sed aliqui præter has, euecticam hoc est eam, cuius munus est, optimum corpori habitum introducere. Sunt præterea qui istis omnibus gerocomicam, hoc est eam partem, quæ senes regit, annumerant, quemadmodum alij eam partem, quæ infantium curam habet, quam Græci pædotrophicam vocant. Alij verò præterea cosmeticen, id est exornatoriã, quam à fucatoria commotica Græcè appellata, diducunt. His autem non contenti quidã, prædictis partibus aliam quandam exiguam quidẽ partem primæ statim sectioni addunt, phoneticen, id est vocalem appellatam; & hoc nonnulli ita indistinctè proferunt: Alij verò distingunt, atque ostendunt, tam illis, qui vocem commodam cupiunt, quàm illis qui prout eorum natura exigit, opus esse, vt non secus vocem, ac alias eorum actiones habeant. Hi tamen nunquam ad id deueniunt, vt sigillatim has huius artis partes prosequantur: nempe si hoc feciſſent, non omninò à ratione hæc eorũ partitio videretur esse aliena. Verùm, quum partibus aliis neglectis, vnius tantummodo meminerint, ipsi se ipsos videntur redarguere, quòd suam absque Methodo, & ratione partitionem instituant, vtpotè qui ne maximas quidem partes omnes attingant. Nam de harum ipsarum partitione in minores particulas, consentiunt omnes; sed Alij, vt ex his quasdam tanquã huius artis partes admittunt, ita quasdam omittunt; alias tamen præter has primæ partitioni annumerant, quemadmodum illi, qui physiologicam quasi naturalium rerum inuestigatricem, ac etiam pathologicam quasi affectuum scientiam, dixeris. Alij verò, & materialem istis addunt, & eam quam Græci semioticen quasi signa docentem dicunt; & quidam addunt ætiologicen causas morborum & signorum perscrutantem.

CAPVT II.

De Partitione Medicæ artis secundum Empiricos.

EMpirici omnes ferè in hoc cõueniunt, quod nimirum duplices secundum genus primas artis differentias constituunt; alias enim aiunt finales esse, alias verò cõstitutiuas. Dum verò has particulatim enumerant, non æquè deinde inter se consentiunt. Ex ipsis enim nonnulli sunt, qui semioticen, & therapeuticen dicant esse finales; alij verò, hygieinen; alij etiam decoratiuam, & vocalem illis ipsis addiderunt. At inter constitutiuas, eam quam Græcè autopsian appellant (& est eorum obseruatio, atque memoria, quæ vnusquisque ipse inspexit) & præterea historiam, inter partes reponunt quidem omnes, sed non ita deinde omnes transitum similis artis partem faciunt. Dum sigillatim etiam vnamquãque harum in partes minores secant, minimè sunt vsquequaque concordes Empirici cum Dogmaticis. Et nimirũ si quis ita omnes voluerit medicinæ partes appellare, vt Romæ fieri consueuit, vbi in multa, & ad minima ferè illas partiuntur, vt alios dentarios medicos vocent, alios articularios, & eos etiam qui ani morbos curant, suo nomine anarios appellent, in angustias multas detrudetur hæc eorum ratio: quanquam huiusce rei occasionẽ præstiterit ocularium medicorum nomen, quod non modò nunc, sed iamdiu, impositum est. Porrò si quis oculorum solummodo sit futurus medicus, non erit deinde absonum, quin & dentium sit alius, atque ita etiam sigillatim cæterarum partium omnium nostri corporis, vt sint tot subinde medici, quot sunt ipsæ partes, & præterea suffusionum punctores, herniarúmque ac calculorum incisores. Vnde mox, si ita liceat loqui, plures etiam sint futuri medici, quàm sint corporis particulæ; pro quocunque enim affectu vnus erit medicus. Nempe mirum non est, si ars ea, quæ maxima sit, tot admittat sectiones, atque etiã si in maxima ciuitate pro harum vnaquaque statim aliquis reperiatur, qui inde medicus dicatur; neque enim in exiguo quodam oppido posset quis sibi victum parare, qui tantùm suffusiones oculorum pungeret, aut hernias incideret; Romæ verò & Alexandriæ, præ mortalium in eis multitudine possunt quemcumque alere, qui aliquam etiam ex his artibus, tantummodo profitentur; Vnde huiuscemodi medici, vrbes sæpe mutare coguntur, vt idem tota (exempli causa) Græcia illis afferat, quod aliis, qui in Italia sunt, sola Roma.

CAPVT III.

De simplicibus, & organicis partibus humani corporis.

VErum enimverò mihi operæpretiũ fore existimo, si sermonem vt ego sentio, ita instituero. Nam quales

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 287 sur 413

quales ex ipſa natura ſint minimæ artis particulæ, iam primùm dictum eſt. Reliquum autem eſt, vt mox exponamus, quas oporteat minimas particulas appellare; id verò exemplo quodam explanabimus, quod non erit à noſtro propoſito alienum, imò deſumetur à re, quæ nobis ſit vtilis proculdubio futura. Itaque vt in corporum noſtrorum ſectionibus partes omnes ad minimas vſque ſecundum ſpeciem ſcrutamur, quæ etiam elementa ſenſilia appellamus; ita etiam artium minimas oportet particulas inueſtigare, quæ & ipſæ ſint ſenſilia elementa. Et quidem inſtrumenta ſunt caput, manus, pedes, cęteráque huiuſce generis; ſed horum dein ſunt etiam ſuæ partes, capitis inquam aures, facies, naſus, & collum etiam poſſumus inter partes capitis connumerare, & præterea cerebrum, & ambas membranss, caluariam, arterias, venas, neruos, & poſtremò cutem, quæ omnes ex prima ſtatim inciſione inueniuntur. Harum verò partium quælibet in alias diuiditur particulas, de quibus omnibus abundè in adminiſtrationibus anatomicis actum eſt: quantum verò ad præſens negotium ſpectat, ſatis erit ſi vniuerſas ſigillatim proponendo, corporis ſectionem ad elementa vſque inſinuauerimus. Arteria igitur, quantum ad eius rationem pertinet, duplici tunica conſtat; iam enim ſatis monſtrauimus, quare videatur ipſa triplicē, ac etiam quadruplicem habere tunicam. Porrò ex eius tunicis, altera obliquas habet fibras, altera verò rectas: quas fibras non ampliùs in aliam quampiam ſpeciem partiri poſſumus, quippe quæ minimæ, ac indiuiduæ ſpecie ſint. Nempe ea conſuetudo eſt, vt partes illæ, quibus actio quæpiam demandata eſt, quæ vniuerſo animanti, aut neceſſaria, aut apprimè vtilis ſit, à nobis inſtrumenta, à Græcis organa, appellentur; minimas verò illarum particulas, non hoc tantummodo, ſed ſenſilia etiam elementa, appellamus. Huius generis ſunt fibræ, è quibus vnumquodque inſtrumentorum contextum eſt, ſicut arteriæ, venæ, nerui, inteſtina, vētriculus, vterus, & veſica; hæc enim omnia è tunicis conſtant, quæ ex huiuſcemodi fibris contextæ ſunt. Ex his etiā fibris ſunt membranæ, ligamēta, & caro tum ea quæ ſimplex eſt; tum etiam illa quæ eſt vnicuique viſceri peculiaris, quámque nonnulli parenchyma appellant, quaſi affuſionem quandam dixeris. Et eundem ordinem cum his ſeruant, os, cartilago, adépſque, ac cætera, quæ eiuſcemodi ſunt, quæ poteſt meritò quis noſtri corporis ſenſilia elemēta appellare Sed præter has ſunt partes inſtrumentarię, quas non erit malum recenſere, nimirū arterię, venæ, nerui, lacerti, tendines, oculi, vterus, inteſtina, renes, ventriculus, lien, iecur, pulmonéſque, & cor, & cætera omnia, quæ huiuſce ordinis ſunt.

CAPVT IV.

Exemplo partium noſtri corporis, Medicæ artis partium conſtitutio.

PRo iſtius itaque exempli ſimilitudine, punctoriam ſuffuſionum artem talem vniuerſæ artis medicæ partē exiſtimabimus qualis ea eſt corporis pars, quam inſtrumentum, ſeu (vt Græci) organum appellamus, cuius vnaquæque particula ex proportione reſpondet ſenſilibus corporis elementis. Huiuſcemodi verò partes artis, ſunt notiones illæ, quas nonnulli Græcè theoremata vocant: Latini verò præcepta. Prima namque cognitio ſecundum ſpeciem eſt illius inſtrumēti, quod pungendum eſt. Secunda eſt illius particulæ huius inſtrumēti, vbi pungere oportet. Tertia eſt menſurę, quę fit pro affectus ratione. Quarta conuerſionem reſpicit. Quinta remotionē ſuffuſionis è loco, quem obtinebat. Sexta circa aſtrictionem verſatur. Hæ profectò ſunt notiones vltimæ, minimæ, atque etiam ſimplices, quæ in alias ſimpliciores non amplius ſecari poſſunt. Nihil autem in præſentia refert dicere notitias, aut notiones, aut ſcientias, aut theoremata, vel præcepta, ſicut etiam neque ſi partes dicamus, vel particulas, vel portiones. Igitur ea ſcientia, quæ de pungendis eſt ſuffuſionibus, his conſtituta eſt particularibus ſcientiis, quas nuper explicaui; vniuerſa tamen ratio curandi ſuffuſiones, aliis quibuſdam notitiis eget, & illis quidem duplicibus ſecundum genus. Sunt autem hæ, prima quidē præparatoria, ſecunda verò illa, quam apotherapeuticen Græci appellant. Si quis etenim velit aliquem repletum plurimum, aut prauis humoribus refertum, vel etiam ſecundum caput dolentem, ad huiuſmodi operationem deducere, is inflammationes in membranis, quæ punctæ fuerint, facilè excitabit, & vniuerſum caput malè afficiet: quod ne fiat, arte præparatoria erit opus; cuius inſtitutum eſt, corpus totum ab excrementis ſuccíſque ſuperuacaneis expurgatum, & vacuum, atque etiam caput ab omni dolore immune reddere. Vnde, & ea præcepta, quibus hoc agendum eſt, artis ſunt elementa; quemadmodum, & ea, quę ad id pertinent, vt poſt manuum opus expeditum, oculus ab inflammatione, caput verò ab omni læſione cuſtodiatur. Et huiuſcemodi præcepta ſunt elementa artis medendi, hoc eſt vltimæ, atque minimæ illius particulę. Nimirum is ſermo ſit à nobis propoſitus in exemplum pro cęteris aliis affectibus vniuerſis quorum ſcientia ſigillatim eum inter partes artis ordinem obtinere videtur, quem in animali pars ea, quam inſtrumentum appellamus. At definiri hoc exactè abſque labore non paruo, omninò non poteſt. Putabit enim facilè quiſpiam, quòd eodem penitus modò ſe habeat notitia curandę inflammationis, quo illam ſe habere diximus, qua curandę ſunt ſuffuſiones; & id ipſum etiam de curando vlcere, aut fractura, aut eryſipelate, déque aliis affectibus dicemus. Id tamen verum non eſt, quia eandem rationem, quam in animantis corpore pars ea obtinet, quam inſtrumentum appellamus, eandem inquam curandę inflammationis notio inter artis partes obtinet, & quem ordinem oculus inter animalis partes ſeruat, eundem ea cognitio, quę curat lippitudinem, ſeu ophthalmiam. Eſt verò ophthalmia inflammatio externę oculorum tunicę; ſicuti peripneumonia Græcis dicta, pulmonis inflammatio eſt; & pleuritis, membranę coſtis prętenſæ; vnde hi omnes affectus inflammationes quędam ſunt. Et alia eſt ars curandę inflammationis generatim · alia verò eius, quę ex certa particula definitur: quę malè affecta ſit: ſicut etiam cum inſtrumentum communi quadam appellatione dicimus, & cum de certo quodam, & definito inſtrumento loquimur, aliqua intercedit differentia. Sanè nos in libris de curandi Methodo monſtrauimus, aliam eſſe artem curandę inflammationis in vniuerſum, aliam verò huiuſce, quę hanc particulam occupauerit.

CAPVT V.

Medicæ artis Partitio à corporis affectibus.

AT Empiricus negat vllam eſſe generalem ipſius inflammationis ſecundum ſe ipſam curandi rationem; nulla tamen neceſſitas eſt impręſentiarum in his verborum ſubtilitatibus verſari. Sed ſummatim

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 288 sur 413

dicamus, quòd posteaquam ars medica est de morbo- A uersa etiam ea materia, quæ cognitioni medici exposi-
rum curationibus, notitiæ curandorũ morborum sim- ta est; & ij physiologicam hoc est rerum naturalium
plicium, atque etiam mox compositorum, in primas indagatricem, atque etiam illam, quæ materialis pro-
principalissimásque partes partiendæ sunt. Nos verò priè appellatur; prædictis artis partibus annumerant.
in eo libro, quem de differentiis morborum inscripsi- Sed alij ex ipsis actionibus huiusce artis partes distin-
mus, quot sint morbi simplices, quotque compositi, guentes, præter victus rationem, medicamenta, & ma-
monstrauimus. Quòd si non modò morbis profligatis nuum operationes, significatiuã introducunt. At non-
ad medendi artem pertinet corpora restituere integræ nulli hanc in affectuum cognitricẽ, Græci pathogno-
valetudini, verùm (vt in alio libro à nobis ostensum monicen dicunt, & præsagitricem quam prognosticen
est) sanos tueri, & seruare, alia quoque erit huius artis appellant, partiti, has prædictis partibus addiderunt.
pars, Salubris appellata, quæ priori, curatrici inquam, Maxima autem Empiricorũ pars inter finales quidem
ex oppositio diuisa est. Et istius aliæ quoque sunt parti- ponunt significatiuam, curatricem, & eam quæ salu-
culæ ipsa nimirũ præcepta, quibus singillatim omnium B bris dicitur. Verùm curatricem deinde in victus ra-
nostri corporis partium valetudo tuenda est. Sed si tionem diducunt, medicamenta, atque manuum fun-
tertia etiam quædam corporis constitutio reperitur, ctiones. Qui nominibus quidem aberrant, in ipsis verò
quam neutram appellant, necesse quoque fuerit esse rebus minimè; nam neque oportebat eos operationũ
tertiam artis partem, quæ Præseruatrix dicenda erit. nomina, scientiarum potiùs, apponere. Porro meliùs
In hoc verò statu ij esse videntur, qui manifestam qui- egissent, si dixissent (quemadmodum etiam ex illis ali-
dem habent intemperiem, nondum tamen ægrotant, qui dixerunt) vnam esse istius artis partem significati-
quippe quum possint adhuc suas obire solitas actiones, uam, aliam curatricem, tertiã verò salubrem; & signi-
quique nullo adhuc malo tenentur, quod sensibile sit, ficatiuam partes habere, pathognomonicen hoc est
sed tantùm insensibili; quemadmodum illis contingit, affectuum cognitricem, & prognosticen hoc est præsa-
qui à cane rabido morsi sunt, vel qui venenum hause- gitricem; quemadmodum curatrix, medicamentariã,
runt, quod non nisi post tempus aliquod interficit. In atque illam, quam vocant chirurgicam, nempe quæ
his affectibus versari videtur pars artis præseruatricis, manibus agit. Optimè igitur aiunt, cum inquiunt pri-
quemadmodũ rursus ad aliam huius artis particulam, C mam generalissimámque ipsarum artis partium esse
quam analepticen appellamus, illi attinent, qui nuper differentiam illam, qua eas partimur in finales, & con-
ex morbo liberati sunt, adeo tamen sunt viribus imbe- stitutrices; finales siquidem sunt, quæ finem efficiunt;
cilles, vt neque balneis vti, nec ea, quæ soliti sunt agere constitutrices verò, quæ has cõstituunt, vt (& ita dica-
queant. Est, & pars alia, quam Gerocomicam vocant, mus) in causa sunt cur illæ consistant. Sed non æquè
de senibus regendis, quæ nullam videtur certam habe- deinde bene agunt, quum existimant significatiuam,
re constitutionem: siquidẽ senectus nec omninò mor- esse parti artis curatrici, aut salubri æquiparandam,
bus est, nec integra omninò sanitas. Nõnulli, & ratio- quamuis illa ex necessitate præcedat; neque enim vn-
ne educandorũ infantium in hunc ordinem redigunt, quam, vel custodiri, vel curari quis poterit, nisi cogno-
quã Pædotrophicen appellant: aiunt enim, quòd cor- scatur priùs, qualis sit is affectus, quo corpus tenetur;
poris cura sic habenda est, vt illius status exigere vide- tamen ex ipsa significatione in finem artis nunquam
tur. Addunt præterea quidam partẽ aliam, quæ, opti- peruenturi sumus. Et pari etiam modo transitus ad si-
mum habitum corpori inducendum studeat, ab illis D mile non est pars, quæ comparanda cum historia sit,
Euectica appellatur, eam alij gymnasticam nominant. aut cum illa, quæ ea complectitur, quæ ipse quis vidit.
Vt tandem primæ, maximæque artis istius, quæ circa Verùm de hoc nõ instituimus præsentem sermonem,
corpus versatur, partes hæ sint, theraupetice, analepti- quippe cum id satis alio quodam, & eo toto libro mon-
ce, & prophylactice, senum custodiendorum ratio, in- strauimus. Et quidem nec Serapio aliter sentiebat:
fantium educatrix, euectica, seu optimi habitus indu verùm enimverò cùm ille, tum etiam quicunque pro-
ctrix, ac etiam salubris. Quæ si eo modo diuiduntur, fessi sunt Empiricam sectam, prætergressi sunt hunc
quo paulo ante curatricem monstrauimus, ad simpli- librũ. At ego facto principio perinde, ac Empirici, ad
cissimas deuenietur præceptorum differentias: quæ alia deinceps trãsibo, tu enim iã calles quo modo sum-
ostensa sunt esse veluti quædam artis rudimenta. pto, methodo ex indicatione ad hæc accedendum sit.

CAPVT VI.

E

Partitio à Ratione, & differentiis operationum; & quàm varij fuerint Empirici in ea tradenda.

VNiuersa hæc partitio à corporis affectibus dedu- Ita que dicamus illas quidem primas, & proprias, &
cta est. Est tamen, & alia, quæ à ratione operatio- quã maximè esse artis medicæ partes, per quas istius
num, & earũ differentiis depromi potest. Dicunt enim artis finem assequimur; alias verò istis esse superiores.
aliqui chirurgiam, pharmaciam, & diætam esse primas Porrò, tot secundũ numerũ primæ proximæque sunt,
maximásque artis medicæ partes. Quæ partitio qui- quot sunt maximè propriæ rationes medẽdi; medici-
busdã fieri videtur penes materiæ differentias; quippe na namque affectionibus nostri corporis medetur, siue
quum omnis nostri corporis pars seruari, & iuuari modo illæ duæ sint, siue tres, siue etiã plures. Nos tamẽ
suaptè natura possit, aut victus ratione, aut medica- eo libro qui ad Trasybulũ dicatus est, ostendimus pri-
mentis, aut manuum opera. Nos tamen forsitan magis mam harum constitutionũ differẽtiam duplicem esse,
F
propriè dixerimus, ea quæ offeruntur, quæ admini- ac vtranque ab omnibus ferè proprio nomine esse ap-
strantur, quæ euacuantur, & quæ extrinsecus occurrũt. pellatã: siquidẽ alteram nos sanitatem, alterã morbum
Summatim verò dicere possumus, quòd qui occasio- appellare solemus. Sed in vtraque deinde harum du-
ne accepta ab his affectibus, quos hæc ars curat, aut à plices reperiũtur species: nã vtrobique ea constitutio,
quibus tuetur, vniuersam hanc artem in partes disse- aut in habitu est, aut in habitudine. Salubrem nimirum
cuerunt, tot huiusce artis partes fecere, quot sunt affe- constitutionem, quæ in habitu est; illa pars sibi asciuit,
ctuũ differentiæ. Sed alij non modò ab his, sed ab vni- quam salubrem appellamus, & istius præcipuas partes,

CAPVT VII.

Medicæ artis Partes, quæ à fine desumptæ sunt, & quæ has antecedunt.

euecticam

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 289 sur 413

eurecticam ſic ab eis dictam quidã ponunt, & analepti- A cen quaſi reſumptiuam, & gerocomicam quaſi ſenum ſeruatricẽ. Quæ verò morbos reſpicit habitu, vel habitudine, nominibus caret, quibus partes hæ medicatiuæ nominentur; morbi verò ipſi quidem, aut acuti dicuntur, aut chronici, id eſt longi. Partiũ itaque huius artis, aliæ quidẽ primæ, ac proximæ ſunt; aliæ verò, ſine quibus illæ minimæ eſſe poſſunt. In his igitur prima eſt ſignificatiua, cuius duæ ſunt partes altera quidẽ præſentium cognitrix, altera verò futurorũ prælagatrix. Fieri enim nequit, vt rationẽ affectum aliquem curandi reperiamus, niſi ille priùs cognoſcatur; neque etiam (niſi terminus futuræ iudicationis prænoſcatur) rectè vn- B quam curari poterit. Has autem partes neceſſariò aliæ item præcedunt, vtpote ea, quę omnium partiũ ſtatum exponit, ea verò diſſectione comprehenditur; inſuper verò, & illa, quę de earum actionibus; ac tertio illa, quę de earum vſu eſt, vel vtilitate. Verùm, & his ſunt aliæ priores, ea nimirum, quæ contemplationem elementorum corporis; ac ea quæ de iudiciis; nec non & illa, quæ de naturalibus facultatibus, quæ & ipſæ ex ſectione animantium comprehenduntur. Nimirũ in tot tandem principia ſignificatiua pars diſſoluitur, quam diximus, quòd omninò curatiuam, ac ſalubrem præcedat; quæ omnia ſeorſum ſuis libris expoſita ſunt. Verum- C enimuerò eſt & alia pars præcedens curatiuam, quam etiam ſignificatiuæ annectunt; ea autẽ eſt, quæ omnes cauſas docet, tam ſalubres, quàm morboſas; quã materialem nonnulli appellant. Hæc profitetur cognitionem cauſarũ omnium, quæ his in primis conſtant, quæ offeruntur, quæ efficiuntur, quæ vacuantur, & quæ extrinſecus accidunt: horum enim omnium vires perpendit. Nos autem in libris de methodo medendi monſtrauimus, quam hæc vtilitatem arti præſtant.

CAPVT VIII.

Partitio Medicæ artis ab vno corpore, quod illi ſubiicitur, deſumpta.

HÆc itaque eſt partiũ artis Medicæ perſcrutatio, ab ipſius prima maximẽ, ac propria materia deprompta; ſed quæ ex ſecunda materia, nec ita propria, hoc ſe habet modo. Corpus enim humanũ medicę artis ſecunda eſt materia, ac (ita dixerim) per accidẽs, ea inquam ratione, qua ſanitas, & morbus iſtius corporis affectiones ſũt. Nec modò huius artis, ſed naturalis etiã philoſophiæ materia hoc ipſũ corpus eſt, & ipſius etiã per accidens, eo ſcilicet, quòd generationem ſubeat, & interitũ. Naturalis nimirum philoſophia ea cõtemplatur, quæ generantur, & intereunt; vnde & ipſius prima E materia generatio eſt, & propter hanc deinde corpus etiã generabile, nam & ob id corpus humanũ naturalis materia eſt, quia generationem ſubit, & interitum; medicæ verò artis non hac de cauſa, ſed potiùs quoniam morbis, ac ſanitati ſubiectũ eſt. Vnde quum corpus humanũ ſit quodammodo artis medicæ materia, hæc ars pro ratione partitionis illius, ipſa etiam in partes ſuas ſecanda veniet. At duæ ſunt ſecundum genus primæ differentiæ, altera enim circa elementares partes conſiſtit altera verò circa inſtrumentarias. At verò vtræque tam elementares, inquam, quàm inſtrumentariæ, animalis partes ſunt; & harũ omnium affectus quilibet F propria erit huius artis pars, quã ſuperiùs, dum de punctione ſuffuſionum ageremus, in particulares actiones ſubinde diuidi oſtendimus; harum ſiquidẽ notitię ſunt elementares partes totius huiuſce artis, ſicut in iis, quæ medicamenta vniuſcuiuſque complectuntur; & in iis etiã, quæ ad victus rationem pertinent, illæ quę vnumquodque ſimplex reſpiciunt. Non modò autẽ partitio, quæ ex huiuſce materiæ ſectione ſuboritur, ad vltimas vſque, & elementares artis particulas prouehitur, verùm & cuius paulò ante meminimus. Præterea autem, & alio modo fieri hæc partitio poteſt. Nam fingamus nos velle vnũ quodpiam morborum propoſitum genus ad vltimas vſque particulas diuidere, prima tunc diuiſio erit, quòd aut ſimilaribus particulis accidat, aut inſtrumentariis, vt in libro de morborum differentiis à nobis mõſtratum eſt; altera verò, quòd harum deinde aliæ ſimplices ſunt, aliæ cõpoſitæ, quod in eodẽ quoq; libro oſtẽdimus. Erit igitur neceſſariũ, vt curatiua ſciẽtia minimas, elemẽtarẽſque particulas eaſdem habeat cum illis, quæ dictæ ſunt. Si enim exẽpli gratia, calidũ aliquem morbum velimus curare, primum quod cognoſcere oportet, eſt ratio illum curandi. Nimirũ, quòd contraria contrariis remedio ſunt, iam monſtrauimus hoc cõmunẽ eſſe, & primũ omniũ; deinde verò, quòd id quod eſt primo gradu calidum, illi eſt adhibendum, quod frigidum primo item gradu eſt; mox verò, & calidorum morborũ, atque etiam medicamentorũ refrigerantium gradus tenere oportet, quod in libris de medicamentis explicauimus. Vnde manifeſtũ, quòd vndecumque quis partiri incœperit, ſi rectè huiuſmodi partitio ad vltima, & elementaria theoremata fiat, perueniet tandem ad ſcientiam eorum, quæ dicta ſunt.

CAPVT IX.

Partitio Medicæ artis ab iis, quæ ſunt ſecundum naturam, & quæ ſunt præter naturam.

VT tamen res exactius intelligatur, alterius quoque partitionis, qua ſæpiſſimè vſus ſum, meminiſſe velim. Porrò eorum, quę circa corpus humanum ſunt, alia præter naturam ſunt, alia verò ſecundum naturam; quę verò præter naturam ſunt, aut morbi ſunt, aut ſymptomata. Sed iſtorum cauſę, ſi eorum quidem D fuerint, quę ſecundum naturam ſunt, oportet vt medicus ſcientiam habeat hęc ipſa tuendi: ſi verò eorum quę præter naturam, vt ea interimendi ſcientiam habeat. Quo autem modo hæc ſint peragenda, alibi à nobis expoſitum eſt. In præſenti verò eſt examinandum id, quod propoſitum fuerat, vt eorum vnumquodque ſigillatim partiamur. Sed nos ſeorſum de his in aliis egimus: de morbis, inquam, in libro de morborũ differentiis, de cauſis item in alio libro: quemadmodum etiã in alio de ſymptomatibus: ſed & ſanorũ differentias in libris de ſalubri parte medicinæ: in therapeuticis quoq; facta diuiſione, & morborũ, & ſymptomatũ, & cauſarum, docui quo modo omnibus ſit conſulendum. Et nimirum per hanc etiam partitionem facilè inueniuntur ea, quę prima, & quàm præcipua ſunt in arte, non eſſe alia ab illis, quę diximus: necnon, & ea, quę ſecundum locum obtinent, & quę etiam tertium, vt antea quoque à nobis expoſitũ eſt: oportet etenim, & hæc ipſa partiri: quod ſi rectè fiat, oportebit partitionem tandẽ peruenire ad elemẽtares vſque notitias. Quòd autem variè poſſit vnumquodque, quod propoſitum ſit, diuidi, nec vno tantùmmodo dixere philoſophi omnes, qui dialecticam maximè calluerunt: atque in primis Plato duobus libris, ſophiſta inquã, & politico. Nihil igitur eſt cur ex multiplicitate partitionũ turberis, ſi multifariam antiqui medicam artẽ partiti ſunt: quin potius perpende ſi nihil ſit prętermiſſum ex iis, quę occurrere poſſunt. Profectò quicunque hęc obſeruauerit, is ſuam partitionem modeſtè proſequetur. Veruntamen optimum erit (vt etiam priùs diximus) ſi initium à maximè propria ſumpſerimus materia, cui mox ex prędicta methodo alia addiderimus.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 290 sur 413

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΑΙΡΕΣΕΩΝ ΤΟΙΣ ΕΙΣΑΓΟΜΕΝΟΙΣ.

GALENI DE SECTIS AD EOS QVI INTRODVCVNTVR.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ενταῦθι οἱ Λογικοὶ Ιατροὶ τῶν Εμπειρικῶν διαφέρουσι.

ΤΗΣ ἰατρικῆς τέχνης σκοπὸς μὲν ἡ ὑγεία, τέλος δὲ, ἡ κτῆσις αὐτῆς. οἷς ὧν δ' ἂν τις ἢ μὴ παρεδόσθη ὑγείαν ἐργάζοιτο, ἢ παρεδόσθη διαφυλάττοι, γινώσκεσθαι μὲν ἀναγκαῖον τοῖς ἰατροῖς. καλῶσι δὲ τὰ μὲν ἐργαζόμενα μὴ ὄντα ὑγείαν, ἰάματά τε καὶ βοηθήματα, τὰ δὲ φυλάττοντα τὴν ὄντα ὑγείαν, ὑγιεινὰ διαιτήματα. ταῦτ' ἄρα καὶ αὐτῶν τῶν ἰατρικῶν, ὑγιεινῶν καὶ νοσερῶν ὑπαρχόντων ὁ παλαιὸς λόγος φησὶν. ὑγιεινὰ μὲν καλῶν, τά τε φυλάττοντα τὴν ὄντα ὑγείαν, καὶ τὰ τὴν διεφθαρμένην αὖθις σῴζοντα. νοσερὰ δὲ, τἀναντία τούτων. δεῖται γὰρ ἀμφοῖν ἡ ἰάσεως τῆς γνώσεως, ὑπὲρ τοῦ τὰ μὲν ἑλεῖν, τὰ δὲ φυγεῖν. ὅθεν δὲ τὴν τούτων ἐπιστήμην δυσπειστόν, ἀκέραιόν ὁμοίως παρὰ πᾶσιν ὁμολόγηται, ἀλλ' οἱ μὲν τὴν ἐμπειρίαν μόνην ἀρκεῖν φασὶ τῇ τέχνῃ, τοῖς δὲ, καὶ ὁ λόγος δι' μικροῦ δοκεῖ συντελεῖν. ὀνομάζονται δὲ, οἱ μὲν ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας μόνης ὁρμώμενοι, προσηνύμως ἐκεῖνοι Εμπειρικοί. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ λόγου, Λογικοί. καὶ δύο εἰσὶν αὗται προηγοῦνται τῆς ἰατρικῆς αἱρέσεις, ἡ μὲν ἑτέρα, διὰ πείρας ἰοῦσα προηγεῖται τὴν τῶν ἰαμάτων εὕρεσιν, ἡ δὲ ἑτέρα, δι' ὑποδείξεως. καὶ ὀνόματα γε ταῖς αἱρέσεσιν ἔθεντο, ἐμπειρικῇ τε καὶ λογικῇ. καλοῦσι δὲ εἰσὶν ἐπισημένοι, τὴν μὲν ἐμπειρικὴν, τηρητικήν τε καὶ μνημονευτικήν. τὴν δὲ λογικὴν, δογματικήν τε καὶ ἀναλογιστικήν. καὶ τοὺς ἄνδρας ὁμοίως ταῖς αἱρέσεσιν ἔθεντο, ἐμπειρικούς τε καὶ τηρητικοὺς, καὶ μνημονευτικοὺς τῶν φαινομένων, ὅσοι τὴν ἐμπειρίαν εἵλοντο. λογικοὺς δὲ καὶ δογματικοὺς καὶ ἀναλογιστικοὺς, ὅσοι τὸν λόγον προσήκοντο.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Περὶ τέχνης τῶν Εμπειρικῶν.

Συγχωρήσαιμεν δὲ τὴν τέχνην, οἱ μὲν Εμπειρικοὶ, τοῦδε τοῦ τρόπου φασίν. ὅπερ πολλὰ τοῖς ἀνθρώποις ἑώρων πάθη τὰ μὲν, ἀπὸ τοιούτου γινόμενα νοσοῦσί τε καὶ ὑγιαίνουσιν, οἷς αἵματος ῥύσιν ἐκ ῥινῶν, ἢ ἱδρῶτας, ἢ διαῤῥοίας, ἢ τι τοιοῦτον ἄλλο βλάπτειν ἢ ὠφέλειαν φέρον, οὐ μὴν τόγε ποιοῦν αἴτιον αὐτὸν ἔχον. ἕτερα δὲ, ὧν ὅ μὲν αἴτιον ἐφαίνετο, οὐ μὴν ἐκ παραιρέσεως ἡμετέρας,

CAPVT I.

Quid Rationales Medici ab Empiricis differant.

MEDICÆ artis ſcopus, ſanitas eſt; finis, ipſius adeptio. At medicis neceſſarium eſt cognoſcere, ex quibus quis aut abſentem ſanitatem reſtituat, aut præſentem tueatur. Vocantur autem ea quæ abſentem reuocant remedia, & auxilia; quæ verò præſentem conſeruant, ſalubris victus ratio. Hac igitur ratione & ipſam medicinam ſalubrium inſalubriúmque ſcientiam priſca definitio aſſerit. Salubria quidem vocans, tum quæ præſentem ſanitatem tuentur, tum quæ deperditam reſtituunt; inſalubria verò quæ his contraria ſunt. Amborũ enim cognitione medicus indiget, vt illa eligat, hæc vitet. Vnde verò horum ſcientiam facilè comparet, nondum peræquè ab omnibus conceſſum eſt. Sed alij quidẽ ſolam experientiam ſatis eſſe arti pronunciant; aliis verò & ratio non exigua videtur conferre. Nominantur autẽ qui experientiã ſolam profitentur, Empirici nomine ab illa deducto; ſimiliter qui ratione nituntur, Rationales. Atque hæ duæ principes artis medendi ſectæ ſunt; vna quidẽ experimentis ad remediorũ inuentionẽ tendit; altera verò per indicationem. Et ſectis etiam nomina impoſuerũt, Empiricen, & Rationalem. Vocare autẽ conſuêrunt Empiricen quidem, obſeruatricẽ, & memorem ſiue mnemoneuticen, Rationalẽ verò, dogmaticam, & analogiſticam. Atque viros peræque ac ſectas conſtituebãt; eóſque vocitabãt, & Empiricos, & obſeruatores, & apparentiũ memores, quicunque experientiã ſectabantur; qui verò rationem profitebantur, eos Rationales, & dogmaticos, & analogiſticos.

CAPVT II.

De arte Empiricorum.

ENimvero artem Empirici hunc in modũ cõſtitutam eſſe pronunciant, quoniam multos hominibus affectus viderent oboriri, nonnullos quidẽ ſua ſponte cõmunes tum ægris, tũ ſanis, vt ſanguinis fluxum ex naribus, vel ſudores, vel alui profluuia, vel aliud huiuſmodi quippiã, quod vel noxã, vel opem afferat, nõ tamẽ cauſam effectricẽ ſenſibus obiectã habeat; alios verò quorũ cauſa quidem apparuit, nõ tamẽ ex noſtro inſtituto,

&

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 291 sur 413

fed caſu aliquo; vt ſi cui collapſo vel icto, aut aliter vulnerato, cõtigerit ſanguinẽ fluere, & auiditati quum obſequitur, in morbo frigidam aquam bibere, aut vinũ, aut id genus alia, quorum quodque ad vtilitatem noxámve ceſſit. Priorẽ itaque ſpeciem iuuantium, vel lædentium naturalẽ vocabãt; alterã verò fortuitã. Vtriuſque autẽ ipſarũ primã inſpectionem, fortuitam occaſionem, ſeu incidentiã nominabant, quòd rebus inconſultò incidat, nomen imponẽtes. Incidens igitur experiẽtię ſpecies talis eſt. Vltranea verò eſt, quũ vltro vel ſomniis admoniti, vel alia ducti opinione ad experiẽtiam acceſſerint. Quinetiã tertia experientiæ ſpecies eſt imitatoria, quum ex iis quæ quodcunque iuuerint, aut læſerint, vel natura, vel caſu, vel ſuomet inſtinctu, ſtatim in ipſis affectibus ad experientiam ducitur. Atque hæc eſt, quæ artẽ ipſorũ potiſſimum conſtituerit; non enim bis dũtaxat, aut ter, verũ ſæpiùs id quod ante profuit, imitati ſunt poſtea in iiſdem affectibus idẽ facere vt plurimũ cõperientes talẽ memoriã, præceptũ vocantes, iã id probabile, artíſque partẽ ducunt. Quum autem multa eiuſmodi præcepta ab ipſis collecta fuiſſent, vniuerſa illa collectio erat equidem medicina; qui verò collegiſſet, medicus. At eiuſmodi collectio, propria cuiuſque inſpectio, ab ipſis appellata eſt, quæ memoria quædã eſt eorũ, quæ multoties ſimilíque modò cõſpecta ſunt. Id verò ipsũ experientiã quoq; nominabãt: eius autẽ documentũ, hiſtoriã. Nã id ipſum ei qui obſeruauerit, ipſa inſpectio eſt; diſcenti verò, quod obſeruatũ eſt, hiſtoria. At quia etiam in morbos quoſdã incidebãt interdũ antea nõ viſos, vel aliquos cognitos quidẽ, ſed in iis locis, vbi nulla eſſet remediorũ copia, quę experiẽtia obſeruarint, inſtrumentũ aliquod auxiliis inueniẽdis fecerũt, nẽpe ad ſimilia tranſitum; quo plerumque vſi etiã ab affectu ad affectũ ſimilẽ idẽ præſidiũ transferunt; itẽ à loco ad locũ: à remedio prius cognito, ad ſimile aliquod deueniunt. Ab affectu quidẽ ad affectũ, vt ſi ab eryſipelate ad herpetem tranſeãt. A loco verò ad locum, vt à brachio ad femur. Ab auxilio ad auxiliũ, vt in alui profluuiis à cydonio malo ad meſpilũ. Atqui omnis huiuſmodi tranſitus ad inuentionẽ via eſt. Verùm inuentio nondũ ante experientiã eſt; ſed ſtatim vbi quod ſperatur in experimentum deductum eſt, id iam fide dignũ eſt, cuius teſtimoniũ experiẽtia perhibuit, non minùs ac ſi plerumque pari modo ſe habere obſeruatum fuerit. Porrò experientiã hanc quæ ſimilium tranſitum ſequitur, exercitatoriam vocant; quòd eum qui hac ratione quid inuenturus ſit, in arte exercitatũ ac aſtrictũ eſſe oporteat. Ac priora cuncta experimenta quæ experientiã præceſſerunt, quibus ars ad ſui conſtitutionem indigebat, etiam in quibuſlibet fieri poſſunt. Talis equidẽ per experimentum ad artis finem via eſt.

A Ἀλλὰ κατά τινα συντυχίαν, οἷς συνέβη πεσόντα τινά, ἢ πληγέντα, ἢ ἄλλως πως τρωθέντα αἷμα ῥυῆναι, καὶ πιεῖν ὑπὸ νόσου ἠρεισάμενον τῇ ὀπτῇ θυμίᾳ, ψυχρὸν ὕδωρ, ἢ οἶνον, ἢ τι τοιοῦτον ἄλλο, ὧν ἕκαστον εἰς ὠφέλειαν ἢ βλάβην ἐτελεύτα. Ὁ μὲν οὖν πρῶτος εἶδος τῶν ὠφελούντων ἢ βλαπτόντων, ἐκλογὴ φυσικὴ, ὁ δὲ δεύτερον, τυχικὴν. ἑκατέρου δ' αὖτ' τῶν πρώτων ἰδέαι παρείπιπτον ὠνόμαζον ἀπὸ τῆ παρεμπίπτειν ἀβουλήτως τοῖς πρώτοις πεπονθόσι. Ὁ μὲν οὖν πειρατικὸν εἶδος τῆ ἐμπειρίας, τοιοῦδ' ἐστί. Ὁ δὲ αὐτοματόδιδακτος, ὁπόταν ἔχοντες ὅτι τὸ πειράζειν ἀφίκωνται, ἢ ὑπό τινων ἀνειρόντων προτραπέντες, ἢ ἄλλως πως δόξαντες. Ἀλλὰ καὶ τρίτον τῆς ἐμπειρίας εἶδός ἐστι τὸ μιμητικὸν, ὁπόταν τῶν ὠφελησάντων ἢ βλαψάντων ὁποιῶν, ἢ φύσει, ἢ τύχῃ, ἢ αὐτοματίως, αὐτὸς ὅτι τῶν αὐτῶν παθῶν, εἰς πεῖραν ἔρχηται. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ μάλιστα τὰ τέχνης αὐτῶν συνησαγμένον. ἡ γὰρ δὶς μόνον, ἢ τρὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις μιμησάμενοι τὸ πρόσθεν ὠφελῆσαν, εἶτα ὅτι τῶν αὐτῶν παθῶν τὸ αὐτὸ ποιοῦν διείσχυντες, ὡς ὅτι τὸ πολὺ, τῶ τοιούτῳ μιμήματι, θεώρημα καλέσαντες, ἤδη πιστὸν ἠρώτηται καὶ μέρος τῆς τέχνης. ὡς δὲ πολλὰ θεωρήματα τοιαῦτα ἡ διαίρεσις αὐτῶν, ἰατρικὴ μὲν ἐκλήθη τὸ σύμπαν ἀ-

C θρόισμα, ἕκαστον δὲ ἀθροίσας, ἰατρός. ἐκλήθη δὲ καὶ αὐτῶν αὐτοψία ὁ τοιοῦτον ἀθροισμὰ, μνήμη τις ὧν τῶν πολλάκις καὶ ὡσαύτως ὀφθέντων. ὠνόμαζον δὲ αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐμπειρίαν ἱστορίαν δὲ, τῶ ἐπαγγελίαν αὐτῶ. τὸ γὰρ αὐτὸ τοῦτο τῷ μὲν τηρήσαντι, αὐτοψία, τῷ δὲ μαθόντι τὸ τετηρημένον, ἱστορία ἐστίν. ἐπεὶ δὲ καὶ νοσήμασί τισιν ἐνετύγχανον, ἔστιν ὅτε πρόσθεν οὐκ ἐωραμένοις, ἢ τισιν ἐγνωσμένοις μὲν, ἀλλ' ἐν χωρίοις, ἐν οἷς οὐκ ἦν ἰαμάτων ὑπουρία, τῶν ἀφ' ἧς πείρας τετηρημένων, ὄργανόν τι βοηθημάτων εὑρετικὸν ἐποιήσαντο, τῶ τῶ ὁμοίῳ μεταβάσει, ᾧ χρώμενοι πολλάκις καὶ ἀπὸ παθῶν, ὅτι παθῶν

D ὅμοιον ὁ αὐτὸ βοήθημα μεταφέρει, καὶ ἀπὸ τόπου ὅτι τόπον. καὶ ἀπὸ τῶν πρόσθεν ἐγνωσμένων βοηθημάτων, ὅτι τι προσπλησίον ἔρχονται. ἀπὸ μὲν παθῶν, ὅτι παθῶν, ὡς εἰ ἀπὸ ἐρυσιπέλατος ὅτι ἕρπης μεταβαίνοιεν. ἀπὸ δὲ τόπου ὅτι τόπον, ὡς ἀπὸ βραχίονος ὅτι μηρόν. ἀπὸ δὲ βοηθήματος ὅτι βοήθημα, ὡς ἐν ἀφαιρέσεσιν ἀπὸ μήλου κυδωνίου ὅτι μέσπιλον. ἅπασα δὲ ἡ τοιαύτη μετάβασις, ὁδὸς μὲν ἐστιν ὅτι τ' εὕρεσιν. εὕρεσις δὲ οὐδέ πως πρὸ τ' πείρας, ἀλλ' ἰσίκασι αὖ τὸ ἐλπιζόμενον εἰς πεῖραν ἀγαγεῖν, πιστὸν ἤδη τὸ μαρτυρηθὲν ὑπ' αὐτῆς ἐστιν, οὐδὲν ἧσσον, ἢ εἰ καὶ πλειστάκις ὡσαύτως ἔχον ἐτετήρητο. τῶ δὲ πεῖραν ταύτῃ τῶ ἐπομένῳ τῇ τῶ ὁμοίου μεταβάσει, τελικὴν καλοῦσιν, ὅτι χρὴ τετρίφθαι κατὰ τὸ τέχνῃ, τὸν μέλλοντά τι ὕστως εὑρήσειν. αἱ δὲ ἔμπροσθεν ἅπασαι πεῖραι, αἱ πρὸ τῆς ἐμπειρίας, ὧν εἰς σύστασιν ἐδεῖτο ἡ τέχνη, καὶ πρὸς τυχόντα διώκονται γένεσιν. τοιαύτη μὲν ἡ ὁδὸς τῆς πείρας πρὸς τὸ τέλος τῆς τέχνης ὁδός.

CAPVT III.

De arte Rationalium.

AT quæ ratione præcedit, corporis naturam cui mederi conatur, iubet perdiſcere; ad hæc omnium cauſarum vires, quibus affectum quotidie corpus, aut ſalubrius, aut inſalubrius euadit. Poſt hæc iam & aeris, aquarum, regionũ, ſtudiorum, ciborum, potuum, & conſuetudinum naturam noſſe medicum oportere proferũt;

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ.

Περὶ τῆς τέχνης τῶν λογικῶν.

F Ἡ δὲ ἀφ' ἧς λόγου, φύσιν ἐκμαθεῖν προσκελεύει, τό τε σώματος ὅτῳ χρὴ ἰᾶσθαι, καὶ τῶν αἰτίων ἁπάντων ἃς δυνάμεις, οἷς ὁ σῶμα ἡμέρα προσπίπτον τὸ σῶμα ἢ ὑγιεινότερον ἢ νοσερώτερον αὐτὸ ἑαυτῶ γίνηται. μετὰ δὲ ταῦτα ἤδη καὶ ἀέρων φύσιν, καὶ ὑδάτων, καὶ χωρίων, καὶ ἐπιτηδευμάτων, καὶ ἐδεσμάτων, καὶ ποτῶν; καὶ ἐθῶν ὁπόσα φασὶ δεῖν εἰδέναι τὸν ἰατρὸν,

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 292 sur 413

QVòd autem affectus id quod conducit non indicant, vt arbitrantur Methodici, quibus ipsi rationibus symptomata mutilia declarare conabantur, iisdem nos quòd neque affectus id quod confert indicant, ostendemus. Dicimus enim quum iidem affectus sunt, diuersæ au- B tem causæ, non eadem ros vti curatione. Vrinæ retentio vnus affectus est, verùm si quidem ex calculo orta est, excisionem ipsius molimur: sin autem ex inflammatione, cataplasmate obducimus: quòd si ex immoderata vesicæ tensione, cathetere vtimur: vel quemadmodum Erasistratus ægrotante in genua erecto, aphronitro extremum vreteris, attingimus: & quæ sequuntur. At si ab affectibus indicationes auxiliorum fiunt, quum idem est affectus, etiam remedij eiusdem eædem fiunt indicationes: non C fiunt autem, si diuersi affectus idem indicarent. Nunc quum eadem est causa, affectus autem diuersi, eandem curationem assumunt. Cholera enim & icterus diuersos affectus esse, etiam ipsi ferè concedunt, quoniam hic astrictus, ille fluxilis est: attamen in vtrisque vacuationem assumimus. Quoniam igitur causis sublatis tolluntur etiam simul affectus, & consistentibus illis, hi consistunt, etsi iidem sint affectus, diuersa tamen vtimur curatione. Causis porrò iisdem subsistentibus, etsi affectus sint diuersi, eadem curatione vtimur. Idcirco affectus, causas, & locos affectos examinamus. Iam ex his licet ostendere simile, D à diuersis causis eundem gigni affectum, nempe astrictum. Ignis enim elapsus superficiem densat, item frigus similiter: attamen licet idem sit affectus, diuersa tamen vtimur curatione, propter causarum differentias. Etenim ex igne orto affectui perfusionibus & cataplasmatis, quę crustas separare possunt medemur: ex frigore autem cõtracto, fotibus, linimentis, abrasionibus, similibúsque. At si laxatoriam in vtrisque proferant eandémque curationem, dicemus quòd si nihil euariat curandi ratio, etiam si immutemus nihil peccabimus. Imò etiam ab igne læsum iisdem E fouemus, & à frigore affectum oblinimus, ac iis quæ crustas faciunt medicamẽtis vtemur in ipso. Verùm non hoc facimus, quippe offenduntur; quapropter non eadem esse curatio dicetur. Præterea eadem causa diuersos efficit affectus; nam ex plenitudine alij inflammationem experiuntur, inflammatio autem astrictio est: alij sanguinem profundunt, sanguinis autem profluuium, fluor est: sed præter affectuũ differentiam curatio non mutatur. Nam vacuatio, in vtrisque solutio, affectui contraria. Non enim ab efficientibus, sed ab his quæ fiunt, vt etiam ipsi fatentur, indicationes fieri oportet. At affectus quidem recipiunt, vt F causas Methodici, quoniam symptomatum sunt effectrices. Verùm non vt causæ sint, inquiunt, indicant, sed vt communitates. Nihil autem vetat idem, inquiunt, & vt causam esse, & vt communitatem, & vt alia. Sicut enim malum gustabile, visibile, & tangibile est; at quum dicimus dulce esse, non quatenus tactui occurrit, dulce appellabimus: ita & affectus, nihil prohibet aliorum sanè esse opera, quorundam etiam esse opifices.

Quum

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 325 sur 413

Quum verò, inquiunt, indicare ipsos dixerimus, neque quâ opera sunt, neque quâ opifices quorundam indicare pronunciamus, sed vt communitates. Quemadmodũ itaque symptomata Methodici, eo quòd eadem, à diuersis fiunt, & ab iisdem diuersa, nullũ indicare præsidium dictitant: ita & nos quum videamus à diuersis causis eosdem oriri affectus, & ab iisdem diuersos, inutiles ipsos ad auxiliorum indicationẽ esse pronunciamus. Non enim vnus indicat semper idẽ, alioqui difficultate vrinæ orta eadem semper vteremur curatione. Vt igitur ipsi ruborem non indicare dicunt speciem esse operis arbitrantes: sic nos quoque affectus inutiles esse ad indicationem affirmamus, nunc sanè causarum, nunc operum: etsi aliquis aduersus ipsos dicere possit, quomodo rubor alterationẽ ipsius nõ indicat; etenim & communitatem ab ea spectari, vt quæ in pluribus diuersis cernatur. Est autem communitas, idem in pluribus. Si igitur & indicat, & commune est plurium, cur non ab hoc & huiusmodi symptomatis manifestò apparentibus, indicationes facitis, sed ab affectibus, astrictione & fluore nequaquam apparentibus? Ac quia nõ ostenditur qui affectus sit, maximè ridiculum est dicere affectum esse insensibilem. Si igitur fluor & astrictio solæ essent cõmunitates, aliquid probabile haberent dicere, has solas indicare: quoniam & symptomata plurium sunt communia, quidni etiam à symptomatis auxiliorum fit indicatio? Illi autem, inquiunt, eo quòd communitates nõ sunt proximæ, & necessariæ medicis, idcirco symptomata auersamur. Quum enim iidem sunt affectus, differentia autem symptomata, eadem curatione vtimur: & quum differunt affectus, diuersa vtimur medendi ratione, vt alibi comprehensum est. Hac de causa etiam nos quum videamus, dicemus in affectibus quoque simile accidere, quod vos in symptomatis obseruastis, vt inutilia nunc ipsa auersemur. Ex superfluo enim est & hoc astruere, quòd affectuũ comprehensio sit inutilis; sufficit enim ad curationem causæ comprehensio, loci qui molestatur agnitio, virtutis mensura: sin autem astrictio, aut fluor, superfluum (dico) est comprehendere. Sed hæc quidem ratio facilè postea explicabitur, vbi ostenderimus quem vsum affectuum comprehensio exhibeat.

CAPVT XXIV.

Quid morbus indicet & quid artifices requirant.

ILlud autẽ dicendum est contra Methodicos, quòd affectus id quod faciendum est, non indicant, sed ablationem, aut circumcisionem sui, quod sanè & quis etiam optauerit. Id autem constat idiotis & imperitis animalibúsque ratione carentibus, quòd affectus quidem ablationem sui indicant, sanitas autem conseruationem. Artifices nõ hac indigẽt indicatione, sed scire volunt, per quæ ablatio affectuum, & sanitatis conseruatio præstabitur. Vsum itaque habent indicantium ea quæ particulatim conferunt. Et per quæ quis sanitatẽ adipiscitur, iisdẽ etiam eandem conseruauerit. Hac etenim re etiam artifices ab idiotis discrepant, si hæc comprehendunt, quæ particularia præsidia indicant. Sin autem ab effectibus auxiliorum indicatio facta est, ipsi vtique qui ea habent, quibus sanitatẽ moliri oportet, nouerunt.

A Ἀλλ' ὅτεν, φασὶ, λέγωμεν ἐνδείκνυσθαι αὐτὰ, ὅτε ἢ ἀποτελέσματά ἐστιν, ὅτε ἢ ποιητικά τινων, ἐνδείκνυσθαι λέγομεν, ἀλλ' ὡς κοινότητας. ὡς οὖν τὰ συμπτώματα οἱ Μεθοδικοὶ, διὰ τὸ ἀπὸ διαφερόντων γίνεσθαι τὰ αὐτὰ, καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν διαφέροντα, οὐδὲν ἐνδείκνυσθαι συμφέρον λέγουσιν, ὅτω καὶ ἡμεῖς, ἐπειδήπερ ὁρῶμεν ἔνια διαφερόντων αἰτίων τὰ αὐτὰ πάθη γινόμενα, καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν, διαφέροντα, ἀχρηστα φαμὲν αὐτὰ πρὸς ἔνδειξιν τῶν συμφερόντων εἶναι. ὃ γὰρ ἐν ἐνδείκνυται ἀεὶ, τοῦτο αὐτό. ἰσχυρίας οὖν ὄντος δηλονότι, ἀεὶ αὖ τῇ αὐτῇ θεραπείᾳ χρώμεθα. ὡς οὖν αὖ τὸ ἔρυθρος μὴ ἐνδείκνυσθαι λέγουσι, τὸ εἶδος, ἀποτελέσματος εἶναι) νομίζοντες, οὕτω καὶ ἡμεῖς τὰ πάθη ἀχρηστα εἶναι) πρὸς ἔνδειξιν ἐροῦμεν, ὁτὲ μὲν αἰτίων, ὁτὲ δὲ ἀποτελεσμάτων. καίτοι φαίη ἄν τις πρὸς αὐτοὺς, πῶς οὐκ ἐνδείκνυται τὸ ἔρυθρος τὴν ἀλλοίωσιν αὐτῶν; καὶ γὰρ καὶ κοινότητα θεωρεῖσθαι ἔνιαι αὐτῶν, ὅτι πλειόνων γὰρ διαφερόντων ὁρᾶται. ἔστι δ' ἡ κοινότης τοιαύτης ἐν πλείοσιν. εἰ τοίνυν τὸ ἐνδείκνυται, καὶ κοινὸν ὂν πλήθους, διατί οὐκ ἀπὸ τούτου, καὶ τῶν τοιούτων συμπτωμάτων σαφῶς φαινομένων, ποιεῖσθε τὰς ἐνδείξεις, ἀλλ' ἀπὸ τῶν παθῶν, τεγνότητος καὶ ῥύσεως ἀδήλως φαινομένων; καὶ αἰσθητὸν ἐνδείκνυται ὅτι πάθος ἐστὶ, γελοιότατον, B πάθος αἰσθητὸν εἶναι) λέγειν. Εἰ μὲν οὖν ἡ ῥύσις καὶ ἡ τεγνωσις μόναι ἦσαν κοινότητες, εἶχεν αἰτίαν τινὰ πιθανότητα ὃ τοὺς λέγειν ἐνδείκνυσθαι μόνας. ὅπου καὶ τὰ συμπτώματα ἐστὶ κοινὰ πλήθους, διατί μὴ καὶ ἀπὸ τῶν συμπτωμάτων ἔνδειξις γίνεσθαι συμφερόντων; οἱ δὲ φασιν, ἀλλ' ὅτι μή εἰσι πρόσεχῆ τὰ ἀναλήμματα τοῖς ἰατροῦσι κοινότητες, διὰ τοῦτο παραιτούμεθα τὰ συμπτώματα. τῶν γὰρ αὐτῶν ὄντων παθῶν, διαφερόντων δὲ τῶν συμπτωμάτων, τῇ αὐτῇ θεραπείᾳ χρώμεθα. καὶ διαφερόντων τῶν παθῶν, διαφερούσῃ ἀγωγῇ χρώμεθα, ὡς που δέδεικται. διὰ ταῦτα δὴ καὶ ἡμεῖς ὁρῶντες, φήσομεν, καὶ ὅτι τῶν παθῶν τὸ ὅμοιον τυγχάνειν, ὅπερ ὑμεῖς ὅτι τῶν συμπτωμάτων C προφυλάξατε, ὡς ἀχρηστα νῦν αὐτὰ παραιτούμεθα. οὐ περιουσίας γάρ ἐστι τοῦτο κατασκευάσαι, ὅτι ἀχρηστος ἡ καταληψις τῶν παθῶν. ἐπαρκεῖ γὰρ πρὸς θεραπείαν αἰτίας καταληψις, τόπου ὀδύνης τε ἐνοχλουμένου, καὶ δυνάμεως μέτρον. εἰ δὲ ἄγνωσις, ἡ ῥύσις, παρεπόν φημι καταλαμβάνειν. ἀλλ' ἔστω μὲν ὁ λόγος, ὕστερον εἰρήσεται, ὁτὲ μὲν διεξιόντες ὡς περιττὰ χρείαν ἡ καταληψις τῶν παθῶν παρέχεται.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

E

Τί ἐνδείκνυται τὰ πάθη, καὶ ἃ οἱ τεχνῖται δέονται.

ΕΚτὸς δὲ χρὴ λέγειν, πρὸς τοὺς Μεθοδικοὺς, ὅτι τὰ πάθη τὸ ποιητέον οὐκ ἐνδείκνυται, ἀλλὰ τὴν ἀπόσιν ἢ περιαίρεσιν ἑαυτῶν, ὅπερ ἂν τις καὶ βούλοιτο. τοῦτο δὲ καὶ τοῖς ἰδιώταις ἐστὶ πρόδηλον, καὶ τοῖς ἀλόγοις ζώοις, ὅτι τὰ μὲν πάθη τὴν περιαίρεσιν ἐνδείκνυται, ἡ δὲ ὑγίεια τὴν τήρησιν. οἱ δὲ τεχνῖται, ἃ ταύτης τῆς ἐνδείξεως δέονται, ἀλλὰ βούλονται εἰδέναι ταῦτα, δι' ὧν ἡ περιαίρεσις τῶν παθῶν ἔσται, καὶ ἡ τῆς ὑγείας τήρησις. χρείαν οὖν ἔχουσι τῶν ἐνδεικνυμένων τὰ κατὰ μέρος συμφέροντα F καὶ δι' ὧν αὖ τις ὑγείας τύχοι, καὶ σωτηρήσειν αὐτήν. τούτῳ γάρ τοι καὶ οἱ τεχνῖται τῶν ἰδιωτῶν διαφέρουσιν, εἰ ταῦτα καταλαμβάνοιεν, ἅπερ ἐνδείκνυται τὰ καθ' ἕκαστα μέρος συμφέροντα. Εἰ δέ γε ἀπὸ τῶν παθῶν ἡ ἔνδειξις τῶν συμφερόντων ἐγίνετο, αὖθις ἂν οἱ ἔχοντες αὐτὰ, δι' ὧν ἔδει τὴν ὑγείαν περιποιήσασθαι ἠπίσαντο,

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 326 sur 413

ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἀγνοοῦσιν. ὃ δ' ἐνδείκνυται τὸ πάθος, ἴσασιν. A
ἐπεὶ γὰρ τὴν ἄρσιν ἐνδείκνυται, οἵδε πέμπουσιν ἐπὶ τοὺς ἰα-
τροὺς τοὺς δυναμένους ἀνελεῖν τὰ πάθη.

Verùm hoc quidem ignorant: quod autem affectus indicat, intelligunt. Quoniam enim sublationem indicat, illi ad medicos mittunt, qui affectus possunt tollere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Ὅτι οὐ τὰ πάθη, ἀλλὰ τὰ αἴτια τὴν θεραπείαν ἐνδείκνυται.

Ἔστι δὲ καὶ ἐκ τῶν προσαγομένων βοηθημάτων ἐπιγνῶναι
ὅτι οὐ τὰ πάθη, ἀλλὰ τὰ αἴτια τὴν θεραπείαν ἐνδείκνυται.
Τὰ γὰρ βοηθήματα ὑπεναντιοῦται, οὐ τοῖς γιγνομένοις, ἀλλὰ
τοῖς ποιοῦσιν. ὡς ἡ κένωσις τῷ πλήθει ἐναντία ἐστί, πάθει δὲ οὐδε- B
νὶ, οἷον φλεγμονῇ, ἢ πυρετῷ. ἀναιρουμένου δὲ τοῦ πλήθους ὑπὸ τῆς
κενώσεως, συναναιρεῖται καὶ τὸ γενόμενον ὑπὸ τοῦ πλήθους πά-
θος. οὐκ ἐπεὶ δὲ συναναιρεῖται τῷ ποιοῦντι τὸ πάθος, τὸ βοήθη-
μα τῷ πάθει ὑπεναντίον ἦν. ἔστι δὲ καὶ ἐκ τῆς συγκρίσεως τῶν ἐπι-
φερομένων συμπτωμάτων, ἀπό τε τοῦ πλήθους, καὶ τῆς κενώσεως, γνῶ-
ναι ᾧτινι τὸ βοήθημα ὑπεναντίον ἐστί· τὸ μὲν γὰρ πλῆθος τῇ πε-
ριουσίᾳ βαρεῖ, ἡ δὲ κένωσις μειοῦσα τὴν περιουσίαν, ἀναιρεῖ τὸ βά-
ρος. ἔπειτα τὸ πλῆθος ὁ διατείνει τὰ ἀγγεῖα, ἡ δὲ κένωσις εἰς σύμ-
πτωσιν ἄγει. καὶ τὰ ἄλλα βοηθήματα πρὸς τὰ αἴτια εὕροις ἂν C
ὑπεναντιούμενα, πρὸς δὲ τὸ πάθος, οὐδέν. ἔτι δὲ, καὶ ἐκ τούτου ἄν
τις μάθοι, ὅτι εἰ μὲν ἡ στέγνωσις βοήθημα οὐδὲν, οὐδ' ἡ ῥύσις,
ἀλλὰ μᾶλλον πάθος τι ἐνδείκνυται· τῇ δὲ στεγνώσει ἐναντία ἐστὶν
ἡ ῥύσις· οὐ κένωσιν, ἀλλὰ ῥύσιν ἐνδείκνυται ἡ στέγνωσις. ὁμοίως δὲ
καὶ ἡ ῥύσις στέγνωσιν ἐνδείξεται. ὅπερ οὖν παραλαμβανόμεν, ταὐ-
τὸν ἐνδείκνυται πάθος. τὰ δὲ αἴτια, τὰ βλάπτοντα, τὸ ἐναντίον
αὐτῶν ἐνδείκνυται· καὶ ὅπερ ἐνδείκνυται ταῦτα, παραλαμβάνο-
μεν. διόπερ οὐ τὰ πάθη, ἀλλὰ τὰ αἴτια τὸ συμφέρον ἐνδείκνυ-
ται. ὅτι μὲν οὖν τὰ συμπτώματα οὐκ ἔστιν ἄχρηστα παντάπα-
σι, καὶ τὰ πάθη οὐκ οἷά τέ ἐστιν ἐνδείκνυσθαι τὸ συμφέρον, τὰ D
δ' αἴτια ἐνδείκνυται, αὐτάρκως ὑποδέδεικται.

CAPVT XXV.

Non morbos sed causam medelam indicare.

Porrò licet etiam ex adhibitis præsidiis cognoscere non morbos, sed causam curationem indicare. Non enim præsidia aduersantur his, quæ fiunt, sed efficientibus: vt euacuatio copiæ contraria est, nulli autem affectui, vtpote inflammationi, aut febri. Sublata autem ab euacuatione copia, tollitur etiam simul affectus à copia subortus. Non autem quoniam affectus vnà cum efficienti submouebatur, auxilium affectui contrarium erat. Possumus enim ex symptomatum quæ à multitudine & euacuatione contingunt, collatione, cui exponatur auxilium dignoscere, etenim copia exuperantiâ grauat: vacuatio autē exuperantiam imminuens, grauitatem tollit, deinde copiā quæ vasa distendit, vacuatio autem, in considentiam deducit. Ac alia præsidia causis aduersari inuenias, affectui autem nulli. Præterea etiam hic aliquis didicerit, quòd si quidem astrictio auxilium nullum, neque fluor, sed potius affectum aliquem indicat, astrictioni autem contrarius est fluor, non vacuationem, sed fluorem astrictio indicat: similiter autem & fluor astrictionem indicabit. Quod igitur assumimus, idem indicat affectus, causæ autem offendentes contrarium ipsorum indicant, & quod hæ indicant assumimus; quapropter nō affectus, sed causæ remedium indicant. Quòd itaque symptomata sint prorsus inutilia, & affectus non possunt remedium indicare, causæ autem indicant, abundè satis demonstratum est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κϛ'.

Εἴτε φαίνονται αἱ κοινότητες τῶν Μεθοδικῶν, καὶ ἐνδείκνυνται.

Ἐξῆς ἐπισκεπτέον, εἴτε φαίνονται αἱ κοινότητες ἃς ὑπο-
τίθενται οἱ Μεθοδικοὶ, εἴτε καὶ μή. καὶ εἰ αἱ ἐνδείξεις ἀπὸ τῶν
κοινοτήτων δύνανται γίνεσθαι, ἢ οὔ. ὁριζόμενοι τοίνυν τὴν ἰα-
τρικὴν κατὰ τὴν αὐτῶν δόξαν, γνῶσιν εἶναι φαινομένων κοι-
νοτήτων, τὸ δὲ φαινόμενον, οὐχ ὡς δι' αἰσθήσεως καταληπτὸν E
εἶναι λέγουσι. οὐδεμία γὰρ διάθεσις δι' αἰσθήσεως καταλαμβά-
νεται, ἀλλὰ φαινόμενον ἐκεῖνοι λέγουσι, τὸ ἐξ αὐτοῦ καταλη-
πτὸν, κἂν μὴ ὑποπίπτῃ ταῖς αἰσθήσεσι. σχεδὸν γὰρ τὸ ἐναργὲς
ἐκεῖνοι φαινόμενον λέγουσι. δεῖ μὲν οὖν τὴν ἀντιλέγοντα, καὶ τοῦτο
παραδεικνύειν, ὅτι οὐκ ἴσασι τοῖς ἑλληνικοῖς ὀνόμασι χρήσα-
σθαι. ἵνα δὲ μὴ δοκῶμεν λέξει προσπλέκεσθαι, συγχωρήσαν-
τες αὐτοῖς τὸ φαινόμενον, ὡς ἐκεῖνοι λέγουσιν, ἐπιδείξομεν,
ὅτι οὐκ ἐξ ἑαυτῶν εἰσιν αἱ κοινότητες καταληπταί. καὶ πρῶ-
τόν γε τὴν τῆς αἱρέσεως αὐτῶν ἀρξάντα Θεσσαλὸν ἐπιδείξο- F
μεν, σημεῖα ἐκτιθέμενον τῶν κοινοτήτων, ὡς οὐκ ἐξ ἑαυτῶν
δηλονότι καταλαμβάνεσθαι πεφυκυιῶν. ἐν γὰρ τῷ κάμνον-
τι τὴν στέγωσιν, φησὶ, καταλαμβάνειν ἐστὶν ἐκ τοῦ δυσδιαφ-
όρητα εἶναι τὰ σώματα. ὁμοίως δὲ καὶ τῆς ῥύσεώς τινα γνω-
ρίσματα ἐκτίθεται· ἀλλ' ἴσως φήσουσιν ὅτι πρὸς ἄνδρα,
καὶ οὐχὶ πρὸς τὴν αἵρεσιν αὐτῶν ἀντιλέγετε. ἐάσαντες
οὖν τὸν Θεσσαλὸν, ἐπιδείξομεν τὸ προκείμενον. πρῶτον

CAPVT XXV.

An communitates Methodicorum sint euidentes, atque indicent.

Deinceps inspiciendum erit, num communitates quas Methodici statuunt appareant, an minus: ac vtrum indicationes à communitatibus fieri possint, an secus. Itaque definientes Medicinam secundum illorum sententiam, cognitionem esse communitatum apparentium, apparens autem non vt sensu perceptibile esse pronunciant. Nulla enim dispositio sensu percipitur, verùm illi apparens dicunt quod ex se percipitur, etsi non sensibus exponatur; siquidem illi apparens propemodum euidens appellant. Conuenit igitur cum qui contra illos agit, hoc quoque ostendere quòd nesciant Græcis vti nominibus. Ne autem videamur dictioni adhærere, concedentes ipsis apparens vt libet appellare, ostendemus non ex se comprehendi communitates: ac primum sectæ ipsorum authorem Thessalum demonstrabimus signa exponere communitatum, quòd ex se videlicet percipi non soleant. *Etenim in ægrotante astrictionem*, inquit, *percipere licet, inde quòd corpora ægrè diffleantur.* Similiter & fluoris quasdam notas exponit. Sed forsan dicent, quòd viro, non sectæ ipsorum contradicitis. Dimisso igitur Thessalo rem propositam prosequamur. Primùm igitur

igitur communi quodam argumento in duabus diſpoſitionibus vtemur, oſtendentes ipſas non apparere, neque ex ipſis percipi: deinde etiam peculiarem vtramque diſpoſitionem non ex ſe comprehendi. Fatentur itaque & ipſi non omnem corporis denſationem: neque excrementi retentionem, aſtrictionem eſſe; etenim agricolæ in concretionibus ſunt, non tamen in aſtrictione: & retentio familiarium, non eſt aſtrictio. Vbi verò purgatio mulieris propter conceptum cohibetur, retentio quidem conſuetæ excretionis eſt, non autem aſtrictio. Inſuper non omnis corporis raritas vel effluxio fluor eſt; etenim pueri, mulieres, & delicati viri natura, ſunt rari, & excretio quædam, non fluor eſt excrementorum. Sed neque eos qui per aluum, aut vrinas, aut ſudores, aut ſanguinis eruptiones excernunt, in fluore eſſe dicent, aduerſari enim ipſos excretioni oporteret. Quoniam igitur non omnis denſatio, & retentio, aſtrictio eſt: neque omnis raritas aut effluxio, fluor; conſtat fieri non poſſe, vt nudis ipſis ſymptomatis attendens, fluorem aut aſtrictionem percipias: ex aliis autem decernere ipſa oportet. Vt enim alia ſymptomata ſiue ſecundum naturam ſunt, ſiue præter naturam, non ex ſeipſis, ſed ex aliis percipiuntur: ita neque aſtrictio & fluor. Quod autem dicitur, ex his manifeſtum euadet. Symptomata quæ ſecundum naturam ſunt, cum his quæ præter naturam, multam habent ſimilitudinem. Nam eadem aliis ſecundum naturam, aliis præter naturam ſunt. vt niger color præter naturam ſimilis eſt ei qui ſecundum naturam exiſtit: nobis etenim præter naturam, Indis autem ſecundum naturam. Item figuræ præter naturam reſpondent naturalibus. Alij enim magis quàm alij laxis articulis nati ſunt, item nares acutæ, & oculi concaui: aliis ſanè lethalia ſymptomata, aliis autem eadem hæc ſecundum naturam. Iam motus & immobilitas, ſiquidem à voluntate fiat, ſecundum naturam: ſi contra voluntatem, præter naturam. Ex his conſtat non poſſe eos qui ſymptomatis ipſis attendunt, naturalem modum & ei contrarium cognoſcere. Verùm conuenit in nonnullis ſanè cauſam inferentem examinare, vt in motu, num à voluntate, an ſine illa fiat: item in colore. Quoniam enim humorum color eſt, apparet autem ex colore ſanguis, conſiderandum eſt an ſecundum naturam ſanguis habeatur. Videbis autem ex vſu; ſi enim reliquum omnem vſum, ſanguis liberum præbeat, neque diſtendat, neque grauet, dices ſecundum naturam eſſe colorem. At figuram, num ſecundum naturam ſit, ex membri vſu percipies, vt in luxationibus. Nonnulla verò ex loco in quo fiunt, an ſecundum naturam ſint, deprehenduntur. Sic etiam denſitas raritáſque aliis ſecundum naturam eſt, aliis contra. Etenim ſenũ denſitas ipſis quidẽ ſecundum naturã, pueris autẽ præter naturam. Iam ipſorum puerorum raritas, ipſis quidem ſecundum naturã eſt, ſenibus autem præter naturam. Item ratione vitæ nonnulli denſati ſunt, vt agricolæ: necnon ex negotiis alij, attamen ſecundum naturã affecti ſunt. Idcirco non licet ad nudam corporum denſationem & fluorem reſpicientes, affectus percipere. Conuenit autem & ad aliud quippiam hæc referentes, diiudicare ſecundum naturámne ſint, an affectus.

A οὖν, κοινῷ τινι ὀπιχρήματι ὅτι τῶν δύο διαθέσεων χρησόμεθα, ἐπιδεικνύντες ὅτι οὐ φαίνονται, οὐδὲ ἐξ ἑαυτῶν ἐίσι καταληπταί· ἔπειτα καὶ ἰδίᾳ ἑκατέραν τῶν διαθέσεων, δείξομεν μὴ ἐξ ἑαυτῶν καταλαμβανομένην. ὁμολογοῦσι τοίνυν καὶ αὐτοὶ, ὅτι οὐ πᾶσα πύκνωσις σώματος, οὐδ' ἐποχὴ ἀποκρίσεως, γέγνωσίς ἐστιν. οἱ γὰρ ἀγρῖκοι ἐν τῇ συγκρίσεσίν ἐίσιν, οὐ μέντοι ἐν γεγενότητί ἐίσιν. καὶ ἡ ἐποχὴ δὲ τῶν οἰκείων, οὐκ ἔστι γέγνωσις, ἐπειδὰν καὶ καθάρσις γυναικὸς διὰ τὴν κύησιν ἐπέχῃ, ἐποχὴ μὲν ὄντι συνήθους ἀποκρίσεως, γέγνωσις δ' οὐκ ἔστι. ἔτι δ' οὐ πᾶσα
B ἀραίωσις σωμάτων καὶ ἀπόκρισις, ῥύσις ἐστίν. οἱ γὰρ παῖδες, καὶ τὰ γυάλα, καὶ οἵ τινες ἁβρόδιαιτοι ἀνδρες, κατὰ φύσιν ἐίσὶν ἀραιοὶ, καὶ ἀπόκρισίς τις ἡ ῥύσις ἐστὶν ἡ τῶν ἀδενῶν. ἀλλ' οὐδὲ τοὺς διὰ κοιλίας, ἢ οὔρων, ἢ ἱδρώτων, ἢ αἱμορραγιῶν κρινομένους, ἐν ῥύσει ἔι ἐροῦσιν. συνίστασθαι γὰρ αὐτοὺς τῇ συγκρίσει δεῖ. ἐπεὶ οὖν οὐ πᾶσα πύκνωσις, καὶ ἐποχὴ, γέγνωσίς ἐστιν, οὐδὲ πᾶσα ἀραίωσις, ἢ ἔκκρισις, ῥύσις, δῆλον ὅτι αὐτοῖς μὲν τοῖς συμπτώμασι προσέχοντι ψιλοῖς, ἀδύνατόν ἐστιν ῥύσιν ἢ γέγνωσιν καταλαβεῖν, ἐξ ἑτέρων δ' ὀπικρίνειν αὐτὰ δεῖ. ὡς γὰρ καὶ τὰ
C ἄλλα συμπτώματα, εἴτε κατὰ φύσιν ἐστὶν, εἴτε παρὰ φύσιν, οὐκ ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλ' ἐξ ἑτέρων, καταλαμβάνεται, οὕτως οὐδὲ γέγνωσις καὶ ῥύσις. ὃ δὲ λεγόμενον, ἐξ ὧν τούτων δῆλον ἔσται δῆλον. τὰ κατὰ φύσιν συμπτώματα, πρὸς τὰ παρὰ φύσιν πολλὴν ἔχει τὴν ὁμοιότητα. τὰ γὰρ αὐτὰ, οἷς μὲν κατὰ φύσιν, οἷς δὲ παρὰ φύσιν. οἷ μὲν μέλαν χρῶμα ὃ παρὰ φύσιν, ὁμοιόν ἐστι τῷ κατὰ φύσιν. ἡμῖν μὲν γὰρ παρὰ φύσιν, τοῖς Ινδοῖς δὲ κατὰ φύσιν. καὶ τὰ σχήματα δὲ, τὰ παρὰ φύσιν, ἔοικε τοῖς κατὰ φύσιν. ἄλλοι γὰρ ἄλλων
D ἐξαρθρήσι πεφύκασι μᾶλλον· καὶ ῥὶς ὀξεῖα, καὶ ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, οἷς μὲν θανατικὰ συμπτώματα, ἄλλοις δὲ τὰ αὐτὰ ταῦτα κατὰ φύσιν. καὶ κίνησις καὶ ἀκινησία, ἢν μὲν ὑπὸ προαιρέσεως γίνηται, κατὰ φύσιν· ἂν δ' ἀπροαιρέτως, παρὰ φύσιν. ὅτι δὲ τούτων οὕτως ἔχει, ὅτι αὐτοῖς μὲν τοῖς συμπτώμασι μόνοις οὐχ οἷόν τ' ἐστὶ προσέχοντας γνωρίζειν ὃ κατὰ φύσιν, καὶ ὃ παρὰ φύσιν, ἀλλὰ δεῖ ἐπ' ἄλλων μὲν, τῶν ὑπαρχόντων αἰτίαν ἐξετάσαι, ὡς ὑπὸ τῆς κινήσεως, πότερον ὑπὸ προαιρέσεως, ἢ ἀπροαιρέτως· καὶ ὑπὸ τοῦ χρώματος. ἐπεὶ γὰρ ὃ χρῶμα, ἀπὸ τῶν χυμῶν, ὑπαφαίνεται δὲ ἀπὸ τοῦ χρώματος ὃ αἷμα, δεῖ σκοπεῖν, εἰ
E κατὰ φύσιν ἔχει ὃ αἷμα, ὄψει δὲ ἐκ τῆς χρείας. ἂν γὰρ τἄλλα λοιπὰ ἅπαντα χρείαν ὃ αἷμα παρέχηται, καὶ μήτε διατείνῃ, μήτε βαρῇ, φαίνηται κατὰ φύσιν ἔι ὃ χρῶμα. ὃ σῆμα εἰ κατὰ φύσιν ἐστὶν, ἀπὸ τ' τοῦ μέλους χρείας καταλήψῃ, ὡς ὑπὶ τοῖς ἐξαρθρήσιν. ἔνια δὲ, ἐκ τ' τόπου ἐν ᾧ γίγνεται, εἰ κατὰ φύσιν ἐστὶ, καταλαμβάνεται. οὕτω καὶ ἡ πύκνωσις καὶ ἡ ἀραίωσις, οἷς μὲν κατὰ φύσιν ἐστὶν, οἷς δὲ παρὰ φύσιν. ἡ μὲν γὰρ τῶν γερόντων πύκνωσις, αὐτοῖς μὲν κατὰ φύσιν, παιδίοις δὲ, παρὰ φύσιν. ἡ δ' αὖτε παιδίων ἀραίωσις, αὐτοῖς μὲν κατὰ φύσιν, γέρουσι δὲ παρὰ φύσιν. καὶ διαγωγῇ βίων πεπύκνωνται τινες, ὡς οἱ ἀγρῖκοι, καὶ καλὰ παθήσασι ἄλλοι, καὶ ὅμως κατὰ φύσιν διάκεινται. διὰ τοῦτο, οὐχ οἷόν τε εἰς τὴν πύκνωσιν τῶν σωμάτων ψιλὴν, καὶ τὴν ῥύσιν ἀποβλέποντας, καταλαμβάνειν τὰς διαθέσεις. δεῖ δὲ καὶ πρὸς ἕτερόν τι καὶ ταῦτα ἀναφέροντας ὀπικρίνειν, εἴτε κατὰ φύσιν, εἴτε παρὰ ἐστὶν.

λέγομεν γὰρ, ὅτι τῇ συμμετρίᾳ, καὶ ἀμετρίᾳ διακρίνο- A
μεν τὰ κατὰ φύσιν συμπτώματα, ἀπὸ τῶν παρὰ φύσιν. ὅταν
μὲν γὰρ συμμέτρως ὁ σῶμα πυκνώσεώς τε καὶ ἀραιώσεως
ἔχῃ, ὑγιαίνει ὁ ζῶον. ὁπότε δέ τι αὐτῶν ἐπιπαγὲν ἐκβῇ τὴν
συμμετρίαν, νοσεῖν ἀνάγκη. ῥητέον οὖν πρὸς αὐτοὺς, ὅτι
ὁ σύμμετρον καὶ ἄμετρον, ἕτερον παρὰ τὰς διαθέσεις. Εἰ
δὲ τῇ ἀμετρίᾳ κρίνοιτο τὰ πάθη, οὐκ ἐξ ἑαυτῶν καταλη-
πτὰ εἰς ὁμολογεῖται. Εἶτα οὕτως. Εἰ ὁ σύμμετρον καὶ ὁ
ἄμετρον οὐ φαίνεται, ἀλλ' ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων καται-
λαμβάνεται. ἂν μὲν γὰρ ὠφελῇ, σύμμετρόν ἐστι· ἂν δὲ βλά-
πτῃ, ἄμετρον. πῶς οὖν τοῦτο σύμμετρον καὶ ἄμετρον μὴ φαι- B
νόμενον, τὰ ἐκ τούτου καταλαμβανόμενα φαίνοιτ' ἄν; Εἰ
δὲ δὴ καὶ ποσὸς τὶς δύναμις, ὁ σύμμετρον καὶ ἄμετρον
κρίνοιτο, οὐδ' ὅτω ποσὸν δηλον ἂν εἴη ὁ ἄμετρον. ἡ γὰρ δύνα-
μις οὐ φαίνεται. τὸ δ' ἀμέτρου μὴ φαινομένου, δηλονότι οὐδὲ
αἱ κοινότητες φαίνονται. καὶ γὰρ αὗται ἀμετρίαι τινές εἰσιν.
ἔτι τε ῥητέον ποσὸς αὖται, ὅτι οὐδὲν τῶν κατὰ φύσιν, ποσὸν
φύσιν φαίνεται, ἀλλ' ὡς μὲν κατὰ φύσιν, ἢ ποσὸν φύσιν, φαί-
νεται. ὁ γὰρ ἄλγημα καὶ ἄλλα τοιαῦτά ἐστι, ποσὸν φύσιν
φαίνεται. οἱ δ' ἰατροὶ βούλονται καταλαβεῖν, οὐχ οἷα ὄντα πα- C
ρὰ φύσιν, ἀλλ' ὡς ἔστι. ῥὶς γὰρ ὀξεῖα, καὶ ὀφθαλμοὶ κοῖλοι πᾶ-
σιν ἀνθρώποις φαίνεται· εἰ δὲ κατὰ φύσιν, ἢ ποσὸν φύσιν,
τοῖς ἰατροῖς μόνον. ταύτῃ γὰρ διαφέρουσιν οἱ ἰατροὶ τῶν ἰδιωτῶν,
ὅτι ὅσα τοῖς φαινομένοις κεκρυμμένον τι καταλαμβάνειν δύ-
νανται, ἃ οὐκ ἔτι δύνανται οἱ ἰδιῶται καταλαβεῖν. ἔπειτα πα-
ρὰ φύσιν μὲν φαίνεται, καὶ αἱ κοινότητες ποσὸν φύσιν εἰσὶν, δη-
λονότι μὲν φαίνονται. ἄξιον δὲ καὶ ἐκεῖνο σκοπεῖν, εἴ τις πώποτε
τῶν ἀνθρώπων μετεπέμψατό τινα τῶν ἰατρῶν, ὡς ὑπὸ
πυκνότητος ἢ ἀραιότητος ἀμέτρου αἰωρούμενος. Εἰ δὲ μη-
δεὶς εἰς ἄλγησιν ἦλθε τῶν κοινοτήτων, πῶς δύναται ἔστι D
λέγειν φαίνεσθαι αὐτάς; μὴ φαινομένων δὲ τῶν κοινοτήτων,
πῶς οἴονται τῷ τέχνῃ, τῷ γνῶσιν εἶναι φαινομένων κοι-
νοτήτων;

Dicunt enim quòd cõmoderatione & immoderatione naturalia ſymptomata, ab his quæ præter naturam ſunt, nos diſcernimus. Quum enim mediocriter corpus denſum, rarúmque fuerit, animal ſanum eſt: quum autem vel denſitas, vel raritas intenſa, mediocritatem exceſſerit, ægrotatare cogitur. Reſpondebimus itaque ipſis mediocre & immoderatum diuerſum à diſpoſitionibus eſſe. Sin autem immoderatione affectus iudicentur, non ex ſeipſis percipi in confeſſo eſt: deinde ita; ſi moderatum & immoderatum non apparet, ſed ex effectis deprehenditur. Si enim iuuat, moderatum eſt: ſin offendit, immoderatum. Quomodo igitur quum hoc moderatum & immoderatum non appareat, quæ ex eo percipiuntur, apparebunt? Quòd ſi etiam ad vim moderatum & immoderatum iudicetur, nec ſic quidem immoderatum conſtabit; nam vis non apparet. Quum autem immoderatum non apparet, nimirum nec communitates apparent: ſiquidem hæ immoderationes quædam ſunt. Prætereáque dicendum ipſis eſt, nullum ex his quæ ſecundum naturam ſunt, præter naturam apparere, ſed tanquam ſecundum naturam, aut præter naturam apparet. Nam dolor aliáque eiuſmodi præter naturã apparent. Medici autem percipere cupiunt, non qualia ſint præter naturam, ſed quòd ſint. Nares enim acutæ, & oculi concaui omnibus hominibus apparent: num autem ſecundum naturã, an præter naturã, ſolis medicis. Hac enim re medici ab idiotis differũt, quòd in apparentibus abditũ quid poſſunt percipere, quod nõ itẽ poſſunt idiotæ deprehendere. Deinde prẽter naturã non apparet, & communitates præter naturã ſunt, cõſtat igitur eas non apparere. Dignum verò eſt & illud conſideratione, ſi quis vnquam hominum medicum aliquem adiit, tanquam à denſitate aut raritate immodica moleſtaretur: ſin autem nullus cõmunitates ſenſit, quæ ratio eſt dicere ipſas apparere? Quum autem communitates non appareant, quomodo arbitrantur artem cognitionem eſſe communitatum apparentium?

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Οτι γένωσις τῶν Μεθοδικῶν ὐ φαίνεται.

ΝΥΝ δὲ ἰδίως πρὸς ἑκατέραν τῶν διαθέσεων ἐρεῖ-
μεν, καὶ πρῶτον περὶ τῆς γενώσεως ῥητέον. τὸν τοί-
νυν γένωσιν, πύκνωσιν φασιν εἶναι, καὶ ἐποχὴν τῶν ἐκκρί-
σεων δεομένων. ἀνάγκη τοίνυν τὰ ἐπεχόμενα, ἢ ὠφέλιμα E
εἶναι ἢ βλαβερά, ἢ μηδέτερα. ἐὰν μὲν οὖν ὠφέλιμα ᾖ, ἄλο-
γόν ἐστιν ἐκκεῖνειν αὐτά. ἐὰν δὲ μηδέτερα, δηλονότι οὐδὲ
πάθος ἐστίν. λείπεται οὖν λέγειν, ὅτι ἐπειδὰν βλάπτῃ τὰ ἐπε-
χόμενα, γένωσίς ἐστιν. ἃ δὲ βλάπτει, αἰτιά ἐστιν. ἐκ τοί-
νυν καταλήψεως οὖν τῶν αἰτιῶν, ὃ γενὸν καταλαμβάνεται. ἵνα
γὰρ εἰδῶμεν, ὅτι γενόν, δεῖ προεγνωκέναι ὅτι τὰ ἐπεχό-
μενα βλάπτει. τὴν δὲ τῶν βλαπτόντων καταλήψει, καὶ ἡ τῶν
αἰτιῶν συμπροσαναιρεῖ ἐπίγνωσις. μᾶλλον δ' ἡ τῶν βλαπτόν-
των ἐπίγνωσις, αἰτιῶν ἐστι κατάληψις. πάλιν δ' αὐτὰ τὰ
βλάπτοντα, ἀπ' ἐστιν αἰτια, οὐκ ἐξ ἑαυτῶν καταλαμβά- F
νεται. ὐ μόνον οὖν ἡ γένωσις φαίνεται, ἀλλ' ὐδ' ἐκφύα ἐξ ὧν
ἡ γένωσις καταλαμβάνεται.

CAPVT XXVII.

Quod aſtrictio Methodicorum non ſit euidens.

NVnc autem priuatim de vtraque diſpoſitione agemus, ac primùm de aſtrictione. Hanc igitur denſitatem eſſe dictitant, & excretionum neceſſariarum ſupreſſionem. Itaque neceſſe eſt ea quæ continentur, aut vtilia eſſe, aut noxia, aut neutra. Quare ſi vtilia ſunt, rationi pugnat ea excernere: ſin neutra, conſtat ne affectum quidem eſſe; reliquum igitur eſt dicere, quod quum quæ retinentur offendunt, aſtrictio eſt: quæ autem offendunt, cauſæ ſunt; ex perceptione igitur cauſarum præcedenti aſtrictum deprehenditur. Vt enim videamus aſtrictum, prænouiſſe oportere retenta nocere: lædentium autem perceptione etiam cauſarum dignotio ſimul coincidit; magis autem lædentium cognitio cauſarum eſt perceptio; econtrario ipſa lædentia quæ cauſæ ſunt, non ex ſeipſis percipiuntur: non ſolum igitur aſtrictio apparet, ſed neque illa ex quibus aſtrictio percipitur.

CAPVT

A

CAPVT XXVIII.

Fluxum Methodicorum non esse per se notum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

Οτι ῥύσις τῶν Μεθοδικῶν αὐτόθεν οὐ καταλαμβάνεται.

PORRÒ fluorem definientes, immodicam corporum raritatem esse dicunt, & excretionem eorum quæ manere debuerant. Quòd igitur immoderata raritas non ex se percipitur, ostensum est. Quæ autem excernuntur, siue permanere oporteat, siue minus, vnde percipient? ex seipsis enim non solent percipi: vnde neque fluor ex se percipietur. Vt enim fluorem agnoscamus, prius familiare percipiendum est. Familiare autem ex vsu iudicari debet: vsum verò ex effectis multis, iisque ex seipsis non percepto fluore cognito. Quomodo igitur rationi consentaneum, dicere ipsum apparere? Ac quod Rationales ferè difficillimum perceptu esse dicunt, id Methodici apparere affirmant. Nulla enim re quàm nomine distat fluor ab his vocatus, à dicta colliquatione antiquorum. Ita verò discretu difficilia veteres esse censebant colliquationem, & excretionem, vt Erasistratus quidem etiam palàm difficillimam iudicatu fateatur. Dicit autem in hunc modum: *Difficile admodum est excretionem & colliquationem discernere.* Hippocrates autem ad ferendi facilitatem, & difficultatem iudicium remittit, inquiens: *Si qualia conuenit purgare, purgentur, conducit, & facilè ferunt.* Quum itaque duo viri veteres de principatu certent, & ambo consentiant in hoc quòd difficulter discerni possit excretio, à colliquatione: & quum hic ne signum quidem excretionis exposuerit, sed solam rei difficultatem ostenderit: ille verò ad regulam perceptu difficilem iudicium retulerit, Methodici hoc apparere arbitrantur. Est autem in iis qui per latentem perspiratum digeruntur. Vnde fluorem se percipere dicent? nam à corporis confidentia non possunt; quoniam non solùm confidentia ex fluore vacuatis corporibus accidit, sed etiam ob astrictionem mensibus retentis. Etenim tumida moles non ob astrictionem tantùm retentis his quæ excretionem desiderant, efficitur, sed etiam ob fluorem fusis humoribus, ac corpora distendentibus. Quòd autem non idem sit sensibilis confidentia corporis, & fluor, hinc euadit manifestum. Si confidentia sensibilis est, confidentiæ autem contrarius est tumor, & vnum vni repugnat, fluori non tumor sed astrictio erit contraria. Sin autem dicant tumorem idem esse cum astrictione, docere ipsos oportet definitionum contrarietatem; dicunt enim astrictionem, coarctationẽ, & densationem corporum existere. Est igitur coarctatio & condensatio, corporum astrictio: tumor autem, fusio & corporum distentio: distenduntur autem, aut ob copiam, aut ob fusionem; itaque apparet non idem esse astrictionem & tumorem. Quòd si fateantur confidentiam corporis aliud quid ac fluorem esse, & humorem quàm astrictionem, dicent non ex his percipi communitates, assentientúrque ex aliis, & non ex seipsis dispositiones percipi, siquidem ex confidentia & tumore deprehendunt, quæ ab affectibus sunt diuersa.

B

C

D

E

F

ΤΗν δὲ ῥύσιν ὁριζόμενοι, φασὶν εἶναι ἄμετρον ἀραίωσιν τῆς σωμάτων, καὶ ἀπόκρισιν τῶν ὑποκειμένων δεομένων. ὅτι μὲν οὖν ἄμετρος ἀραίωσις οὐ γίνεται καταλαμβάνεται, δέδεικται. τὰ δὲ ἀποκρινόμενα, εἴτε δεῖ ὑποκεῖσθαι, εἴτε καὶ μὴ, πόθεν καταλαμβάνοιτο; οὐ γὰρ ἑαυτῶν γε δὴ ἃ πέφυκε καταλαμβάνεσθαι, δῆλον ὅτι οὐδὲ ἡ ῥύσις αὐτόθεν ἂν καταλαμβάνοιτο. ἵνα μὲν γὰρ τὴν ῥύσιν ὑπογράψω, δεῖ προκαταλαβεῖν. τὸ οἰκεῖον· τὸ δ' οἰκεῖον οὐκ ἐκ τῆς χρείας κριθῆναι δεῖ· τὴν δὲ χρείαν ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων πολλῶν, ἃ τούτων οὐ ἑαυτῶν, μὴ καταλαμβανομένης τῆς ῥύσεως γινωσκομένης. πῶς οὖν φαίνεσθαι αὐτὴν λέγει; ὃ ῥᾴδιον ὂν οἱ λογικοὶ δυσκολώτατον φασὶν εἶναι καταλαμβάνειν, τοῦτο οἱ Μεθοδικοὶ φαίνεσθαι λέγουσιν. οὐδενὶ γὰρ, ἢ ὀνόματι διαφέρει ἡ ὑπὸ τούτων καλουμένη ῥύσις, τῆς ὑπὸ τῶν ἀρχαίων συντήξεως ὀνομαζομένης. οὕτω δὲ δυσδιάκριτα οἱ ἀρχαῖοι ὑπελάμβανον εἶναι τήξιν τε καὶ ἔκκρισιν, ὡς ὁ μὲν Ἐρασίστρατος, οὐ ἀπόκρισιν τὴν χαλεπωτάτην τῶν κρίσεως ὁμολογεῖ. λέγει δ' οὕτως. χαλεπὸν δὲ πάνυ ἐστὶ διακρῖναι ἔκκρισίν τε καὶ συντηξιν. ὁ δ' Ἱπποκράτης, εἰδὼς τὴν εὐφορίαν καὶ δυσφορίαν ἀπαίτησιν τὴν κρίσιν, λέγων. ὡς μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τε, καὶ εὐφόρως φέρεται. δύο οὖν παλαιῶν ἀνδρῶν, περὶ τῶν προκειμένων ἀμιλλωμένων, καὶ ἀμφοτέρων ὁμογνωμονούντων περὶ τοῦ δυσδιακρίτου εἶναι ἔκκρισιν ἀπὸ συντήξεως, καὶ τοῦ μὲν, οὐδὲ σημεῖον τῆς ἐκκρίσεως ἐκ τοῦ ῥεύματος, ἀλλὰ μόνῃ τὴν χαλεπότητα τοῦ πράγματος ὑποδείξαντος. τοῦ δ' ἐπὶ καιρὸν δυσκατάληπτον αἰνεσσόντος τὴν κρίσιν, οἱ Μεθοδικοὶ τοῦτο φαίνεσθαι νομίζουσιν. ἐπὶ δ' ἐπὶ τῶν κατὰ ὁ ἄδηλον διαφορουμένων, πόθεν καταλαμβάνειν φήσουσι τὴν ῥύσιν; ἀπὸ γὰρ τῆς συμπτώσεως ἃ δύνανται, ὅτι σύμπτωσις ἃ μόνον ἐπὶ ῥύσει κενουμένων τῶν σωμάτων γίνεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ στεγνώσει, ἐμπιπλώντων ἑπτερομένων. καὶ γὰρ διάκρισις οὐκ ἐπὶ στεγνώσει μόνον, ἑπτερομένων τῶν ἀποκρίσεως δεομένων γίνεται, ἀλλὰ καὶ ὅπῃ ῥύσει, χορηγούντων τὴν ὑγρῶν, καὶ διατεινόντων τὰ σώματα. ὅτι δ' ἃ ταὐτόν ἐστι σύμπτωσις αἰσθητὴ καὶ ῥύσις, δῆλον αὖ καὶ ἐκ τῆδε γνοίητο, εἰ ἡ σύμπτωσις αἰσθητὴ· τῇ δὲ συμπτώσει, ἐναντία ἐστὶν ἡ διάγνωσις, καὶ ἓν ἑνί ἐστιν ἐναντίον· τῇ ῥύσει οὐχ ἡ διάγνωσις, ἀλλ' ἡ στεγνώσει ἐναντίον ἔσται. ἐὰν δὲ λέγωσιν, ὅτι ταὐτόν ἐστι τῇ στεγνώσει ἡ διάγνωσις, ὑποδείξαι δεῖ αὐτοῖς τὴν τῶν ὅρων ἐναντιότητα. λέγουσι γὰρ τὴν στεγνωσιν πίλησιν καὶ σφίγξιν τῶν σωμάτων εἶναι. ἔστι τοίνυν σφίγξις καὶ πίλησις τῶν σωμάτων ἡ στεγνωσις. ἡ δὲ διάγνωσις, χύσις καὶ διάτασις ἐστὶ τῶν σωμάτων. διατείνεται δὲ τὰ σώματα, ἢ διὰ πλῆθος, ἢ διὰ χύσιν. φαίνεται οὖν ὅτι ἃ ταὐτόν ἐστι στεγνωσις καὶ διάγνωσις. ἐὰν δ' ὁμολογῶσιν ἑτερόν τι τὴν σύμπτωσιν τῆς ῥύσεως εἶναι, καὶ τὴν διάγνωσιν τῆς στενώσεως εἶναι, λέγουσιν ὅτι οὐκ ἐκ τούτων καταλαμβάνονται αἱ κοινότητες, ὁμολογοῦσιν ὅτι ἐκ ἑτέρων καὶ οὐκ ἐξ ἑαυτῶν αἱ διαθέσεις καταλαμβάνονται; εἰ γὰρ ἐκ συμπτώσεως καὶ διαγνώσεως καταλαμβάνοιτο, οὐκ ἂν ἕτερα ἐστὶ τῶν διαθέσεων.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 330 sur 413

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'.

Πρός τινας ἀπιστοῦντας περὶ τῆς ῥύσεως τῆς καταληπτῆς.

Λεγουσι δέ τινες ὅτι τὸ κατὰ δλον διαφορουμένων, καταλαμβάνειν τὴν ῥύσιν, ἐκ τῶν μαλακῶν καὶ εὐδιαφθάρτων καὶ εὐκατεργάστων εἰς τὰ σώματα. πρὸς οὓς ῥητέον, ὅτι ἀκουσίως ἂν σκληρὰ καὶ τὰ σώματα, καὶ πεπυκνωμένα, ἀκ ἐροῦσι μὲν ῥύσιν, ἀναίσχυντοι δ' αὐτὸ ὁμολογήσουσιν. ἐὰν οὖν τοιοῦτοί τινες ὦσιν ἄῤῥωστοι, οἵους ἐκτήσατο ὁ Ἱπποκράτης, ὑπὸ τῆς ἐσχάτης ἐνδείας εἰς τὸ τὰ πεπυκνωμένα μύσαι, ὥστε τὸ διάρμα ἔχειν σκληρὸν καὶ πεπυκνωμένον, καὶ τἆλλα οἷα ὅτι τῶν διαφορουμένων ὑπάρχει. ἀφ' οὗ γε τῇ ὅτι τῶν διαφορουμένων ἀναγωγῇ χρησόμεθα, ὁμολογήσουσιν ἀναίσχυντοι. πῶς οὖν ἐκ τῆς μανότητος ῥύσις καταλαμβάνεται; καὶ γὰρ πεπυκνώσεως καὶ σκληρότητος ὑπάρχει ῥύσις, ὅταν ἦπιον ῥύσις ᾖ.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

Ὅτι κἂν φαίνωνται αἱ κοινότητες, οὐδὲν ἐνδείκνυνται.

Ἔξεστι δ' ὅτι κἂν φαίνωνται αἱ κοινότητες, οὐδὲν συμφέρον ἐνδείκνυνται, δῆλον τοῦτο ἂν τις ὅτι δείξειε, διαφέρειν λέγων ὅ, αὐτὰ τὰ κοινὰ ἐνδείκνυσθαι, ἢ ἀπὸ τῶν κοινῶν καταλαμβάνεσθαι τὰ ἐνδείξασθαι δυνάμενα. οἱ μὲν οὖν Μεθοδικοὶ, λέγουσιν αὐτὰ τὰ κοινὰ ἐνδείκνυσθαι. ἡμεῖς δὲ φαμὲν τὴν τῶν κοινῶν καταληψιν χρησιμεύειν, πρὸς τὴν ὅτι μέρους ἐνδείξασθαι δυνάμεως ὅτιγνωσιν. καὶ τὰ θεωρήματα ὅπου τινὰ κοινὰ ἔνται, τὴν τῆς ὅτι μέρους κατάληψιν ἐνδείκνυσιν. ἐν γὰρ ταῖς κόποις αὐτόματοι φαίνονται νοῦσοι, καταλαμβάνομεν τὴν ἕξιν τοῦ ὅτι μέρους αὐτόματου κόπου πρὸς τὸ πλῆθος. μεταλαμβάνειν γὰρ δεῖ, ὦ νόσοι, κατὰ τὸ παρὸν, εἰς ὃ, πλῆθος. ἢ αὖ τοῦ καθόλου ὅτιγνωσις, τὴν τοῦ ὅτι μέρους κατάληψιν παρέχεται τοῦ ἐνδείξασθαι δυνάμενον. C D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ'.

Τί ἐνδείκνυνται τὰ τῆς τέχνης θεωρήματα.

Οὐ δεῖ δ' οἴεσθαι, ὅτι ἡμεῖς ὑπολαμβάνομεν δῆλα τὰ θεωρήματα ἀπλῶς τὰ ἐνδεικτικὰ τῶν συμφερόντων καταλαμβάνεσθαι. οὐδὲ γὰρ τὰ θεωρήματα τὰ κεκρυμμένων ὅτι δηλωτικὰ, ὧν χρεία πρὸς τὴν θεραπείαν ὡς ἐνδεικνυμένων ἔχομεν, ἀλλὰ τὴν ἕξιν μόνην τὰ κεκρυμμένα πρὸς τὰ φαινόμενα. ὅταν δ' αὖ ὅτι μᾶλλον τὰ τῆς θεωρημάτων χρείαν καλῶμεθα, ἐπ' αὐτὰ τὰ κόπου αὐτόματοι φαίνονται νοῦσοι, φήσαντες τὸν λόγον. ὅπου τοίνυν κόπος αὐτόματος ὄντως ἐναργὴς, καὶ οἱ ἰδιῶται ἴσασιν. ὅτι δὲ δῆλα τὰ αὐτομάτου κόπου πλῆθος δηλοῦσιν, οἱ μὲν ἰδιῶται ἀγνοοῦσι, κεκρυμμένα γὰρ, οἱ δὲ τεχνῖται ἴσασιν, ἐκ τῶν θεωρήματος κατειληφότες τὴν τοῦ αὐτομάτου πρὸς τὸ πλῆθος ἕξιν. ἀπὸ γὰρ τῆς ἕξεως αὐτὰ τὰ αὐτομάτου κόπου κινηθεὶς, πρὸς τὸ πλῆθος σπεύσων τὸ θεώρημα, καὶ καταλαμβάνων ὅτι ἀποτέλεσμά ὄντως τὸ πλῆθος ἑαυτοῦ κόπος, συνέσχεν αὐτό. ἐπεὶ γὰρ τῆς αἰτίας διττήν τινα γνωκοπάτην διαφορὰν ἠπίστατο, ὡς ὅτι τῶν αἰτίων, ἃ μὲν ἐκτός ἐστιν ἡμῶν, ἃ δ' ἐν αὐξήσεσι τοῖς σώμασιν, ἀναίσχυντον ἐνόμισεν εἶναι, ὁπότε τι τῶν ἐκτὸς προσλυπῇ, μὴ ἂν ἄλλως ἡμᾶς ἐνοχλεῖσθαι, εἰ μὴ ἐν τοῖς σώμασιν ὑπάρχοι τὸ αἴτιον. ἐπεὶ δὲ τῶν ἐν τοῖς σώμασι, τὰ βαρυῶντα, τῇ πλεονασμὸν ὑπάρχειν, ὡς εἴτε συμμέτρου, εἴτε βαρεῖ, εἴτε λυποῦντος, συνηθὲς εἰς ἕνα λογισμὸν τοῦ-

E F

CAPVT XXIX.

Quorundam opinio de modo dignoscendi fluxum impugnatur.

NOnnulli dicunt in his quæ per latentes meatus dissipantur, fluorẽ percipere, inde quòd corpora sint mollia, delicata & effœminata. Quibus obiicietur, quòd si dura sint corpora & intenta, non dicent quidẽ fluorẽ esse, sed ipsum fateri coguntur. Si igitur tales quidẽ sint ægroti, quales Hippocrates exponit, ab extrema inedia huc perducti, vt cutis dura sit, & intẽta, ac alia quæ in dissipatis digestísque existunt, an ea quæ iam cõmemoratis adhibetur medendi ratiohe vtemur, fateri necesse est. Quomodo itaque ex raritate fluor percipitur? etenim intentione & duritie subsistente, nihilominus fluor est.

CAPVT XXX.

Quod cõmunitates nihil iudicẽt etiamsi sint euidentes.

DEinde quòd etsi communitates appareant, nihil tamen vtile indicent, ex eo demonstrauerit aliquis: differre dicens ipsa communia indicare, vel à communibus percipi ea quæ indicari possunt. Methodici igitur ipsi communia indicare affirmant: nos autem communium perceptionem conferre ad dignotionem eorum quę particulatim indicari possunt. Ac præcepta quodammodo cõmunia cum sint, particularium perceptionem subindicant. Nam in hoc, *laßitudines ſpontaneæ morbos denunciant*, percipimus, lassitudinis in particula spontaneæ dispositionem ad copiam; referre enim oportet morbos in præsentia ad plenitudinem. Itaque vniuersalis cognitio particularis perceptionem præbet eius quod remedium indicare potest.

CAPVT XXXI.

Quid artis præcepta declarent.

NOn autem putandum est nos existimare ex præceptis manifestò auxiliorũ indicatoria percipi. Nõ enim præcepta abditorũ sũt indicia, quorũ vsũ ad curationẽ vt indicantiũ habemus: verũ dispositionẽ abditorũ ad apparẽtia signant. Ita verò diligẽtius præceptorũ vsũ didicerimus, de ipso hoc, *laſſitudines ſpontaneæ morbos denuntiãt*, sermonẽ instituentes. Quòd igitur lassitudo spõtanea sit euidẽs, etiã idiotæ norunt, quòd autẽ ex spontanea lassitudine copia indicatur, idiotæ quidẽ ignorãt, vt quæ abdita sit artifices autẽ norũt, qui ex præcepto lassitudinis spontaneæ ad copiã, dispositionẽ perceperunt; nam ipsius spontaneæ lassitudinis ad plenitudinem dispositione motus, cõstituit præceptũ: cõprehẽdénsque plenitudinis effectũ, esse spontaneã lassitudinẽ, ipsũ condidit. Quoniã igitur causarũ duplicẽ quandã vniuersalẽ maximè cognouit differentiã, item quòd causarũ aliæ extra nos sunt, aliæ in ipsis corporibus, necessariũ esse cẽsuit, quum aliquid extrinsecus infestauerit, non alioquin nos molestari, nisi in corporibus nostris subsistat. Quia verò inter ea quæ insunt grauantia ex substãtiæ superfluo grauãt: vt si mediocris, neque grauet, neq; molestet. Collectis his in vnã ratiocinationem, præceptum hoc

hoc confecit, laſſitudines ſpontaneæ plenitudinē teſtantur: quibus enim ratiocinationibus motus author præceptum conſtituit, ab iiſdem etiam præcepti vſum ſubindicari oportet. Hoc igitur generale indicat: vbicunque laſſitudo ſit ſpontanea, illic totius eſſe plenitudinē, non tamen à præcepto plenitudinem comprehendit, ſed diſpoſitionem laſſitudinis ad copiam: ex diſpoſitione verò, plenitudinē. Itaque ex laſſitudine quodammodo copiam percepit: vt autem ex ipſa comprehenderit præceptum, cauſa fuit. Iam aliorum præceptorum eundem vſum ſi inſpiciamus, inueniemus. Nos itaque ita vniuerſalem & veluti cōmunem perceptionem conferre arbitramur.

CAPVT XXXII.

Communia quid indicent apud Methodicos, & eorum confutatio.

MEthodici verò communitates ipſas præſidia indicare arbitrātur. Etenim aſtrictum affectum indicare dicunt laxandum eſſe, fluidum verò continendi rationem requirere, ac reliquas communitates ſtatuunt diuerſa manifeſta indicare, de quibus dicetur. Quòd autē cōmunitates nō indicant, his confirmabimus. Quibus ſublatis ægrotantes fiunt ſani, horū ſunt auferentia præſidia: quorū autem ſunt auferentia deinceps remedia, ab his indicationes remediorum ſumuntur. Auferentia autē ſunt, conſequenter particulariū cauſarum præſidia, ergo vtique morborum, particulares erunt cauſæ: & morbi vtique indicabunt quod conducit, & nō cōmunitates, eo quòd cōmunitates ſint, remediū indicant: & ſi quæ aſſumuntur præſidia, tollunt ea quæ indicātur, à particularibus remediis communitates tolluntur. At cōmunitate ſublata, qui illo tempore ab ipſa cōmunitate ægrotarunt, ſani euaderent, nullo quopiam ab ipſa ſublato. At ſi quod indicat, hoc tollitur, communitates autē indicant, nimirum ipſæ tollentur. Ad hoc Methodici reſpondent, communitatem nos eandem & vnā eſſe dicimus, non quòd vnū eſt corpus ſibi continuū, ſi quis in pluribus ſpeculetur, ſed quatenus eadem ſpecies eſt. Vt enim & humānitas communio quædā eſſe dicitur, non adhuc corpus vnum vnitum, deinde in omnibus hominibus ſpectatur, ſed ſimilitudo quædā in pluribus id etiam de communitate exiſtimandū eſſe dicunt. Quemadmodū igitur, aiūt, vno homine ſublato, non aufertur ſimul humanitas quam in omnibus conſpicimus, ſed vnius cuiuſdam humanitas: ita & particulari cōmunitate ſublata, non in omnibus communitas tollitur, ſed particularis duntaxat. Dicendum itaque ipſis eſt, quod ſi communitates, quā communitates ſunt, remedium indicant, etiam humanitas quum ſit communitas, id quod conducit indicaret; nihil autem humanitas indicat neque alia igitur quædam communitas remedij index erit. Præterea ſi communitas identitas eſt, in pluribus etiam communitates quā communitates ſunt indicarent, ac difficultas tolerandi & rubor cùm in pluribus ſpectetur affectibus, conducibile aliquid indicarent, nihil autem indicant, quare nec reliquæ communitates naturam habent indicandi. Quærendum autem hoc ab eis eſt, num communitates affectus ſint, an non; ſiquidem affectus quodammodo nullus vnquam ipſorum ſenſit,

Ϛα, ἐποίησε δ θεώρημα τῦτο, κ̀πει αὐδ' ματοι φερ̀ζοισι πλῆθος. ἀφ' ὧν γδ λογισμῶν κινηθεὶς ὁ συςήσας, δ θεώρημα συνέςησεν, ἀπὸ τ̃ν αὐτῶν χρὴ κὴ τ̀ χρείαν τ̃ θεωρήματος ὑποδείκνυσθαι. τ̃το τοίνυν δ καθολικὸν, δηλοῖ ὅτι ὅπου ἂν ἡ κόπος αὐτόματος, ὁπῆς πάντως πλῆθος. ἡ μὴν τι ἀπὸ τ̃ θεωρήματος καταλαβὲ δ πλῆθος, ἀλλὰ τ̀ ἕξιν τ̃ κόπου τοιᾶς δ πλῆθος· ὁκ δὲ τ̀ ἕξεως, δ πλῆθος. ἔςιν οὖν ὅτε τινα, ἐξ ἡ κόπου καταλαβὲ τὸ πλῆθος, ἵνα δὲ δι' αὐτ̃ καταλάβῃ, τὸ θεώρημα γέγονεν αἴτιον. κ̀ τ̀ ἄλλων δὲ θεωρημᾶτ̃, τ̀ αὐτὴν χρείαν σκοπεῖν τ̃ θήσομεν. ἡμεῖς μὴν οὕτω πάντα καθόλου κ̀ οἱονεὶ κοινὴν καταλήψιν ἡγούμεθα χρησιμεύειν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΒ'.

Τί τοῖς Μεθοδικοῖς αἱ κοινότητες ὑποδείκνυσθαι, κ̀ τοῖς αὐτοῖς ἀντιλογία.

ΟΙ δ Μεθοδικοὶ τὰς κοινότητας αὐτὰς, οἴονται ὑποδείκνυσθαι τὰ συμφέροντα. τὸ μὲ γδ γεγονὸς παθος ὑποδείκνυσθαί φασι, τὸ δεῖν χαλᾶν, τὸ δ ῥοώδες, τ̀ σφιγκτικὴν ἀναγκαῖον ὅτι ζητεῖν, κ̀ τὰς λοιπὰς δ κοινότητας ὡσαύτως) ἐξαφέροντα φανερὰ ὑποδείκνυσι, περὶ ὧν εἰρήκαμεν· ὅτι δ' ὐκ ὑποδείκνυσι αἱ κοινότητες, ἐξ αὐτ̃ν πειρασόμεθα. ὧν αἱρεθέντων νοσοῦντες ὑγιᾶς γίνονται, τούτων ἐστὶν αἱρετικὰ βοηθήματα. ὧν δ' ἐστὶν αἱρετικὰ προηγουμένως βοηθήματα, ἀπὸ τούτων ἔνδειξις τ̃ συμφερόντων γδ· αἱρετικὰ δ' ἐστὶ προηγουμένως τὰ βοηθήματα τ̃ ὅτι μέρεσι αἰτίων, κ̀ εἰ ἄρα νοσημᾶτ̃· τὰ δ' ὅτι μέρεσι ἄρ' αἴτια, κ̀ εἰ ἄρα νοσήματα ὑποδείκνυσι αὖ τὸ συμφέρον, κ̀ οὐχ αἱ κοινότητες, ὥ φασι κοινότητες, τὸ συμφέρον ὑποδείκνυσι). κ̀ εἰ τὰ παραλαμβανόμενα βοηθήματα, ἀναιρετικὰ τ̃ ἐνδειχθέντων, ἀπὸ τ̃ ὅτι μέρεσι βοηθημᾶτ̃ αἱρεσιῶται αἱ κοινότητες. τ̃ δ κοινότητος αἱρεθεισῶν, οἱ κεῖ ἐκεῖνον τ̀ κάμνον ὑπὸ τῆς αὐτῆς κοινότητος νοσήσαντες, ὑγιᾶς ἂν ἐγένοντο, ὑπ' ἐνός τινος ὑπ' αὐτῆς αἱρεθέντος. εἰ δ ὅσαπερ ἐνδείκνυσι), τ̃το δύναιτο, αἱ δ κοινότητες ἐνδείκνυνται, δῆλον ὅτι αἱ κοινότητες αἱρεθήσονται. πρὸς τ̃το λέγουσιν οἱ Μεθοδικοὶ, ὅτι τ̀ κοινότητα ἡμεῖς τ̀ αὐτὸ κ̀ μίαν λέγομεν εἶ), ὐχ ὁρῶ ἔν τί ἐστι σῶμα συναφὲς αὐτὸ ἑαυτῷ, εἰ τις ὅτι πλόνων θεωρεῖτο, ἀλλ' ἢ τὸ αὐτὸ εἶδός ἐστιν. ὡς γδ κ̀ ἡ ἀνθρωπότης, κοινότης τις λέγεται εἶ)· ὁκ ἔτι δ σῶμα ἓν ἰωμένον, εἶτα ὅτι πάντων τ̃ ἀνθρώπων, ἀλλ' ὁμοιότης τις ἐν πλείοσιν, ὅτω κ̀ πρὸς τὴν κοινότητος φασὶ δεῖν ὑπολαμβάνειν. ὥσπερ οὖν, φασὶν, ἑνὸς ἀνθρώπου αἱρεθέντος, ὐ συναιρεῖται ἡ ἀνθρωπότης, ἰδ ὅτι πάντων ὁρᾶται, ἀλλ' ἄρα ἡ ἑνός τινος ἀνθρωπότης· ὕτως κ̀ ὅτι μέρεσι κοινότητος αἱρεθείσης, ὐχ ἡ ὅτι πάντων κοινότης αἱρεῖται, ἀλλ' ἡ ὅτι μέρεσι μόνον. ῥητέον οὖν πρὸς αὐτοὺς, ὅτι εἰ ὅσαπερ αἱ κοινότητες, καθ' ὁ κοινότητές εἰσιν, ἐνδείκνυνται τὸ συμφέρον, κ̀ ἡ ἀνθρωπότης κοινότης οὖσα, ἐνεδείκνυτο ἂν τὸ συμφέρον. πρὸς ἣν δ ἡ ἀνθρωπότης ἐνδείκνυται, ὑδ' οὕτω ἄλλη τις κοινότης ἐνδεικτικὴ ἂν εἴη συμφέροντος. ἔτι δ, εἰ ὅσαπερ ἡ κοινότης πλειότης ἐστὶν ἐν πλείοσι, κ̀ αἱ κοινότητες, καθ' ὁ κοινότητές εἰσιν, ἐνεδείκνυντο· κ̀ ἡ δυσφορία κ̀ ἡ ἐρυθριότης ὅτι πλειόνων παθῶν θεωρουμένη, ἐνεδείκνυτο ἂν τι συμφέρον, πρὸς ἣν δ ἐνδείκνυται· οὐδὲ αἱ λοιπαὶ ἄρα κοινότητες φύσιν ἔχουσιν ἐνδεικτικὴν. ζητητέον δ κ̀ τ̃το πρὸς αὐτῶν, πότερον αἱ κοινότητες πάθη εἰσὶν, ἢ οὔ. εἰ μὲν πάθη, πῶς πρὸς τὶ ποτε ἢ ὑπὸ τίνων;

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 332 sur 413

ἀλλὰ πυρετῶν μὲν, καὶ φλεγμονῆς, καὶ βάρους, καὶ διάτασέως ἀντιλαμβάνονται ἄνθρωποι, καὶ τοῖς ἰατροῖς διὰ τοῦτο μεταπέμπονται, στεγνότητος δὲ καὶ ῥοώδιας οὐδεὶς πώποτε ἤσθετο. οὐδὲ μὰ Δία ἔπεμψέ τις καὶ τοῦτο ἰατρὸν, ὡς ὑπὸ ἀμέτρου στενώσεως, ἢ ἀραιώσεως ἐνοχλούμενος. εἰ δὲ μὴ ὅτι παθῶν, πῶς ἀπὸ τῶν παθῶν ταῦτ' ἂν δείξεις γίγνεσθαι λέγοντες, τῆς στενώσεως καὶ ῥοώδιας οὐκ ὄντων παθῶν; ἔτι τε κἀκεῖνο ῥητέον, ὅτι εἴπερ αἱ κοινότητες φύσιν εἶχον ἐνδεικτικὴν, πάντων ἂν μάλιστα ἡ τῶν κοινοτήτων κοινότης ἐνεδείκνυτο ἄν. καὶ γὰρ τῆς στενώσεως καὶ ῥύσεως ὁμοιότης τις, καθ' ὃ κοινότητές εἰσιν ἀμφότεραι. οὐδὲν δ' ἐνδείκνυται αὐτῆ· οὐδ' ἄρα αἱ λοιπαί. οὐ μόνον δὲ δύο κοινότητας φασὶν εἶναι, ἀλλὰ καὶ πλείους, καὶ ἄλλας μὲν ἐν διαίτῃ, ἄλλας δὲ ἐν χειρουργίᾳ· καὶ ἐν μὲν διαίτῃ, τὸ στεγνὸν, καὶ τὸ ῥοῶδες, καὶ τὸ ὑπερπεπλεγμένον μέγεθος. καὶ χρόνους τῶν νοσημάτων εἶναι τέσσαρας, ἀρχὴν, ὑπόδοσιν, ἀκμὴν, καὶ παρακμήν. καὶ τὸ ὀξὺ, καὶ τὸ χρόνιον, καὶ τὴν ὑπόπτωσιν, καὶ τὸ διάλειμμα. ἐν δὲ χειρουργίᾳ, τὸ φύσει ἀλλότριον, τόπῳ, καιρῷ, καὶ ἄλλα πλείονα. ἀλλ' οὐ νῦν ἀκριβολογεῖσθαι περὶ τῶν ἐν χειρουργίᾳ σκοπῶν χρή· ἀποχρήσει γὰρ τοῖς τὸ προκείμενον οἱ ἐν διαίτῃ αὐτῶν ἐκτεθέντες σκοποί.

sed febrium quidem inflammationem, grauitatem, distentionem, homines percipiunt, ac medicos propterea accersunt: astrictionem verò & fluorem nemo vnquam sensit, neque per Iouem aliquis ad medicum misit, tanquam ab immodica astrictione, aut raritate vexatus. At si non sunt affectus, quomodo ab affectibus indicationes fieri dicunt, vbi astrictio & fluor non sint affectus? Præterea illud quoque dicendum, quòd si communitates naturam haberēt indicatoriam, omnium maximè communitatum communitas indicaret; etenim astrictionis & fluoris similitudo quædam, quatenus communitates sunt ambæ: nihil autem hæc indicat, quare nec reliquæ. Cæterùm non modò duas communitates esse prædicant, sed etiam plures, & alias sanè in victus ratione, alias in chirurgia. Ac in victus ratione, astrictum & fluidum & adiunctam magnitudinem: item tempora morborum esse quatuor, initium, augmentum, statum, & declinationem: iam acutum & diuturnum, accessionem & intermissionem: in chirurgia autem natura aliena, loco, tempore, aliáque plura. Verùm de scopis in chirurgia exactius disputare in præsentia non conuenit; sufficiunt enim rei propositæ scopi in victus ratione ipsorum expositi.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΓ'.

Διὰ τί τὰς κοινότητας οἱ Μεθοδικοὶ παρέσηναγον.

CAPVT XXXIII.

Cur Methodici communitates inuexerunt.

ΠΑρέσηναγον δὲ τὰς εἰρημένας κοινότητας, οὐκ ἔχοντες ἐν τοῖς πράγμασι διεξαγωγήν. ἐπεὶ γὰρ ἠκολούθησε αὐτῷ, ᾧ τινι δεῖ χρῆσθαι σταλτικῷ ὅτε πάσης ῥύσεως, καὶ ᾧ τινι δεῖ χαλαστικῷ, ὅτε πάσης στενώσεως, οὐχ εὑρίσκοντες δὲ ἐνδεικτικὸν τῆς διαφορᾶς τῶν βοηθημάτων, παρέσηναγον καὶ τὰς εἰρημένας κοινότητας, ἵνα καθ' ἑκάστην τούτων διαφοράν, διαφέρουσα θεραπεία εὑρίσκηται. λέγουσιν οὖν ὅτι τὴν διαφορὰν τῶν βοηθημάτων αὗται αἱ κοινότητες ἐνδείκνυνται). πρὸς γὰρ τὴν τινων τούτων συνοδον, διάλυσιν ἡ θεραπεία εὑρίσκεται.

INuexerunt autem enumeratas communitates, cùm non haberent in rebus pertractationem. Quoniam enim consentaneum erat astringente quolibet vti in omni fluore, & quocumque laxante, in omni astrictione: quum autem non inuenirent, quod auxiliorum differentiam indicaret, inuexerunt etiam dictas communitates, vt ex harum differentia diuersa inueniretur curatio. Dicunt igitur præsidiorum differētiam communitates has indicare. Nam ex harum quarundam congressu varians curatio reperitur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΔ'.

Οτι τὸ μέγεθος τῶν κοινοτήτων οὐκ ἐνδείκνυται μέγεθος τῶν βοηθημάτων.

CAPVT XXXIV.

A communitatum magnitudine remediorum magnitudinem non indicari.

ΕΤΙ καὶ τοῦτο τὸ δόγμα τῶν Μεθοδικῶν ἄνους ἐστίν, τὸ δεῖν ἀεὶ κατ' ἀρχὰς τῶν νοσημάτων τοῖς φλεγμαίνουσι κεχρῆσθαι. τοῦτο δὲ αἰτίαν ἐντεῦθεν εἴληφε τὸ δόγμα. πολλαὶ φλεγμοναὶ διάθεσιν τῶν φλεγόντων κατ' ἀρχὰς, καὶ ἀποκρούομένων, καθίσανται. πᾶσα δὲ φλεγμονὴ κατ' αὐθις φλέγωσίς ἐστι. ἄπορον οὖν ἐφαίνετο εἶναι τὸ τὰ ἐσφαινωσμένα διὰ τῶν πυκνούντων καθίσασθαι. καὶ ἡμῶν λεγόντων, διὰ τῆς τῶν λυποιούντων ἀποκρούσεως, τοῦ ἀποκαθίσασιν γίνεσθαι τῶν φαινομένων· ἀποβλέψαι μὴ δυναμένους, πάμπαν φασὶ δεῖν τοῦ ἀρχικοῦ διὰ τῶν φλεγόντων ἄρχειν. οὐκ ἀποκρουόμεθα γὰρ τὰ αἴτια, ἀλλ' ἵνα δυνατὰ ᾖ καταστηναι τὰ σώματα. ἡ γὰρ συσκλη, φασὶ, καὶ ἡ σφίγξις τῶν σωμάτων, δυνατὰ ἕξει τὰ σώματα καταστηναι ἀζυσα, κωλύει ἅλωσιν τὰ νοσήματα. οὐ γὰρ διὰ μειώσεως τῶν νοσημάτων μόνον κωλύεται, φασὶν, ἡ ἐπίδοσις, ἀλλὰ καὶ διὰ δυνάμεως τῶν σωμάτων. ῥητέον οὖν πρὸς αὐτοὺς, ὅτι ἀδύνατον, διὰ συναυξήσεως τῶν βλαπτόντων δυνατὰ ᾖ καταστηναι τὰ σώματα, ἄλλως τε πρὸς τὸ νοσεῖν χρὴ δυνατὰ εἶναι τοῖς σώμασι πρὸς ποιεῖν. εἰς γὰρ τὸ μὴ γίνεσθαι νόσον, τ δυνατείας δεόμεθα. πεπονθότων δὲ τῶν σωμάτων, αἱρέσιν δεῖ ποιεῖσθαι τῶν προσπιπτόντων. ὅπως δὲ, ἡ τοιαύτη διάθεσις πύκνωσίς ἐστι καὶ δυσδιαφορησία τῶν σωμάτων; τὰ δὲ φλέγοντα πυκνοῖ τοῦ ὑπιόντος, καὶ δυσδιαφόρητον ἀπεργάζεται, δῆλον ὡς συνεργήσει μᾶλλον τῇ ἐπιδόσει τῶν φλεγομένων τὰ φλέγοντα, ἢ ἂν ἀναπωλήσειεν. καὶ ὅλως, τὸ πάθος ἐν τοῖς οἰκείοις χωρίοις μέγεθος δὺ ἀπειλήφει, τοῦτο τὸ ἀρχῆ διὰ τῶν βοηθημάτων προσγίνεται. φαίνονται δὲ καὶ τὸ ἐναντίον τοῦ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ἀπαντοῦντα προσλαμβάνοντες. ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ τὸ κωλύον αὔξεσθαι ἐνδείκνυται, ἡ δὲ ποιότης τῶν προσαγομένων τῇ ἐπιδόσει συνεργεῖν ἔοικε. δυοῖν θατέρου, ἢ τῇ ἀρχῇ ὡς κακῶς ἐνδεικνυμένῃ προσεκτέον, ἢ ἡ ποιότης τῶν προσαγομένων οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ προσάγεται.

CAPVT XLIX.

Cur incipientibus phlegmonis aſtringentia admoueamus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΘ'.

Διὰ τί χρὴ τὰς ἀρχὰς τῶν φλεγμονῶν προσάγοντας τὰ φλέγοντα.

ITaque aſtringentia initio inflammationum adhiberi cōmodè quilibet conceſſerit, verùm cauſas ab eis facti quærenda eſt: etenim dicere contumax iniuriis ferendis robur ex aſtringentibus accedere, ridiculū eſt vt oſtendimus. Diſcant autē à nobis noxiorum repulſu & in alia loca ab affectu immunia tranſlatione, aſtringētia auxilia morbos imminuere & ſoluere. Præterea & hoc dicendum eſt, initium non indicare præſidia quæ augmentum ipſorum prohibeant: hæc autē contra ipſos ſunt, ſi aſtringentia principia morborū,

ΤΟ μὲν πίνειν ἐπ' ὠφελείᾳ χρὴ τὰς ἀρχὰς τῶν φλεγμονῶν τὰ φλέγοντα προσάγειν, πᾶς ἂν τις ὁμολογήσειεν· ἄξιον δὲ ζητῆσαι πρὸς αὐτοὺς τὸ αἴτιον. τὸ μὲν γὰρ δυνατὰ λέγειν οὐκ τῶν φλεγόντων προσγίνεσθαι, γελοῖόν ἐστιν, ὡς ὑπεδείξαμεν. μαθητέον δὲ παρ' ἡμῶν, ὅτι τῇ ἀποκρούσει τῶν λυποιούντων, καὶ μεταγωγῇ εἰς ἑτέρους ἀπαθεῖς τόπους, μείουν καὶ λύειν τὰς νόσους τὰ φλέγοντα τῶν βοηθημάτων. ἔτι καὶ τοῦτο ῥητέον πρὸς τὸ τῶν ἀρχικῶν μὴ ἐνδείκνυσθαι τὰ κωλυτικὰ τ αὐξήσεως βοηθήματα. ταῦτα δὲ κατ' αὐθις· νῦν τὰ φλέγοντα,

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 342 sur 413

αἱ ἀρχαὶ τῶν νοσημάτων, ἤτοι ποιότητά τινα κέκτηνται, ἢ οὔ. Ὃ μὲν οὖν λέγειν ἀποίους εἶναι τὰς ἀρχὰς τῶν νοσημάτων, γελοῖον· οὐδὲ γὰρ ἂν εἰς αἴσθησιν προέλθοιντο, εἰ μὴ εἶχον ποιότητα. ἤτοι οὖν ἡ τῶν ἀρχῶν ποιότης ἑτέρα ἐστὶ παρ' ἑκάστην τῶν διαθέσεων, ἢ ἑκάστης ἀρχῆς ποιότης ἀδιάφορος τῆς κατ' αὐτὴν διαθέσεως. Εἰ μὲν οὖν ἑτέρα ἐστὶ τῶν ἀρχῶν ποιότης, αἰσθάνεσθαί τις αὐτὴν τῶν παθῶν ἑτέρα κοινότης, ἣν ἐκλιποῦσι παρῆκεν. Εἰ δ' ἡ αὐτή ἐστιν ἑκατέρας τῆς ἀρχῆς ποιότης, ἥπερ καὶ τῆς κατ' αὐτὴν διαθέσεως, διὰ τί μὴ ἐν ἀρχῇ τῶν νοσημάτων τοὺς μὲν τὴν τελείωσιν τῇ χαλώσῃ ἀγωγῇ, τοὺς δὲ τὴν ῥῶσιν τῇ στελλούσῃ χρησόμεθα; ἄλογον γὰρ τοὺς τὴν ἀρχὴν ἑτέρως ἡμᾶς ἴσασθαι, ὡς οὐ τὴν αὐτὴν ποιότητα κεκτημένῃ τῇ διαθέσει, ἥπερ ἀρχή ἐστιν.

A aut qualitatem quandam obtinent, aut non. Dicere itaque morborum principia qualitatis esse expertia, ridiculum est; non enim in sensum caderent, nisi qualitatem haberent. Veligitur principiorum qualitas diuersa est à singulis affectibus, vel vniuscuiusque principij qualitas indifferens eiusdem affectus existit. Si igitur diuersa est à principiis qualitas, apparet quædam hæc ab affectu alia communitas, quam illi omiserunt. At si eadem est vtriusque principij qualitas, quæ & eiusdem affectus, cur non in morborum initio ad astrictionem quidem laxante ratione, ad fluorem astringente vtemur? Absurdum enim nos aduersus principium diuerso modo pugnare, quasi non eandem cum affectu, cuius principium est, qualitatem obtineat.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ν'.

Διὰ τῆς πυκνώσεως τε καὶ σκληρότητος τοῖς σώμασιν οὐ προσγίνεσθαι δυσπάθειαν.

ΟΤΙ δὲ γελοῖόν ἐστιν οἴεσθαι ἐκ τῆς σκληρᾶς ἀγωγῆς δυσπάθειαν τοῖς σώμασι προσγίνεσθαι, δι' ἧς πυκνοῦσθαι καὶ στέλλεσθαι τὰ σώματα, συντεῖνόν αὐτὰς μαλθοί. Εἰ γὰρ πύκνωσις καὶ ἡ συσταλὴ καὶ ἡ σκληρότης τῶν σωμάτων, δυσπαθείας ἐστὶν αἴτια, οἱ φλεγμαίνοντες, καὶ ἐσκιρρωμένοι, καὶ ὁ δέρμα σκληρὸν, καὶ προτεταμένον ἔχοντες τῆς ἐφάπτης ἐπιδείας ἔχοντες, δυσπαθέστεροι ἂν ἦσαν τῶν ὑγιαινόντων. οἱ γὰρ ὑγιαίνοντες, μαλακώτερα καὶ ἀραιότερα τὰ σώματα ἔχουσι, καὶ μᾶλλόν γε ὅσον ἂν ὑγιαίνωσιν. Ἔτι εἰ τῇ σκληρότητι ἡ δυσπάθεια ἐκρίνετο, τοὺς γέροντας σκληρότερα τὰ σώματα τῶν παίδων ἔχοντας, δυσπαθεστέρους ἔδει νομίζεσθαι. εἰ γὰρ, ὥσπερ οἱ Μεθοδικοὶ, ἐκ τέχνης δυσπάθειάν φασι προσποιεῖν, τοῦτο ἐκ φύσεως ἔχουσι, πῶς οὐκ εὔλογον ἦν δυσπαθεστέρους εἶναι τῶν νέων;

C

D

CAPVT L.

Non densitate ac duritie reddi corpora firmiora.

PORrò quòd ridiculum sit putare ex astringente curandi ratione patiendi difficultatem corporibus obnasci, quâ corpora densantur comprimunturque, hinc disceret aliquis. Si densatio, contractio, & corporum durities patiendi difficultatis sunt causæ, inflammati, scirrho indurati, & cutem duram densámque præ extrema inedia habentes, difficilius quàm sani afficerentur. Etenim sani molliora rarioráque corpora obtinent, ac quanto magis sani sunt. Insuper si duritie patiendi difficultas iudicaretur, senes qui durius quàm pueri corpus obtinent, firmiores censeri oportebat. Si enim quam Methodici ex arte difficultatem patiendi dicunt moliri, hanc ex natura obtinent, quomodo non erat consentaneum, senes minus iuuenibus esse affectibus obnoxios?

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΑ'.

Πῶς δεῖ διακρίνειν τὴν σώματος δυσπάθειαν καὶ προσποιεῖν αὐτήν.

ΑΓνοοῦσι δ' οἱ Μεθοδικοὶ, πῶς δεῖ διακρίνειν ἀνθρώπου δυσπάθειαν, ὥσπερ οὐδὲ προσποιεῖν αὐτὴν δυνήσονται. οὐ γὰρ ὥσπερ λίθου καὶ σιδήρου, καὶ ξύλου, καὶ τῶν ὁμοίων, τῇ σκληρότητι, καὶ ἀπαλότητι κρίνειν τὴν τῶν ἀνθρώπων δυσπάθειαν χρὴ, ἀλλὰ τῷ ἱκανὰ εἶναι τὰ σώματα τοῖς ἑαυτῶν χρείαις παρέχεσθαι ἀνεμποδίστως. τῷ γοῦν βουλομένῳ προσποιεῖν δυσπάθειαν, οὐχὶ δεῖ σκοπεῖν, ὅθεν σκληρὸν τὸ σῶμα ἔσται, ἀλλ' ὅθεν αἱ δυνάμεις τῶν μερῶν παρασκευήσονται. καὶ τὰ μέρη, ἀνεμποδίστως τὰς ἰδίας χρείας παρέξεται.

E

CAPVT LI.

Quomodo corporis robur noscendum sit, atque comparandum.

AT ignorant Methodici, quomodo hominis ad patiendum difficultatem discernere conueniat, ideoque neque moliri ipsam poterunt. Non enim vt lapidis, ferri, ligni, & similium duritie & mollitie patiendi difficultatem hominum iudicare conuenit: sed eo quòd corpora suos ipsorum vsus citra impedimentum præstare abundè queant. Qui igitur firmitatem moliri volet, ei non venit considerandum, vnde corpus durum erit, sed vnde partium facultates adaugescent, ac partes liberè proprios vsus exhibebunt.

FRAGMEN-

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 343 sur 413

FRAGMENTVM GALENO ASCRIPTVM SEV SERMO ADVERSVS EMPIRICOS MEDICOS.

* ſeptimum adhuc inſpicere deſideras, & octauum, ac omninò complura deinceps. Quid igitur adhuc calumniaberis, & inconſtantem eſſe experientiam affirmabis, & ad id quod ſæpiſſimè fit, interminatam, ac ſuſpectam pronunciabis? Quibus inſiſtet dicens. Haud inuenire potes, vt nos magis, quàm teipſum deiicias; quin mihi videris, vt teipſum magis. Nam quum duo ſint, alter, qui per ſolam obſeruationem aliquid inueniri dicat, quod & ego ſanè volo, ac vos, inuiti licet, confitemini tamen; alter qui quomodo, quod equidem, nec poſſibile, nec vtile eſſe aſſero, tuum profectò reliquum eſſet munus id inuenire. Et, quia dubium eſſe id affirmas, ſophiſmate teipſum deiicies: nos verò nequaquam iniuria afficies. Non enim, quomodo vnumquodque artificioſum ſit, certamen nobis eſt, ſed, quòd fiat ſolummodo; quòd ſanè euidenter conceſſum habemus. Tu verò, qui cauſas curiosè inquiris, debes & illud, quomodo, docere. Sed contra, quàm deceat, procedere videris, nec ſecus facere, ac illi, qui, quoniam, quomodo videant, ignorant, nequaquam videre fatentur; & quia etiam, quonam pacto generentur, quæ generantur, & corrumpantur, quæ corrumpuntur, & moueantur, quæ mouentur ignorant, iccirco, nec generationem, nec corruptionem, nec motum relinquunt. At quòd maxima vniuerſæ rationis vituperatio ſit, aduerſus euidentia pugnare, quis eſt, qui neſciat? Nam qui incipere non poteſt, ſine euidentia, quo modo is fidelis ſit, quum aduerſus id, à quo principia ſumpſit, ſit audax? Hoc etiam quum vidiſſet Democritus, quãdo apparentia vituperabat, vbi dixiſſet, *Lege color, lege dulce, lege amarum; vera autem atomus, & vacuum*; finxit ſenſus aduerſus cogitationem in hunc modum loqui. *Miſera mens, quæ quum à nobis fidem aſſumpſeris, nos deiicis; at quum nos deiicis, tu ipſa cadis.* Quum igitur deceret rationem infidelitatis condemnare, nimirum, quæ adeo parua ſit, vt etiam, quæ inter ipſas eſt probabiliſſima, cum apparentibus, à quibus incepit, pugnet, vos contrarium agitis; quippe ea damnatis, quæ rationem quidem habent, vt fiant, ſed, vt ratio vult, non fiunt. Mihi verò hoc ipſum maxima rationis reprehenſio eſſe videtur. Quis enim ſanæ mentis de rebus obſcuris illi credat, quæ adeo praua eſt, vt euidentibus contraria ſtatuat? Multis certè adhuc indigent Empirici, vt id, quod volunt, aſſequantur, etiam ſi hoc ipſis conceſſerimus. Niſi enim, quæ adhuc ſuperſunt abſurda, memoratis paria oſtendero, nullum etiam profectò iſtorum mihi commodum vtilitatémve eſſe volo. Tu igitur, certò ſcio, demiratus es non mehercle noſtram, ſed Empiricorum fatuitatem, ſi quum in tot rebus tot cõceſſa A aſſumpſerint, nihil tamen plus habent; ſed alter error haud minor prioribus, ipſos excipit, exquiſita nimirum ignorantia, ac excellens quædam impudentia, ac ſtupiditas ipſam ferè pecudum ſtoliditatem ſuperans. Qui, quum neque à quo incipiant, habeant, nec ſi hoc ipſis detur, ſæpiſſimè ſimili modo aliquid videre poſſint, nec tot etiam myriadas, ipſas nimirum ægrotantium diuerſitates videre, vel recordari, vel ſcribere poſsint, (nam, quæ Bibliotheca tantam hiſtoriam caperet? quæ anima tot rerum memoriã exciperet?) ipſi tamen nec ita ſentiunt, quòd ſe ipſos deludendo hæc concedant, ſed tanquam hæc firma, ac certa eſſent, adhuc de ſequentibus contendant. Ego igitur non ob illos, quippe ſuperuacaneum eſt cum lapidibus differere, ſed vt ſermonem finiam, euidenter monſtrabo, quòd, quamuis B etiam ſæpiſſimè ſimili modo aliquid conſpici concèdatur, nullum tamen ex hoc theorema artificioſum conſtituent. Et certè nequaquam opineris me Platonis ratione vti, quòd ſi quod ſtudium (id eſt ἐπιτήδευσις) naturam materiæ, circa quam verſatur, cognoſcit, id ſanè ars eſt. ſi non cognoſcit, τριβὴ, id eſt exercitatio quædam, & experientia; ars autem nequaquam: *Ego enim* (inquit ipſe) *artem haud voco rem, quæ ſine ratione eſt*, hac namque Platonis ratione non vtor, non quia vera non ſit, inſanirem enim, ſi hæc dicerem, ſed quia Empiricorum impudentia etiam hoc admittit; nec ſibi ipſis curæ eſſe dicunt, ſi huius rei gratia ſuum ipſorum ſtudium, non artem, ſed aliud quid appellem. Quæ- C nam igitur erunt meæ rationes? Primùm ergo ab illis ipſis quoque ſumptiones ſunt conceſſæ. Si enim obſeruatio eorum, quæ ſæpiſſimè ſimili modò viſa fuere, ab ipſis, arbitror, Empiria, hoc eſt experientia, appellatur, componitur autem ex multis ſingularibus, ipſum autem ſingulare inartificioſum eſſe dicunt, fuerit ſanè, quòd ſæpiſſimè fit, ex multis inartificioſis compoſitum. Et ita ratiocinatio procedet. Si ſingulare eſt inartificioſum; id verò quòd ſæpiſſimè fit, ex multis ſingularibus eſt compoſitum; igitur id, quod ſæpiſſimè fit, eſt inartificioſum: atqui ſingulare eſt inartificioſum; ergò & id quòd ſæpiſsimè fit. At fortè nec quod dicimus ſe ſcire dicent; quippe ſe tum alias diſciplinas, tum dialecticen fugere concedunt. Si placet, hanc à nobis ipſis dictam rationem omittamus; aliam D verò quampiam eiuſcemodi eos interrogemus. Nunquid ô Empirici, id quod ſæpiſſimè fit, quotieſnam fiat nobis dicere poteſtis? volumus enim, & nos per obſeruationem, ſicuti & vos ipſi ſcire. Vt igitur non aberremus, menſura eius, quod decens eſt, non ſeruata, putantes, vel ante ſufficientem ipſius inſpectionem ad finem venire, vel vltra quàm conueniat, extendi ob menſuræ ignorationẽ, vobis egemus; nobis menſuram

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 344 sur 413

oſtendite, vt & ipſi aliquid ex obſeruatione diſcamus. O ſtulte, inquit ridens, non eſt in ipſis vna omnium menſura, ſed in vno quoque alia. Tu verò non ſecus interrogaſti, ac ſi quis vellet, vt ſutor, quodnam illud ſit calapodium, quo omnes calceat, docere. Neque enim pedum vna eſt menſura, inæquales namque ſunt. Nec hîc etiam ſanè vna rerum eſt menſura; differentes enim ſunt. Ego porrò reſponſionem lubens accipio, atque approbo, multóque magis ei acquieſco, quàm ſi vnam eſſe omnium menſuram promiſiſſet dicere; tunc enim quoque ſuſpicarer, ſi quum res multum inter ſe differant, vnam ipſis menſuram inducere pollicitaretur. Nunc autem, ſi in vnaquaque re proprium quid, ac peculiare oſtenderit, eum veritatem valde aſſecuturum ſperauerim. Quocirca à ſimplicioribus incipiens interrogabo. Si videro aliquem, cui cerebri inuolucrum ſit vulneratum, quotiéſnam exquiſitè ſcire potero, vtrum ipſe ſemper, aut plerumque, aut rarò, aut ambiguè moriturus ſit? At nullus ipſorum, nec ore reſpondens nobis, nec ſcriptis mandans, menſuram docuit. Num ergo non habent aliquid in vnoquoque terminatum? Quòd igitur iam eorum res peſſum eunt, omnibus eſt compertum. Sed conſequens deinceps fuerit, quemadmodum à principio cum ipſis diſputauimus, æquóque animo congreſſi fuimus, adhuc etiam nunc ſingulatim nos conſiderare, vtrum ab illis ignoretur menſura eius quod ſæpiſſimè fit, ipſa verò in rerum natura ſit; an nequaquam conſtitui poſſit, vt aliqua ſit menſura in eo quod ſæpiſſimè fit; an ipſa factura ſit id nunc artificioſum eſſe, quum priùs minimè eſſet artificioſum. Ego igitur ſæpe hoc conſideraui, nec certè ex tempore.

* * * * * * * *

GALENI DE SVBFIGVRATIONE EMPIRICA.

CAPVT I.

De Empiricorum nomenclatura.

OMnes Empiricæ ſectæ cultores cognomen ab Hippocrate ductum retinentes, ab animi affectu denominari maluerunt, quemadmodum, & philoſophi, quos, quòd de ſingulis conſiderent, ſcepticos Græco nomine appellant. Ergo non ſicut cæteri Medici Hippocratici, aut etiã Aſclepiadei, Praxagorei, Eraſiſtratei, ita & ipſi Acronei ab Acrone primo Empiricæ diſciplinæ ſcriptore, vel à Critone, Philiſtione, Serapione cognomenta traxere, qui Acrone quidem iuniores, reliquis autem Empiricis vetuſtiores habentur. Atque hæc quidem quantum ad cognomen attinet, dicta ſint. In Empiricorum verò doctrina ſumma cautio eſt, ne quis vllo pacto ab indicatione quidpiam inueniri opinetur; neque enim veluti Rationales: medicam artem indicatione ſimul, & experimento conſtare putant, ſed experientiæ totam initi, quam ex eorum obſeruatione, quæ ſæpe ſimili modo obtigere, conflari affirmant. Hanc ego tibi Empiricæ ſectæ diſciplinam, quæ qualiſve ſit, ſi modò mentem adhibueris, compendio clariſſimè colligam. Tu verò, quæ deinceps dicturus ſum, tanquam ab Empirico dicta ſuſcipies.

CAPVT II.

Quotuplici experientia Empirici Medici nitantur.

MEdicam artem non ab indicatione, ſed ab experientia tantùm conſtitutam aſſerimus. Experientiam verò appellamus, quam à ſe quiſpiam intuitu ipſo deprehenderit, ſicut indicationem, quam rationis diſcurſu aſſecutus fuerit: vt enim nos ſenſus ad experientiam, ita ratio ad indicationem Dogmaticos inducit. At cognitio, quæ ex intuitu habetur, vel fortuita eſt, vel conſulta. Fortuita appello, quæ ſine humano conſilio, vel caſu, vel natura eueniunt; caſu, vt ſi quis, cui occipitium dolore afficiatur, decíderit, atque inde vena recta frontis inciſa, ſanguinéque effuſo iuuetur; natura, vt ſi febricitanti ſanguis per nares effluxerit, ſtatímque deſinat febris. Conſulta ab intuitu cognitio eſt, vt ſi quis in febre perditè ſitiens, ad bibendam aquam, vel mala punica edenda coactus, febrem euaſerit; vel in monte aliquis à ſerpente ictus, herbam quæcumque ſibi fuerit oblata, vulneri adhiberi placuerit, ſanitatémque inde recuperauerit. Sed imitatione experientia comparatur, vbi quiſpiam imitatur, quod ſemel, aut bis, aut etiam frequenter effectum conſpexerit, non ita tamen frequenter, vt iam ſemper ex alio conſequatur; ſufficit enim vel plerumque, vel vtrouis modo, vel rarò contingere. Eſt alia quoque τριβικὴ, quaſi iam trita experientia, quam ab experimentali diſciplina ducta ſoli artifices vſu exercent. Experimentalem verò diſciplinam vocamus eorũ habitum, quæ ita frequẽter apparuerunt, vt iam inde theoremata ſint comparata, perceperimúſque, nunquid illa ſemper, aut plerumque, aut vtrouis modo, aut rarò euenire ſoleant; tot enim id eſt quatuor, ſunt theorematum differẽtiæ; propterea & theorema vocamus habitum rei, quã ſæpè viderimus quum euentus oppoſiti diſtinctione, vt ſi ſit aliquid, quod ſemper contingit, ſciamus eius oppoſitũ nunquam euenire, quod verò plerumque accidit, illius oppoſitũ, aliquando quidem, ſed rarò contingere. At eius quod vtrouis modo eſt, æqualẽ eſſe oppoſiti euentũ, ſicut illius, quòd rarò accidit, cõtrarium plerumque apparere. Quæ verò huiuſmodi diſtinctionibus perſpecta nõ habuerimus, eorum notitiam confuſam imperfectámque haberi, quæ nullo pacto experimentalis diſciplinę pars appellanda ſit. Atque hanc Menodotus experientiam particularem vocauit, tanquam ex aliis experientiis ſingularibus non conflatã, propterea primã, & ſimpliciſſimam eſſe. Nam ſicut ex plurimis experimẽtis tota conflatur ars, ita ſingula experimẽta ex multis experientiis conficiuntur; quas quot eſſe oporteat, velle determinare, incidere eſt in ambiguã rationẽ, quam quidã Soriticã vocãt, de qua in libro de medicinali experiẽtia copioſè tractauimus. quũ ſuperius experientiã ex αὐτοψίᾳ, i proprio intuitu fieri diximus.

Quantum

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 345 sur 413

Quantum ad nomen attinet, apud antiquos αὐτόπλω quidem sæpè legimus, αὐτοψίαν verò nequaquam. Sed & hic, sicut in aliis multis nomen vsurpantes dicimus intuitorem proprio intuitu magis operari, quàm cognitionem acquirere; quia tamen ex hac intuitionis operatione cognitio quoque consequitur, placuit Empiricis proprium intuitum cognitionem appellare, imò non cognitionem tantùm, sed experientiam quoque nuncupare; quos ego nunc imitatus simili modo proprium rei euidentis intuitum, & cognitionem, & experientiam ex multis intuitionibus comparatam vocabo. Cur verò Empirici obseruationis nomen cum cognitione, & memoria confuderint, non satis compertum habeo. Nam Theutras, quum priùs dixisset, partes medicæ artis ob quas plerumque finem adipiscimur, per experientiam comparari, quæ ex proprio intuitu, ex historia & congruo de re simili ad similem transitu generatur, postea experientiam diffiniens, quæ à propria intuitione nihil differt, ita subiungit. Experientia igitur tota rei euidentis obseruatio appellatur, pro memoria scilicet & cognitione, obseruationis nomine abusus quam & conseruationem vocamus, quæ est actus conseruatoris; neutra verò appellatio secundum loquendi consuetudinem ad memoriam, & cognitionem accommodari potest. At τρίβω, id est *exercitationem* non malè actionem ab ipsa experientia ductam nominarunt, & τριβωνα, id est *exercitatum*, qui huiusmodi actionem frequentat, sicut & ἔμπειρον, id est *expertum*, qui ἐμπειρίας, id est *experientiæ particeps est*. Empirici verò nomen ad artis sectæque suæ inuentores transferre maluerunt, nam & Empiriam non solum vnius theorematis cognitionem, sed totam quoque medicam artem nuncupauerunt: quam ex αὐτοψία, id est *propria intuitione*, ex historia, & congruo de re simili ad similem transitu constare asseruimus, historiam quidem propriè intuitionis enarrationem vocantes, transitum verò de re simili, ad similem iter ad exercitationem, sumpta scilicet similitudine ab iis, quæ iam per experientiam comperta sunt.

CAPVT III.

An rei similis ad similem transitus, artis medicæ pars dicatur.

QVæritur autem, nunquid quemadmodum existimauit Serapion, tertia pars medicæ artis sit de re simili ad similem transitus, quod apertè negauit Menodotus, sed vsui tantùm accommodari voluit: constat autem non idem esse vti, & vt parte vti. Cassius Pyrrhonius illum ab vsu quoque abdicauit, integrúmque de hac ipsa volumen conscripsit. Optimè verò omnium Theutras de re simili ad similem transitum, iter ad exercitationem esse indicauit. Sicut alij instrumenti potius rationem habere voluerunt. Nec peius fortasse historiam, & obseruationem instrumenta magis, quàm medicinæ partes vocabimus; ideo rectè, vt mihi videtur, Theutras ita de illis prodidit. Partes medicinæ, ob quas finem adipiscimur, per experientiam nobis accedunt; fit autem experientia ex propria inspectione, historia, & congruo de re simili ad similem transitu; ab experientia enim medicinæ partes deriuari affirmat; quæ quum omnes inter se differant, in hoc vno tamen conueniunt, quòd omnes communi nomine memoriæ appellantur, propterea rectiùs aliquis experientiam dicet esse memoriam eorum, quæ sæpè, & eodem modo perspecta sunt. Quòd si quis pro memoria obseruationem posuerit, erit experientia obseruatio eorum, quæ sæpè eodem modo perspecta sunt. At si obseruatio operationem significet, vt loquendi vsus obtinuisse videtur, memoria verò sit impressio in anima quiescens, possumus ambas comprehendèdo dicere, experientiam esse obseruationē, & memoriam eorum, quæ sæpè eodem modo perspecta sunt; fortéque præstiterit solam ponere memoriam, quū sub illa obseruatio contineatur, neque enim memorari possumus ea, quæ sæpè eodem modo perspecta sunt, nisi priùs obseruauerimus.

CAPVT IV.

De communibus partibus medicinæ.

HActenus, quantum compendio licet, de experientiæ definitione tractauimus. Theutras autem totam medicinam in tres partes diuisit, indicatoriam, curatoriam, & salubrem; has verò vniuersas acquiri per propriam intuitionem, historiam, & congruum de re simili ad similem transitum, propterea, qui hæc tria proxima medicinæ partes esse voluerunt, non absolutè partes, sed cum additione partes constitutiuas appellauere, vt priora illa partes finales, partium scilicet genus in duas primas differentias dissecando finales, & constitutiuas: si quis tamen nominibus abuti noluerit, non has constitutiuas appellabit partes, sed quasdam medicorum operationes: ille verò animi habitus, quo medicus, vel indicare, vel curare, vel sanitatem custodire potest, meritò pars medicinæ vocabitur. Abutantur igitur nominibus, qui voluerint; nos in partes tres medicinam secabimus, indicatiuam, curatiuam, salubrem. Porrò indicatiuam in dignotionem præsentium, & futurorum prænotionem; sicut curatiuam in chirurgiam, victus rationem, & pharmaciam. Salubrem verò quidam indiuisam seruarunt: quidam in speciem generi cognominem, in salubrem, inquam, & in euecticam, id est boni habitus effectricem; alij addiderunt præseruatiuam, resumptiuam, & gerocomicam, id est senum tutricem. Sunt, qui ex rationis diuisione partes medicinæ venati sint; quum enim sicut Herophilus voluit, medicina sit scientia sanorum, ægrorum, & neutrorum, tria excogitauerunt, quibus singula istorum conueniunt, corpora scilicet, signa, & causas. Nam, sicuti corpora, ita signa, & causas congruè sana, ægra, & neutra nuncupamus. Licebit igitur secundum hanc rationis sectionem, Empiricam quoque disciplinam in suas partes diuidere; non prohibeo tamen, si quis & aliter diuidendam putarit, dummodo nullum artis membrum omittatur; propterea & Theutras in principio libri de partibus, *nihil obstat*, inquit, *si medicinæ partes in indicatiuam, curatiuam, & salubrem secta, & in alia quoque membra secentur*; quo fit, vt minimè mirum sit, si Empiricæ artis alij duas partes, alij tres, quidam quatuor, nonnulli quinque posuerint: fortasse enim eandem omnes rei rationem intuentur, sed vt diuersa concipiunt, ita & diuersa explicare necesse est; quæ verò sit rationis diuisio, paulo inferius declarabitur.

CAPVT V.

De constitutione artis Empiricorum.

COnstitutiuæ igitur medicinæ partes, quę omnium vtilissimæ sunt, clariùs ita pernoscentur. Medicus,

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 346 sur 413

qui ab obſeruatione artem effecit, ſeipſum Empiricum, ſuam facultatem Empiricam nuncupauit; primiſque temporibus, vt credi par eſt, noxia pariter, & innoxia, ſimiliſque modo vtilia, & ſuperuacua obſeruare cœperunt; pòſt, longo rerum vſu multis multa obſeruantibus compertum eſt plurima inutiliter fuiſſe obſeruata; propterea, ſicut in principio propria rerum inſpectio, ita nunc hiſtorica commodiſſima eſt. Nos enim hiſtoria docet iam deprehenſum eſſe colores in multis quidem morbis ſuperuacaneos, in quibuſdam verò non parum intereſſe: nam lippientibus cœruleus, viridis, nigérque color confert, albus & ſplendidus ſummè aduerſatur, reliqui inter vtrumque ambigunt. Eodem modo rubeus color, ſanguinem expuentibus nocet, & ad cæteros morbos ſuperfluus omninò compertus eſt; ſicut & menſa eburneáne ſit, an lignea; ſeu phiala aureáne, vel argentea, vel vitrea; nihil enim horum ſalubre magis, quàm inſalubre appellatur, ſed penitus ſuperuacuum; non ita tamen odorem neutro modo ſe habere ad ſanitatem, vel morbum dixeris: neque enim parum refert appetitiuæ, digeſtiuæque facultati, fœtidáne, an bene olentia offerantur; omninóque capiti nocent, quæcumque odoratoria ſunt, veluti cupreſſus, populus, buxus, nux, præcipuè quæ adhuc virent; ideò nec lectos, aut fores, aut vaſa ex his fieri probamus; fugiendi enim omnes odores ſunt, qui vel caput repleant, vel appetitum euertant; quum natura nos doceat vtilia eligenda eſſe; noxia verò euitanda. Ergo his ita ſe habentibus neceſſe eſt, vt medicus ſalubria, inſalubria, neutráque pernoſcat, nec cauſas tantùm tales eſſe, ſed & corpora, & ſigna. Nihil autem refert, ſeu pernoſcere, ſeu ſcire dicamus; ſicut neque artificem, aut doctorem, artem, vel doctrinam addiſcere; parum etiam intereſt ſi inflammationem, exempli gratia, ægritudinem, vel affectum appellaueris. Symptoma tamen à morbo diſtinguendum eſt, nam ſymptoma ſimplex affectus eſt, & non ex aliis conflata congeries; ſic enim lateris dolor ſymptoma vocatur, tuſsíſque eodem modo, & ſputum, ſeu flauum, ſeu liuidum, ſiue cruentum fuerit, item difficultas anhelitus, & calor præter naturam; quòd verò ex omnibus his conficitur ægritudo appellatur, quæ affectus quoque, & valetudo, & morbus, ſi libet, vocari poteſt; nominibus tamen vtemur, quoad eius fieri poterit, apud Latinos, quàm maximè conſuetis, ſi minus, his ſaltem, de quibus inter nos inuicem conueniat.

CAPVT VI.

De Symptomatum concurſu.

QVantum igitur ad præſentem inſtitutionem attinet, ſymptoma ſatis idoneè nuncupabimus ſimplex aliquod incommodum, quod humano corpori præter naturam acceſſerit, ſicut calorem, tumorem, inflammationem, difficultatem anhelitus, pulſus aſperitatem, dolorem, tuſſim; affectum verò, vel ægritudinem, concurſum, qui ex his ſimul conficitur. Periti enim Empirici non quemcumque ſymptomatum aceruum morbum nominauere, ſed concurſum tantum eorum, quæ ex longa obſeruatione ita ſimul conuenire comperta ſunt, vt pariter incipiant, augeantur, vigeant, declinent, & recedant; quem concurſum, compendij, & perſpicuitatis gratia vno tantùm nomine explicuere, quandoque ab affecto loco nuncupationem ducentes, vt pleuritin, peripneumoniam: quandoque ab aliquo ſymptomate, vt inflammationem, furorem; nonnunquam à ſimilitudine, vt elephantem, cancrum quandoque ab ipſomet concurſu, vt œdema, ſcirrhum. Symptomatum igitur, quæ ſimul incipiunt, augentur, vigent, & deſinunt, cognata vocari poſſunt; quæ verò plerumque conſequuntur, affinia. Quòd ſi eadem in concurſu, tanquam ſigna, conſiderentur, quædam eorum Diagnoſtica, quaſi præſentium declaratoria, vocantur; quædam, quod futura prænuncient, Prognoſtica nuncupantur; quædam, quòd curationem indicent, non malè indicatoria dicentur. Omnes autem concurſus ab obſeruatione prodiere: obſeruatio enim memoriam, memoria experientiam peperit, à qua proximè ars emanat, dum meminimus, quid, cum quo, quid ante quod, quid poſt quod obſeruauimus; atque id quidem, vel ſemper, vel plerumque, vel vtrouis modo, vel rarò; ſemper, vt vulnerato corde mortem ſequi; plerumque, vt ſcammonio ventrem purgari; vtrouis modo, vt percuſſa ſuperiori cerebri membrana interire hominem; rarò, vt vulnerata cerebri ſubſtantia ſalutem comparari. Atque ita ex obſeruatione, & memoria conſtituta arte, neceſſarium eſt proprium à communi diſtinguere; quam nimis ambitioſè quidam Empiricorum diſtinctionem, quidam determinationem appellandam eſſe contendunt: ego enim ſiue hoc, ſiue illo modo dixeris parum intereſſe arbitror, dummodo per euidentes notiones proprium à communi ſeparetur; quidam tamen ita rem præſcribunt, vt diſtinctionis vocabulum ad nominum differentias, determinationem autem ad res ipſas magis conuenire opinentur; ſed nomina, vt rectè Plato conſulebat, ſpernenda ſunt, rationum verò ſoliditas inquirenda. Proprium igitur à communi ita diſtinguetur. In affectuum quidem dignotione, vt ſi cum febri acuta difficultas anhelitus, tuſſis, & coloratum ſputum apparet, & percunctetur à nobis aliquis, cuiúſnam morbi ſit iſte concurſus, reſpondebimus pleuritidis quidem, & peripneumoniæ communem eſſe, neutrius tamè proprium. Quòd ſi addatur dolor lateris punctorius, pulsúſque durus, cum tenſione, hunc morbum planè pleuritidem eſſe affirmabimus: at ſi non dolente latere, nec pulſu duro exiſtente, difficultas ſpirandi adſit, niſi ceruix erigatur, ſítque omninò tanta anhelandi anguſtia, vt propè ſuffocationem accedat, talis concurſus peripneumonia vocabitur: ita ergo in affectuum dignotione commune à proprio diſtinguetur. In prænotione verò hoc modo. Sint nares acutæ, caui oculi, collapſa tempora, atque interroget aliquis, quidnam concurſus portendat? dicemus in proceſſu quidem morbi mediocre malum portendere, in principio verò letum minari. Atque iſta quidem à tempore ægritudinum prima diſtinctio eſt; ab iis autem, quæ præceſſere, conſideratur an æger ventris fluxu laborauerit, vel medicamento purgatus fuerit, ſiue vigiliis, fame, aut alio euacuationis genere attritus. In ſignis verò ad curationem attinentibus commune à proprio ſeparatur. Si quæratur, an pleuritico vena ſecanda ſit? reſpondetur enim nõ cuicumque ſecandam eſſe, ſed illi, cui plethoricus concurſus acciderit, vel qui ſine hoc concurſu robuſtus ſit adoleſcens, atque ne hos quidem omnes; neque enim ſi pleuriticus concurſus in ſene, aut infante fuerit, vena ſecanda eſt, aut in Scythia degat æger inſtante hyeme frigidiſſima, vel ſub ardentiſſimo cœlo in ſummo æſtatis feruore, aut certè ſyncopen pati aſſueuerit: nam nemini iſtorum venam ſecandam ducimus: non hæc tamen ſufficiunt; ſunt enim aliæ quoque determinationes, vt ſi ad clauim dolor incubuerit, potius

venam

venam secamus, si ad hypochondrium declinauerit, A ventrem purgandum eligimus.

CAPVT VII.

Quid differant Empiricorum, & Dogmaticorum rationes.

TAlis igitur determinatio est, quam describentes, dicunt esse orationem, propria à communibus distinguentem. Quidam tamen, vt prædiximus, non determinationem, sed distinctionem appellare maluerunt: nos autem siue determinatio, siue distinctio B vocetur, nihil interesse dicemus, dummodò concursuum Dogmaticorum, & Empiricorum differentia seruetur. Empirici enim euidentibus, Dogmatici verò ratione magis nituntur. Pari modo Dogmatica ratio hoc ab Empirica differt, quòd hæc euidentium rerum, illa occultarum est; quæ vt nomine quoque distinguerentur, rationem quidem Empiricam epilogismum, Dogmaticam verò analogismum vocitauere. Quin & breuissimas rerum declarationes, non definitiones, sed descriptiones Empirici appellauerunt; quum tamen nihil prohiberet rei rationem, quæ ex euidentibus consistit; ita definitionem vocari, sicut & Dogmatici vocant eam, quæ ex C occultis colligitur. Atque hæc quidem est inter vtrosque de nominibus discrepantia, quam & modestè, & arroganter tractari licet; arrogantia tamen plerumque vtuntur Empirici.

CAPVT VIII.

Quibus Empirici, quibus Dogmatici fidem habeant.

IN rebus autem Dogmatici, & Empirici differunt, quemadmodum in principio quoque declarauimus, quod Empirici iis tantum credant, quæ vel sensui pateant, vel memoriæ per sensum mandata sint. Dogmatici verò præter hæc, illis quoque, quæ ex naturali rerum consequutione per rationem acquiri solent.

CAPVT IX.

De Empiricorum demonstratione.

SEd & Empiricus præter descriptiones, & determi- E nationes, quæ à sensibus sumuntur, causas etiam reddit, & demonstrationibus nititur, quas à sensibus mutauit. Si enim exempli gratia, interrogetur, quare crus cum vulnere luxatum non reparatur? Quoniam, inquit, conuulsionem inde sequi obseruatum est; hoc enim maximè cauent, ne quid vnquam ex rationali consequutione, sed ex memoria, & euidenti obseruatione semper affirment. Atque hoc pacto Empiricus artem suam tum conficit, tum docet. In quo maximè à Dogmatico differt, tum quia plurima indeterminatè agit, tum quia plus æquo confidit historiæ, quam ego non vitupero; quum F enim vnius hominis vita ad omnium inuentionem sufficere nequeat, longi temporis obseruationes historia colligit, vt eius beneficio tanquam ex multis tot seculorum hominibus vnus efficiatur eruditissimus. Si igitur ita singula quæque memoriæ mandata forent, vt cum suis distinctionibus clarè ab Empirico percipi possent, nihil vltra quærendum esset, quod ad veritatem artis referret. Sed, quoniam, qui scripserunt partim confuso experimento nimis propensè crediderunt, partim etiam non perspexere, quæ docuerunt, partim dum in rationales demonstrationes incidere verentur, rudes & procul à veritate aberrantes deprehensi sunt, ideo cogimur non ita facilè cuilibet historiæ fidem adhibere, nisi prius experimento probetur, postea ad vsum accommodetur; quod quidem Dogmaticis non contingit, quos Menodotus per contemptum Tribonicos vocat. Antiqui enim τριβωνα appellauere, qui in aliqua facultate longo se vsu exercuerit, vt in ea iam perfectus videri possit. Menodotus igitur deridens, Tribonicos appellat Dogmaticos, quasi qui Tribones appellari non mereantur, quum experientiæ non credant, sed rebus occultis, ignotisque studeant, & historiam contemnant, quam ne legerint quidem. Quoniam verò, & hîc de historia longæ ambages perferuntur, nos de illa quoque summatim tractabimus.

CAPVT X.

De iudicanda, & comprobanda historia.

HIstoriam igitur quidam esse voluerunt enunciationem eorum, quæ visu percepta sunt; alij enunciationem eorum, quæ euidenter apparent; alij enunciationem propriæ intuitionis; cæterùm omnes istæ orationes verbo tenus inter se discrepant, re prorsus nihil differentes, quas dialectici æquipollentes appellant, vbi sub diuersis dictionibus idem videlicet profertur. Illas verò orationes ab his differre dicemus, in quibus aliquid adiicitur, quod sensum immutet, qualis exempli gratia huiusmodi est. Historia est oratio eorum, quæ visu perspecta sunt, D aut sicut perspecta. Ex additione efficitur, vt quædam historia possit esse falsa, quum ex nulla priorum descriptionum quicquam tale sequatur; atque ex eadem additione illud quoque continget, vt historiæ duplex iudicium futurum sit, alterum quo perpenditur, an quædam verè appellanda sit historia; alterum (si verè ita esse concesserimus) an etiam vera debeat appellari. Hoc tamen nomen accipiat vnusquisque, quemadmodum sibi libuerit; nos potiùs doceamus, quo modo historia sit iudicanda, vt postea rectè ad vsum deduci possit: quod idem est, ac si dixerimus, quo modo veritatem, & falsitatem eorum, quæ scripta sunt, distinguere oporteat, & quo modo discernendum, fieri ne an non fieri potuerint: est enim hæc quoque non inutilis differentia, sicut Menodotus asserit. Huic igitur rei toto animo aduertas obsecro, sinens, quicquid libris mandatum est, historiam appellari: id enim ab omnibus ferè medicis vsurpatur. Primum veræ historiæ iudicatorium secundum plerosque Empiricos, est propria intuitio iudicantis: nam quum in aliquo libro scriptum quid inuenerimus, quod nos alias ita esse proprio intuitu perspeximus, veram esse fatemur historiam. Hoc tamen iudicatorium disciplinæ inutile est: neque enim ea nos ex libro discere oportet, quæ antea proprio intuitu cognouerimus. Sed concordantia optimum est historiæ iudicatorium: finge enim me macerem nunquam expertum esse, qui quidem arboris cortex est ab Arabia delatus: hunc omnes quicumque de medica materia scripserunt, aluum constipare affirmant: nunquid illis credendum erit, vel non credendum? ego quidem

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 348 sur 413

credendum assero, quum omnes ita esse conueniant; talis enim conuenientia in sensibilibus omninò admittenda est, nam conuenientiæ, quæ de occultis sunt, rarò tantam habent certitudinem, vt de illis idem omnes prorsus consentiant. Quod si etiam concesserimus id nonnunquam fieri posse, talem tamen conuenientiam non admittet Empiricus. Concordiæ igitur de rebus sensibilibus certæ, & fideles in vita sunt. Nos enim licet nunquam in Cretam, Siciliam, aut Sardiniam nauigauerimus, eas tamen esse insulas credimus, quoniam omnes, qui eas proprio intuitu conspexere, ita esse inter se consentiunt. Ergo, quum pro comperto habeamus de iis, quæ sensu deprehendi possunt, vbi vera sint, conuenire omnes quicunque res historiæ commendarunt, propterea credimus è macere ventrem sisti. Eodem pacto licet nos rha pontici vires proprio intuitu nunquam experti simus, historiæ tamen de eo traditæ, quòd ejectionibus sanguinis conferat, fidem adhibemus. Est alia quoque propositio huic valdè cognata, non quidem epilogistica, sed analogistica potius, & dogmatica, an credendum scribentium concordiæ sit, vbi omnes conueniunt, non quòd ipsi proprio intuitu rem conspexerint, sed quòd singulis eorum probabilis admodum visa fuerit. Sunt enim aliqui non Dogmatici tantùm, sed Empirici quoque, qui credendum esse affirmauerint; nam sine vlla ambiguitate concordia manifestum signum est veritatis; cæterùm id à sequacibus epilogismi, qui est ratio eorum, quæ sensui patent, non ita facilè admittitur. Conuenientiam enim historiæ de his tantum esse volunt, quæ euidenter apparent. Ergo Empiricum veræ historiæ iudicatorium est conuenientia inter eos, qui singula quæque proprio intuitu obseruauere. At concordia, quæ à rei natura producitur, dogmatica est. Sed præter hæc habetur aliud quoque veræ historiæ iudicatorium; mores, inquam, & eruditio auctoris, quæ ab aliis eius monumentis colligi potest. Nam si, exempli gratia, Hippocratem, Andreámque recenseas, illum peritissimum studiosissimúmque veritatis inuenies; hunc rudem, temerarium, prorsúsque ab Hippocratis grauitate alienum. Denique alio quoque instrumetno historia iudicatur, vbi, quæ traduntur, his fuerint similia, quæ priùs proprio intuitu cognouerimus; namque, vbi, exempli gratia, sciuerimus macerem, & rha ponticum adstringendi vires habere, si alia simili modo tradantur adstringentia, facilè credemus ventrem compescere, & sanguinis fluxum sistere.

CAPVT XI.

Quot modis rei similis ad similem transitus fiat.

MEnodotus tamen negauit transitum de re simili ad similem, esse historiæ iudicatorium, sed eius quod fieri potest, si verò secum πεῖρᾶν, id est vsum, & exercitationem assumpserit, tum demum historiam quoque iudicare. Sed de his paulò inferiùs agetur. Transitus igitur de re simili ad similem, si in se ipso consideretur, est iter ad experimentum. Iudicatorium verò possibilitatis ad historiam attinentis, sicut & historia, duplex est. Porrò rationalis transitus ab Empirico differt, quòd rationalis, ab indicantis rei natura innotescat; Empiricus verò ea potius imitetur, quæ sensu præcognita fuerint, non quidem quòd probabile videatur simile à simili generari, aut agere, aut pati; neque enim cuiusplam istorum gratia transitum faciunt, sed quòd experimento cognouerint ita se inuicem habere, quæ sunt similia. De simili autem ad simile transitu, vel in membris, vt de lacerto ad femur, de vlna ad tibiam, de manu ad pedem; vel in morbis, vt de fluore alui ad intestinorum difficultatem; vel in remediis, vt de cotoneo ad mespilum; quæ omnia priùs experimento firmanda sunt, quàm doctrinæ certitudinem faciant. Est quoque Empiricæ artis quandoque non incongruè de oppositio transire ad oppositum, vbi scilicet similia vniuersa in vanum tentata fuerint; quod quidem à Dogmatico omninò alienum est. Transitus ergo de simili ad simile, siue trahatur, siue non trahatur ab historia, πειρᾶται, id est exercitatam experientiam perficit, neque propterea pollicetur, quod exquisitissimè verum est, sed quatenus fieri potest, inuenire profitetur, quod probatorum hominum historiæ maximè congruat; cui quidem etiam ante experientiam credimus, non tamen transitioni de simili ad simile, nisi prius experimento, & vsu comperta fuerit: non parum autem interest, quo modo magis, aut minùs aliquid futurum speremus, singula enim ex ipsa similitudine perpendimus, quæ in rebus longè diuersa obseruatur. Nam; quod figura, colore, mollitie, duritie simile est, non propterea similes exercet actiones; at quæ odore, gustúve assimilantur, in his iam nonnihil habemus, à quo similes functiones non desperemus, præsertim vbi simul odor, & gustus conuenerint. Quòd si postea substantia quoque, figura, & color accesserit, spes prosperi euentus adhuc magis augebitur. Porrò, in iis, quæ gustu similia iudicamus, non statim ab vno tantum sapore similitudo æstimanda est, sicut ab acore, adstrictione, amaritudine, dulcedine, austeritate, acerbitate, salsedine, sed omnem singulorum vim exactè sperare oportet. Aloë enim, & æris squama, vtraque adstringit quidem, sed absonum medicamentosúmque reddit saporem, ideo neutra malo cydonio similis, propterea, neque edendo est. Non est igitur à malo cotoneo, vel mespilo ad illa transeundum, neque in vrinæ, intestinorúmque difficultatibus talia exhibere oportet: vbi verò vlcus ad cicatricem ducendum sit, tunc ad omnia, quæ astringendi vim habent, etiam si viroſa fuerint, tutò transire possumus. Experimento enim compertum est, multa huiusce modi vniendis vlceribus rectè accommodari. In difficultatibus autem intestinorum melius ab eduliis ab edulia transimus; deinde si ad ea, quæ edendo non sunt, transituri simus, eligere oportet, quæ cum adstrictione nullam aliam validiorem qualitatem annexam habeant, præsertim amaritudinem, vel acorem. Huiusmodi enim qualitates omnia vlcera irritare obseruata sunt, etiam si cum adstringendi facultate iungantur. At, quoniam adstrictionis veluti differentiæ quædam sunt austeritas, & acerbitas (adstrictior enim qualitas in acerbis intenditur, sicut in austeris remittitur,) ideò, si de hac qualitate ad illam transitum facias, maiorem inde futuri euentus spem rectè concipies: nam si idem exquisitè fuerit affectus, in quo obseruatum sit cydonium, vel aliquid ita adstringentium profuisse, ad id, quod moderatè adstringit, quale austerum est, tutò transitur. Si verò acerba faciliùs expertus fueris, rectiùs ad acerba permutaberis. Patet igitur, quo modo euentus rei, quæ fieri potest, in similium transitu spes æqualis non sit, sed ea regula spes mensuranda est, qua similitudo maior, vel minor cognoscitur. Quod verò à probatissimo viro ad alui fluorem, exempli gratia, laudabitur, id

eis

sis perquam simile videri poterit, quæ experimento deprehensa sunt, vt & ante exercitatam experientiam aliquis illi fortasse tutò confidat. At quod neque historia, neque similitudo probauerit, illi meritò diffidendum. Quod autem de medicamentis diximus, idem omninò, & de affectibus, & de membris indicare oportebit. In transitu enim de affectu ad affectum, vel de membro ad membrum, eodem modo spes augenda, vel minuenda est, prout similitudo alterius ad alterum maior, vel minor erit.

CAPVT XII.

Quibus historiis maior fides adhibenda, ac de quinque historiis, quibus viperas Elephantiasi oppressis succurrere creditum est.

QVantum verò ad historiæ iudicium attinet, maioris, & minoris ratio tanti refert, vt huic quidem planè iam fides adhibenda sit, illud vix tanquam probabile admittendum. Quod enim à quamplurimis probatissimis viris consonè proditum fuerit, postea non rarò à nobis ita sese compertum, ac præterea verisimile sit, neque discrepans ab iis, quæ experimento cognouerimus, id profectò est, cui proculdubio credere non minùs, ac experimento, debeamus. At illud minus fore sperabimus, quod probatissimi quidem viri quamplurimi affirmauerunt, nunquam tamen à nobis visum, neque adeo verisimile fuerit. Multò verò adhuc minus illi credendum, quod pauci admodum asseruerint, quódque vix semel, aut iterum visum fuerit. Sanè illud commodissimum exemplum est, quod nunc mihi dicendum succurrit. Erat apud nos in Asia in pago quodam, elephantiasi vir laborans, qui primo quidem reliquis conuiuebat, ac cum familiaribus versabatur: vbi verò nonnulli ex consuetudine contagio maculari cœperunt, ipséque iam fœtore, & horribili specie detestandus erat, in edito loco prope pagum iuxta aquæ riuulum pagani tabernaculum ægro habitandum struxere, cui deinceps diarium alimentum submini strarent. Proxima æstate circa Canis ortum, colonis vicinam metentibus segetem, minister, odorati vini lagenam quam attulerat, prope agri marginem dimittens abiit. Coloni labore functi quum ad pocula accessissent, ac quidam eorum adolescens vinum in craterem funderet, ecce exanimata vipera simul collapsa, bibituros non minùs abominatione, quàm metu consternauit; ac ipsi quidem aquam potantes, vinum ægrotanti attulerunt, humanè se acturos existimantes, si tantam viri calamitatem morte redimerent, quam ex eo veneni hausto planè futuram arbitrabantur: at ille nouo quodam, profúsque admirando euentu, ab hoc ipso potu sanatus est; excidit enim tota cutis dura, & veluti lapidosa, non secus, ac si cancris, locustísve, aut cæteris huiusmodi crustaceis animalibus testam, qua conteguntur, abscideris. Nec dissimile in Mysia Asiæ non procul à nostro municipio contingit. Vir erat prædiues elephantiacus, hic ancillam suam formosam deperibat; contra, illa fœdum hominem odio habebat, aliísque amantibus clandestinè miscebatur; cuius doli consciis duabus ancillis contubernalibus vtebatur, altera penui præerat, altera cellæ vinariæ. Accesserat æger, inde sibi promissa salutis spe, ad quosdam calidarum aquarum fontes, vbi multa viperarum vis ob squallorem atri ditatémque loci scatebat. In vini lagenam parum diligenter seruatam vipera irrepsit, quam quum suffocata deprehendisset ancilla, rata fore vt odiosus dominus eo veneno facilè interiret, cœnanti alacriter obtulit, euenerèque omnino eadem, quæ paulo supra de pagano retulimus. Atque hæc quidem sunt experientiæ monumenta, quæ casus attulit: nunc verò tertium adiungam, quod imitatio effecit. Philosopho cuidam multos antea annos, hac ipsa ægritudine efflictim laboranti, vt iam illi mors vitæ præferenda videretur, geminos hosce euentus quum fortè recitauissem, idem ipse etiam experiri cogitauit, ad quod obeundum augurio quoque confirmatus (erat enim augurandi peritus) protinus vinum ita medicatum, quod parari iusserat, intrepidè hausit; nec multò inde postea ex elephantiasi ad lepram deuenit. Quartus etiam præter hos omnes viperarum venator, dum primis adhuc huius morbi incommodis teneretur, me de salute consuluit, quem ego admonui, viperas, quas venaretur, frustatim incisas, & anguillarum more decoctas esitaret, atque ita per halitum ægritudo discussa est. Alium præterea diuitem virum non nostratem, sed è media Thracia Pergamum, somnio ita consulente ac iubente, profectum Æsculapius admonuit, vt medicamentum è viperis confectum quotidie potaret, atque exterius corpus illineret; ac multò postea transiuit in lepram, deinde hac medicina, quam Deus docuerat, exquisitè sanatus est. Tot igitur experimentis commoti, tandem Dei quoque admonitu confirmati, certam spem concepimus sanandi elephantiasin medicina viperis confecta, quam theriacam appellant, nec minus sale theriaco, quod iam vulgo confici cœpit viuis viperis cum quibusdam aliis medicamentis in fictili nouo combustis. Sed & viperas edendas præcipimus, capitibus, caudísque earum primò abscissis, deinde in pastillos confectas, non tamen confestim ad hæc remedia proficiscimur, sed priùs corpus exquisitè purgamus; nec rarò venam secamus, si robur, & ætas tulerint; vere autem id potissimum fieri ad plerosque diuturnos affectus commune est. Tot igitur à nobis enarrata sunt, vt ostenderemus multa casu inueniri, & imitatione confirmari; obtulit enim fortuna, vt non incommoda tantùm, sed commoda quoque ex quibus ars confici posset, conspicaremur.

CAPVT XIII.

Quis deberet esse verus Empiricus, ac quid differant Serapion, Menodotus, Heraclides, & Theutras Empirici.

NEc longiori sermone opus habemus ad Empiricæ disciplinæ formulam exprimendam, licet longè plura addiderint ij, qui huiusce sectæ principatum vsurpauere, atque ita se habere manifestissimè declarabo. Proponatur, vt passim proponi solet, quisnam medicinæ sit finis: aio Empiricum, qui propriæ disciplinæ modum exquisitè seruauerit, ita responsurum; intelligo, quæcumque præter naturam corpori humano acciderint, velle curare, quódque intelligo, non verbis, sed actionibus comprobare; an verò, quod acquirere studeo, integritas, vel sanitas appellari debeat, vel acqui-

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 350 sur 413

ſitio ſanitatis, vel integritas, vel ſanari, vel integritatem adipiſci, ſiue quod ſecundum naturam eſt regere, & cuſtodire, nihil apud me refert, dummodò, quod polliceor, opere ipſo confirmem; cætera ſophiſtis facilè permitto; neque enim mihi in muneribus artis occupatiſſimo tantum otij ſupereſt, vt nugis ſuperuacuis, fabuliſque ſerendis bonas horas amittam. Talem ego reſponſionem à verò Empirico fore ſperauerim: nam, ſi de fine medicinæ diſſenſiones conciliare tentauerit, in dialecticas ſpeculationes impingetur, quas cuitari oportere affirmat: id autem in eo libello diffuſiùs explicauimus, qui de fine medicinæ inſcribitur. Sed nec idem cauſas vllas indagabit, quod Serapio, & Menodotus fecere; artem enim ſuam non rationibus, ſed operibus comprobat, omninóque dialecticam euitabit, ſine qua neque cauſæ concluſiones, neque ſyllogiſticæ orationes intelligi poſſunt; imò, & ſcire diſſimulabit, an aliquæ ſint diſſenſiones; ſpernet etiam rationes diluere, quæ euidentia impugnare videntur, haud ignarus ſophiſticas apparentias ab ipſis quoque dialecticis, non tam facilè ſolui; præterea ſermonis multitudinem longitudinémque aſpernabitur, ſed pauca, & rarò loquetur, quemadmodum Pyrrhon Scepticus facere ſolebat; hic enim deſperata veritatis inuentione, quam diu fruſtra quæſierat, in ſingulis hæſitabat, nec amplius agendorum rationem quærebat, ſed euidentia ſectabatur, vt qualis in omnibus vitæ muneribus Scepticus, talis in medicina Empiricus ſit, minimè ſuperbus, aut ambitioſus, neque gloriæ inhians, non compoſitè ambulans, neque fucatis geſtibus, ſed interiùs exteriúſque totus integer, qualem Timon ait fuiſſe Pyrrhonem. Non minùs autem hunc admirabuntur homines, quàm Hippocratem, ſi operibus magnum ſe in arte præſtabit, melius, quàm reliqui faciant, luxata emendans, & quæ luxationi parata ſunt, in validiorem ſtatum permutans, vulnera, & fracturas, & vlcera, & quæ alij curare non poterant, ipſe facilè ſanans, nec minùs, quæ ægro euentura ſunt, ante euentum præfatus, & quæ iam euenerint, adſúntve, ita eueniſſe, vel adeſſe ſine præcunctatione, aut relatione coram aſtantibus explicet. His enim officiis Hippocrates omnium poſteriorum iudicio Æſculapij gloriam adeptus eſt, non quidem triplicis ſermonis ambages explicans, ſicut Serapion, neque tripodem iactans, veluti Glaucias, aut decem mille verſuum libros ſtruens, qui deinde in alios libros diſſecentur; non ille canina iracundia medicos improbè inceſſit, modò δριμυλέοντας, quaſi leones acres, modò δριμυμώρους, quaſi acres fatuos appellando, tum medicos, tum philoſophos omnes, qui ratione niterentur, quod impudentiſſimè fecit Menodotus. Verum, quòd in Empirica diſciplina Menodotus reprehenſione non caruerit, quódque in his, quæ aduerſus Dogmaticos oblatrauit, furioſæ temeritatis ſit accuſandus, licet tibi ex commentario intelligere, quod contra eius deliramenta in Seuerum conſcripſi; nec minùs eiuſdem furor apparet, vbi Aſclepiadi contradicit, aſſerens ſe exquiſitiſſimè ſcire omnia, Aſclepiadis documenta eſſe falſa, quamuis in eiſdem ſuis commentariis ſexcenties affirmauerit ſe obſcura minimè reprehenſurum, veluti, quæ tam vera, quàm falſa eſſe poſſint; putat ſe tamen Aſclepiadem prorſus confeciſſe, neceſſitatémque ſuis aſſertionibus inculcat, vbi plurima ſunt contingentia. At Pyrrhon, quem ipſe probat, non erat huiuſmodi, ſed humanus admodum, pacatiſſimóque animo ſibi conſtans, nihil interim loquens, niſi vbi occaſio poſtularet; quod olim modeſtum quendam Empiricum feciſſe noui, qui operibus, & non vano verborum ambitu gloriam ſibi comparabat. Erat hic quandoque pollicitus ſe magnam quandam ægritudinem, tum chirurgia, tum medicamentis curaturum, quúmque iam ad ſecandum pararetur, interuenit alius furens medicus, qui multa rationum mole oſtendere nitebatur hominem ſecari non oportere; tam ille ſe vnico verbo à ſophiſtæ moleſtiis explicaturus, Ego interim, inquit, recedo, dum vos deliberatis, vtri magis credere oporteat, mihíne, quem dudum in artis operibus experiendo cognouiſtis, an huic, qui vos nuper tot verbis aggreſſus eſt; erit enim vobis libera optio eligendi, qui magis placuerit; ac cum dicto receſſit, nec multò poſtea ſophiſta ſubſequutus eſt; illius enim neglectis deliramentis, neceſſarij priorem reuocauerunt, qui operibus artem oſtendebat. Nedum enim ſophiſta ille, ſed nec Demoſthenes quidem omnium facundiſſimus perſuadere poſſet vnquam hominibus, vt corporis ſui curam non illis potius committerent, quorum peritiam ex operibus cognouiſſent. Attamen aduerſus maximum huius artis exornatorem Hippocratem temerarius Serapion tanquam nouus Æſculapius oblatrare auſus eſt tanta impudentia, vt eius commentarios paſſim videas propriis laudibus refertiſſimos; antiquos autem viros probatiſsimos, quorum monumenta totam artem illuſtrauere, præterit omnes, nec dignos putat, qui vel minima quidem laude exornandi ſint. Ego verò tantum abſum, vt credam contradictiones, & rationes iſtas, quibus ambiguitates ſoluuntur, Empiricæ ſectæ conuenire, vt arbitrer ſumma reprehenſione dignos eſſe, qui talia conſectati ſunt; neque enim, ſi ſibi in ea ſecta conſtare voluerint, ad artium conſtitutionem putabunt aliud eſſe neceſſarium, quàm ſenſum rerum euidentium, & memoriam; nihilo minùs rectè admittunt vim quandam in nobis eſſe, qua eorum, quæ apprehendimus, conſonantiam, & repugnantiam diſcernamus. Sed non propterea Heraclides Tarentinus rectè putauit hanc priùs exercendam, atque arte acuendam; ſufficiunt enim primordia illa, & veluti lumina, quibus humanum ingenium à primo ſtatim ortu natura illuſtrauit. Videtur enim Heraclides in ea dudum exercitatus, in operibus tamen artis Hippocrate fuiſſe longè deterior; ſicut etiam Menodotus fuit; qui præter ſenſum, & memoriam aliud tertium introducit, quod epilogiſmum vocauit; atque interdum omiſſo ſenſu memoriam tantum poſuit, & epilogiſmum; quemadmodum ego in examinatione eorum, quæ contra Seuerum ſcripſi, diffuſiùs explicaui. Quæ verò profitetur ipſe argumenta ad alios redarguendos Empiricos non inepti tantum hominis ſunt, ſed etiam rudis; neque enim ad Empiricos attinet ſophiſmata ſoluere, ſed ad Ariſtotelem, & Chryſippum, reliquóſque, qui in diſſerendi arte verſati fuerint. At quòd principio illi nobis inſito

conſo

consonantiam rerum & discrepantiam, iudicandi experientiam conuenire oporteat, Theutras ita minutim ostendit, vt in quibusdam sit etiam superuacuus; quemadmodum ego in commentariis super eius introductorio exquisitè declaraui. Hic igitur à me libellus, nunc propterea scriptus est, vt ostenderem posse aliquem Empiricè medendi artem constituere, dimissa omninò inquisitione de rei substantia; Asclepiadi verò, qui falsò probare nititur Empiricam sectam nullo statu firmari posse, aliàs longa oratione occurri. Quantum autem vnicuique arti constituendæ conferat, si experientia rationi adiungatur ostensum est à me in libris therapeuticæ methodi: in libro etiam, quem de ratione communi inscripsi, declaraui vnam esse rationem, quæ vniuersis hominibus insita sit: vbi ostendi omnia, quæ cognoscimus, vel sensu deprehensa esse, vel ratione quadam, quæ nobis ingenita est, iudicandi conuenientiam rerum, & repugnantiam, talémque esse conuenientiæ notionem, vt quædam sit necessaria, quam omnes euidentissimè intelligunt, qui natura ingenioſi sint, & prudentes: quædam contingentia tantum, & nulli necessitati obnoxia: erraréque hoc loco plurimos homines, qui distinguere nesciant contingens à necessario, vnde etiam Dogmaticorum discrepantia emersit. Hunc errorem si nos legitimè caueri-
mus, plura quidem erunt, quæ ignorabimus propter immensam difficultatem; in multis tamen, quæ modestè profitebimur, ita simul conueniemus, sicut geometræ, & arithmetici faciunt. Neque enim ob alium, quàm hunc ipsum errorem etiam Empirici medici maximè inter se discrepant, vt in commentariis ostendi, quæ de illorum edidi discrepantia.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 352 sur 413

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΙΗΤΡΟΥ.

HIPPOCRATIS DE MEDICO LIBER.

ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΟΝ ΒΙΒΛΙΟΥ.

Ιητρὸν τῇ ἐπιτηδείᾳ τῆ σώματός τε καὶ τῆς ψυχῆς ἐπιμελείᾳ φανερὸν ποιεῖ· ἰητρεῖον τῷ ἰητρῷ τε, καὶ τῷ τόπῳ, καὶ τῷ φωτὶ, καὶ τοῖς ὀργανοις, καὶ τοῖς φαρμάκοις, χειρουργίαις τε καὶ σικύαις, καὶ ἐχασμῷ, καὶ φλεβοτομίᾳ, καὶ τῇ τῶν βελέων ἐξαιρέσι, καὶ ἕλκεσι, καὶ φύμασι καταστηρίζει.

ARGVMENTVM LIBRI.

Medicum idoneo tum corporis, tum animi cultu illustrat; Medicam officinam Medico; loco; luce; instrumentis; medicamentis; operationibus, cucurbitularum admotione, scarificatione, phlebotomia, telorum extractione: vlceribus, & tuberculis extruit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Πῶς τ' ἰητρὸν ψυχῆ τε καὶ τὸ σῶμα διακεῖσθαι δεῖ.

CAPVT I.

Qui cultus tum animæ, tum corporis Medicum deceat?

Ὁ μὲν γράμμα ὀρθὸν ἰητρὸν ποιέσαι, καὶ παράγγελμα, πῶς χρὴ καταστηρίζειν ἰητρεῖον. ἰητρὸν μὲν εἶναι) ποιέσαιμι, ὁρῆν δίκαιός τε καὶ δίκαιος ἔσται πρὸς τὴν ὑπάρχουσαν αὐτῷ φύσιν. ἀξιοῦται γὰρ ὑπὸ τῶν πολλῶν οἱ μὴ δι' ἀμαχείρωτον τὸ σῶμα οὕτως, ὡς οὐδ' ἂν ἑτέρων ἐπιμεληθῶσι καλῶς. ἔπειτα χρὴ αὐτὸν καθαρεύειν, ὡς ἔχῃ ἐσθῆτι χρηστῇ, καὶ χρίσμασιν εὐόδμοις, ὀσμὴν ἔχουσιν αὐτοπρόσωπος πρὸς ἄπαντα. τῦτο γὰρ ἡδέως ἔχειν ξυμβαίνει τοὺς νοσέοντας. δεῖ δὲ τῦτον σκοπεῖν πάντα· πρὸς τὴν ψυχὴν σώφρονα, μὴ μόνον τὸ σιγᾶν· ἀλλὰ καὶ περὶ τὸν βίον πάντα εὔτακτον. μέγιστα γὰρ ἔχει πρὸς δόξαν ἀγαθήν. τὸ δὲ ἦθος εἶναι) καλὸν καὶ ἀγαθὸν. τοιοῦτον δ' ὄντα πᾶσι καὶ σεμνὸν καὶ φιλάνθρωπον. τὸ γὰρ αἰσχροκερδὲς, καὶ τὸ πρόχειρον, καταφρονᾶται, κἀν πάνυ χρήσιμον ᾖ. σκοπὸν δὲ δεῖ τὸν ὄχλον. τὰ γὰρ αὐτὰ πᾶσιν οὐκ ἐπιτήδεια ἔχουσιν, ἀγαπᾶται. χρίμασι δὲ, ἀπὸ μὲν προσώπου, σώζεσθαι μὴ πιχρῶς· ἀνθρώδης γὰρ ὀσμὴ εἶναι) καὶ μισόθεος. ὁ δὲ εἰς γλῶτταν ἀνιείμενος, καὶ λίαν ἰλαρὸς, φορτικὸς καταλαμβάνεται. φυλακτέον δὲ τὸ τοιοῦτον, οὐχ ἥκιστα· ὀσφραντὸν δὲ πρὸς πᾶσιν ἐμπαίειν εἶναι). χρὴ γὰρ πολλὰ ὑπαγορεύειν ὀσφραινόμενον.

HOc scriptum Medici moderatio est, ac præceptū quomodo officinam Medicā extruere oporteat. Medici equidem præscriptum esto, vt & aspectu probè coloratus, & quoad eius natura fert, carnosus sit. Nam à plerisque existimantur qui ita corpore haud dispositi sunt, non aliorum fœliciter curam gerere. Deinde in exteriori cultu mūdus esto, vt cōmoda induatur veste, & vnguē- B tis bene olentibus nō suspectum odorē ad omnia habētibus vtatur. Id enim suauiter habere ægrotantes contingit. Eū quoque hæc spectare oportet vt animo modesto sit, non taciturnitate solum, verum etiam vita omnino probè compositus. Nam magnopere ad auctoritatē opinionémque comparandam conducunt quæ proba sunt. Moribus autem honestis probísque sit, quúmque talis fuerit, omnibus grauis, ac humanus. Procliuitas enim ac promptitudo quamuis admodū sint vtilia, cōtemnantur. In auctoritate scopū habeat; nā eadē apud eosdē rara habita diliguntur; figurā faciei gerat cogitabūdā nō acerbè; superbus. n. & inhuman⁹ esse videretur. Qui verò in risū effusus est ac nimiū hilaris, molestus habetur. Id eiusmodi in primis vitādū est. Iustus autē esto in omni cōsuetudine vitę. Iustitiā. n. multū auxiliari oportet.

Cum

Cum medico verò non parua sunt ægris commercia. Nam seipsos Medicis obtemperantes efficiunt; ijque quauis hora inter mulieres, virgines, resque maximi pretij versantur. Continenter igitur ad hæc omnia se habere oportet. Animo igitur, & corpore sic affectus esto.

CAPVT II.

In Medici officina, locus idoneum, lux commoda, ægri sella, instrumenta chirurgica & medicamenta sint.

QVæ verò ad artem medicam præcepta pertinent, quibus artifex esse potest, ab initio animaduertendum, vnde etiam discere homo exordiatur. Quæ ergo in officina Medica curantur, ea propemodum discentium sunt. Ac primum quidem locum domus habere oportet, is autem erit si in eum neque ventus accedens obturbat, neque sol, aut splendor infestet. Lux autem splendida medentibus molesta non est, non similiter ægrotantibus. Prorsus igitur huiusmodi splendor vitandus est, per quem oculos ægrotare contingit. Lux ergo talis præcepta est. Id autem addo, vt nequaquam faciem splendori aduersam habeat, visum namque imbecillitate affectum oblædit. Omnis enim causa debiles oculos turbare valet. Luce itaque hoc modo vtendum est. Sellæ autem quoad eius fieri potest, altitudine sint æquales, vt in ipsis *ægri collocentur*. Æramento præter instrumenta nullo vtatur; ornamentum enim quoddam molestum esse mihi videtur, talibus vasis vti. Aquam autem iis qui curantur potabilem & puram exhibere oportet. Detersoriis verò mundis ac mollibus vtendum est, ad oculos quidem lintеis, ad vulnera verò, spongiis. Hæc enim per se probè auxiliari videntur. Instrumenta autem omnia ad vsum apta esse oportet magnitudine, pondere, ac tenuitate. Quæ verò adhibentur, omnia quidem vt conferant inspiciendum est, maximè verò si ægrotæ parti plurimùm adhærere debeant. Hæc autem sunt vincula, & medicamenta, & ad vlcus lintea, & cataplasmata; hæc enim diutissimè circa partes laborantes sunt. At quæ postea consequitur horum ablatio, & refrigeratio, & expurgatio, & aquarum affusio exigui cuiusdam sunt temporis. Et quid, vbi opus est, & magis, & minus faciendum sit, considerandum. Horum enim vtrorumque vsus tempestiuus cum his quæ non fiunt magnam habet differentiam.

CAPVT III.

De deligatione, sectione celeri ac tarda, de sectionum gladiolis acutis, ac latis, ac de eorum vsu.

AT propria deligatio Medicinæ est, à qua qui curat iuuatur. Maximè autem iuuant hæc duo, quibus vtendum est, comprimere vbi oportet, & remissè deligare. Ad anni autem tempestates animaduertendum, quando contegere oporteat, & non; vt ne vacillet ignarus, vtro horum alicubi vtendum sit. Concinnas autem deligationes, & ad spectaculum comparatas nihil iuuantes repudiato. Molestum enim id & prorsus arrogantis, ac plerumque ei, qui curatur damnum allaturum. Quærit autem ægrotus non ornatum, sed

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Εν τῳ ἰητρείῳ τόπος ὁ ὁπιτηδέιος, ὃ φῶς προσφορέιν, οἱ τῷ νοσέοντος διφροὶ, τὰ ὄργανα χειρουργικὰ καὶ μαλάγματα.

ΤΑ δ' εἰς τὸ ἰητρεικὸν τέγος πρόσφορα μάλιστα, δι' ὧν ὅστις ἐστὶ τεχνικὸν, ἀπ' ἀρχῆς σκοπτέον, ἀφ' ὧν καὶ μανθάνειν ἄρξαιτο. τὰ τοίνυν ἐν ἰητρείῳ θεραπεύοντα, σχεδὸν μανθανόντων ὅστιν. δεῖ καὶ πρῶτον μὲν τόπον ἔχειν τὸ οἰκίης. ἔσται δὲ τοῦτο, ἐὰν μήτε πνεῦμα εἰς αὐτὸν προσφερόμενον ἐνοχλῇ, μήθ' ἥλιος, ἢ αὐγὴ λυπέῃ. φῶς δ' τηλαυγὲς, τοῖς μὲν θεραπευομένοις ἄλυπον. οὐχ ὁμοίως δ' τοῖς θεραπευομένοις ὑπερλάμπτως μὲν οὖν τοιαύτῃ τῇ αὐγῇ μάλιστα φθονητέον, δι' ἣν ξυμβαίνει τοὺς ὀφθαλμοὺς νοσέειν. ὃ μὲν οὖν φῶς, τοιοῦτον εἶναι προσήκει λέγειν· τοῦτο δὲ, ὅπως μηδαμῶς ἐναντίως ἕξει τῷ προσώπῳ τοῖς αὐγαῖς. προσοπτικὸν γὰρ τὸ ὄψιν ἀσθενέος ἐρευσθμὸν πᾶσα δ' ἰσχνὴ προσφασις, ἀσθενέοντας ὀφθαλμοὺς ὀπιπαράξαι. τῷ μὲν οὖν φωτὶ, τόν τε ὄπιθεν χρηστέον ὅστιν. τοὺς δὲ δίφρους ὁμάλους εἶναι τοῖς ὑψηλοῖσιν ὅπως μάλιστα, ὅπως κατ' αὐγὰς ὦσιν. χαλκώματα δὲ, πλὴν τῶν ὀργάνων, μηδενὶ χρᾶσθω. καλλωπισμὸς γάρ τις εἶναι μοι δοκεῖ φορτικὸς, σκεύεσι τοιούτοισι χρῆσθαι. ὃ δὲ ὕδωρ παρέχειν δεῖ πότιμον τοῖς θεραπευομένοις, καὶ καθαρόν. τοῖς δὲ ἀπομάγμασιν καθαρεῖς, καὶ μαλθακοῖς χρῆσθαι. πρὸς μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὀθονίοις· πρὸς δὲ τὰ τραύματα, σπόγγοις· αὐτόματα γὰρ ταῦτα βοηθεῖν δοκεῖ καλῶς. τὰ δ' ὄργανα πάντα, ὑπάρχειν πρὸς τὴν χρείαν ὑπάρχειν δεῖ τῷ μεγέθει, καὶ βάρει, καὶ λεπτότητι. τὰ δὲ προσφερόμενα ἅπαντα μὲν χρὴ σκοπεῖν, ὅπως σκοπῆσαι. μάλιστα δὲ πλέον εἰ ὁμιλεῖν μέλλει τῷ νοσοῦντι μέρει. ταῦτα δ' ἐστὶν ὁπόσα δέσματα, καὶ φάρμακα· καὶ τὰ περὶ τὸ ἕλκος ὀθόνια, καὶ τὰ καταπλάσματα. πλέον γὰρ χρόνον ταῦτα περὶ τοὺς νοσέοντας ἔστι τόπους. ἢ δὲ μὴ ταῦτα, ἀφαίρεσις τούτων· αὐά ψυξίς τε καὶ περικάθαρσις· καὶ τῶν ὑδάτων κατάπλησις, ὀλίγου χρόνου ἔστι χρόνου. καὶ ἃ ποιῆσαι ὅπου χρὴ, μᾶλλόν τε καὶ ἧσσον ἐσκέφθαι δεῖ, τούτων γὰρ ἀμφοτέρων ἡ χρῆσις δύναμές τε, καὶ μὴ ἀνωμάλων, μεγάλην ἔχει διαφορήν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Περὶ τῆς ὁπιδέσεως, καὶ καύσιος, καὶ τομῆς ταχείας τε, καὶ βραδείας, καὶ περὶ μαχαιρίων τῶν ὀξέων τε καὶ πλατέων, καὶ τῆς αὐτῶν χρείας.

ΕΣτι δὲ οἰκείη ὁπιδέσις τῆς ἰατρεικῆς, ἀφ' ἧς ὠφελῆσθαι τὸν θεραπεύοντα· μέγιστα δὲ ὠφελεῖ δύο ταῦτα, οἷς ὅστις χρηστέον, πιέσαι ὅκου δεῖ, καὶ αὐτάμωτος ὁπιδῆσαι. πρὸς δὲ τοὺς χρόνους τῆς ὥρης, πότε δεῖ σκεπαστικῶς, καὶ μὴ, σκοπεῖν, ὅκως μηδὲ ἀσθενῆ, λεληθὼς ποτέρῳ τούτων ἐπιχρήσεται χρηστέον. ῥυθμοὺς δὲ ὁπιδέσιος, καὶ τροπικὰς, μηδὲν ὠφελούσας, ἀπομιμώσκειν. φορτικὸν γὰρ τὸ τοιοῦτον, καὶ πρωτελῶς ἀλαζονικόν. πολλάκις τε βλάβην οἶδεν τῷ θεραπευομένῳ. ζητεῖ τε ὁ νοσέων, οὐ κάλλωπισμὸν, ἀλλὰ τὸ

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 354 sur 413

συμφέρον. ὅπῃ ὁ τ̃ χειρουργικῶν, ὅσαι διὰ τομῆς εἰσιν, ἢ καύσεως ὃ ταχέως, ἢ βραδέως ὁμοίως ἐπαινητέον. χρῆσις γὰρ ὀξυτέρων. ἐν οἷς μὲν γὰρ ὀξυτέρᾳ διὰ μιᾶς τομῆς ἡ χειρουργία, χρὴ ποιέεσθαι τὴν ταχυτέρην τ̃ διαιρέσιν. ἐπεὶ γὰρ συμβαίνει τοῖς τεμνομένοις πονέειν μὲν ὃ λυπέον, ὡς ἐλαχίστου χρόνου δεῖ παρεῖναι. τὸ δὲ ἕως, ἐν ταχείῃ τ̃ τομῆς γινομένης. ὅπου ὁ πολλὰς ἀναγκαῖον γίνεσθαι τὰς τομάς, βραδείῃ χρηστέον τῇ χειρουργίᾳ. ὁ μὲν γὰρ ταχὺς, ξυνεχῆ ποιέει τ̃ πόνον, καὶ οὐ παυόμενον. ὁ δὲ ἀβραλιπτῶν, ἀναπαυσιν ἔχει τινὰ τούτων τοῖς θεραπευομένοις. ὃ δ' αὖ ὅπῃ τῶν ὀργάνων λέγοιτ' ἄν. τοῖς μὲν μαχαιρείοις, ὀξέσι δεῖν χρῆσθαι καὶ πλατέσιν, οὐκ ὅπῃ πάντων ὁμοίως ἁπτέον. μέρη γάρ τινά ἐστιν τ̃ σώματος, ἃ οὐ ταχέως μὲν ἔχει τ̃ ῥύσιν τ̃ αἵματος, καὶ ταμεῖν ἐστιν εὐρηίδιον. τοιαῦτα δέ ἐστιν, οἵ τε κίρσοι, καὶ τινες φλέβες. τὰς μὲν τομὰς χρὴ εἶναι τ̃ πιεστέων στενάς. εὐχερὲς γὰρ τὴν τε ῥύσιν ἐλαφρὰν καταχορῆ. ξυμφέρει δέ ποτε καὶ ἀπὸ τ̃ πιεστέων, αἵματος ἀφαίρεσιν ποιέεσθαι. τοῖσι δὲ τοῖς ἀκινδύνοις τόποις, καὶ ὅπῃ μὴ λεπτόν ἐστι τὸ αἷμα, πλατυτέρῃσι χρῆσθαι τοῖς μαχαιρείοισι, τὸ γὰρ αἷμα, προρρύσιτ' ἄν· ἀλλως δὲ, εὐδαιμόνως. πολὺ δ' ἔστιν αἰσχρῶς μὴ ξυμβαίνειν ἀπὸ τ̃ χειρουργίης ὅτι θέλῃ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Περὶ σικυῶν τε καὶ σφαγμοῦ, καὶ φλεβοτομίας.

Σικυαι δὲ δύο τρόποι εἰσὶ χρησίμους. ὅτε μὲν γὰρ ῥοῦμα ξυνεχὲς πόρρω τ̃ ἐπιφαινομένης σαρκὸς, τ̃ μὲν κύκλον αὐτῆς εἶναι δεῖ βραχύν. αὐτὴν ὁ μὴ ταπρώδη, ὅσον μήκη τ̃ ἄκρης μέρος, μὴ βαθέαν· τοιαύτην γὰρ ἥδιστον, ἕλκειν ἐς ἰσχὺν ξυμβαίνειν, καὶ τοὺς ἀφεστῶτας ἰχῶρας καλῶς αἱρεῖσθαι ὑπὸ τ̃ σαρκός. τὴν δὲ πολὺ πλείονος κατεσκευασμένην τ̃ σαρκός. τὰ μὲν ἄλλα ὁμοίην πλησίον, τ̃ δὲ κύκλον μείζονα. οὕτω γὰρ ἂν πλείστων μερῶν ἐπήσεται ἀγόμενον ἐς ὃν δεῖ, ὃ λυποῦν τόπον. οὐ γὰρ οἴονται μείζονα εἶναι τ̃ κύκλον, μὴ σπωμένης τῆς σαρκὸς ἐκ πλείονος τόπου. βαθέα δ' οὖσα, ῥέπει καὶ ἐς τοὺς ἄνω τόπους, κάτω δὲ μᾶλλον τ̃ ἀφαίρεσιν. καὶ πολλάκις ὑπολείπεσθαι τὰς νόσους. τοῖσι μὲν οὖν ἐφεστῶσι ῥεύμασιν, καὶ μακρὴν ἀπέχουσιν ἀπὸ τ̃ ἄνω τόπων, οἱ πλατεῖς κύκλοι, πολλὰ ξυνεπισπῶνται τὰ ἀπὸ τ̃ ἄλλης σαρκὸς. ὅπῃ περ ἀεῖν οὖν ξυμβαίνῃ τὴν ὑπεσταλμένην ἐλκομένην νοτίδα, τ̃ ξυναγομένην κάτωθεν ἰχῶρα. καὶ τὰ μὲν ἀνωφελέα πάντα, ὑπολείπεσθαι· τὰ δὲ σῶζειν λυποῦντα, ἀφαιρεῖσθαι. μέγεθος δὲ σικύης ἁρμόζοντος, σταλάζειν χρὴ τοὺς τὰ μέρη τ̃ σώματος, οἷς ἂν δέῃ τοὺς σφαγὰς ἐναλλὰξ. ὅταν δὲ καθαιρῇ, κάτωθεν δέχεσθαι. ὃ γὰρ αἷμα φανερὸν εἶναι δεῖ τ̃ χλωρὸν τῶν χειρουργουμένων τόπων. ἄλλως δὲ, σῶζειν τ̃ κύκλον τ̃ ἐλκυσθέντα χρὴ καθαιρούμενον. θᾶσσον γὰρ ὀξυτέρη ἡ σὰρξ τ̃ πονήσαντος. μαχαιρείοις δὲ τοῖς καμπύλοις ἐξ ἄκρου μὴ λίαν στενοῖς. σπάνιοι γὰρ ἰχῶρες ἕρπονται γλίσχροι, καὶ παχεῖς. κίνδυνος οὖν ἐστιν ὑπολαμβάνειν τῆσι τομῆσιν, ὅταν στενὰ τμήσωσιν. τὰς δὲ ὅπῃ τῶν βραχιόνων φλέβας τῆσι καλαμίσκοισιν χρὴ φυλάσσειν. ἡ γὰρ καλύπτουσα σὰρξ πολλοῖς οὐ καλῶς συνήρμοσται τῇ φλεβί. τῆς γὰρ σαρκὸς ὀλιγαθρῆς οὔσης, οὐ καθ' ἑαυτὰς ξυμβαίνει τὰς τομὰς ἀμφοτέρων γίνεσθαι. τὸν γὰρ φλέβα ἐκφυσᾶσθαι ξυμβαίνει καλυφθῆσθαι, καὶ τὴν ῥύσιν τ̃ αἵματος κωλύεσθαι. πολλοῖσι δ' ἡ πύος ἀφ' ὧν τοῦτο ξυνίστασθαι. δὴ δοκεῖ δύο βλάβας φέρειν ἡ τοιαύτη χειρουργίη. τὴν μὲν τμηθέντι, πόνον· τὴν δὲ τέμνοντι, πολλὴν ἀδοξίην. ὃ δ' αὖ καὶ πασῶν ἀνηγμένην γίνεσθαι. τὰ μὲν οὖν καὶ ἕτερα αἰσχρὰ ὀρ-

quod conferat remedium. At verò in chirurgicis operationibus quæcunq; per ſectionem, aut vſtionem fiunt celeritas, actarditas peræque commendantur, vtriuſq, enim vſus eſt. Nam in quibus quidem per vnam ſectionem chirurgia abſoluitur, celerem ſectionem facere oportet. Quum enim contingat, eos qui ſecătur, dolere, quod dolorem facit, id quàm minimo tempore adeſſe decet, quod celeriter fiet adminiſtrata ſectione. At vbi multas fieri ſectiones neceſſe eſt, tarda chirurgia vtẽdum. Qui namque celer eſt continuũ multúmque infert dolorem; qui verò intermittit, quietẽ aliquam iis qui curătur exhibet. Idẽ autẽ de inſtrumentis dicatur. Gladiolis verò acútis & latis vtẽdum non in omnibus ſimiliter præcipimus. Quædã namque ſunt corporis partes quæ celerem quidem habẽt ſanguinis impetũ, quẽ ſiſtere non eſt facile. Hæ verò ſunt & varices, & alię quędã venæ. Taliũ equidẽ ſectiones anguſtas eſſe oportet. Neque enim datur fluxũ fieri immodicũ. Cõducit autẽ interdũ à talibus ſanguinis detractionẽ moliri. Ad locos verò non periculoſos, & in quibus tenuis nõ eſt ſanguis, latioribus gladiolis vtendum eſt. Ita enim ſanguis prodierit, aliter verò, nequaquam. Valde autem turpe eſt non contingere a chirurgia quod velis.

CAPVT IV.

De cucurbitulis, de ſcarificatione, & venæ ſectione.

DVas certè cucurbitularum formas vtiles eſſe *diſcito*. Quum enim procul ab apparẽte carne fluxus conſtiterit, eiuscirculum breuẽ eſſe oportet, ipſam verò non vẽtroſam, ſed oblongã parte quæ ad manum eſt, minimè grauem. Talẽ enim in directum trahere contingit, & diſtantes ſeroſos humores ad carnem reuelli. At dolore maiori per carnẽ diſperſo in reliquis quidem conſimilem *cucurbitulã*; ſed circulum magnũ eſſe oportet. Sic enim ex plurimis partibus quod dolorẽ facit, id in quem decet locum adducere comperies. Neque enim magnũ eſſe circulum putant niſi caro ex ampliori loco cõprehendatur, contrahatúrq;. Quæ verò grauis eſt, etiam ad ſuperiores partes repit; infernè autem magis detractionem facit vt plerúmque morbi relinquantur. Inſtantibus igitur fluxionibus, longéque remotis à ſuperiorib. locis lati circuli multa ex reliqua carne ſimul attrahunt. Contingit itaque inde attractã humiditatem collecto ex inferioribus partibus ſero obiici, & ea quidem quę moleſtiam afferũt, relinqui; quæ verò nihil moleſta ſunt, detrahi. Magnitudinem verò cucurbitulæ quæ vtilis ſit, ad partes quib. admouere oportuerit, cõiectare oportet. Quum autem ſcarificandũ eſt, ab imo excipito. Sanguinem namque conſpicuum eſſe oportet locorum chirurgia ſcarificatorũ. Sed aliàs haud circulum attractũ ſcarificare decet tenſa namque magis eſt caro loci laborantis. Scalpris autem curuis, in ſummo non nimis acutis vtere. Interdum enim ſeroſi humores glutinoſi, & craſſi prodeũt; periculum eſt itaq; ne in ſciſſuris quum anguſtæ fuerint; ſubſiſtant. At brachiorum venæ vinculis ſunt conſtringendæ. Quæ enim eas contegit caro, in multis non benè venæ coaptata eſt. Quum enim lubrica exiſtat, vtrorumq; ſectiones per ſeipſas fieri nõ contingit. Venã enim contectã inflari cõtingit, & fluxũ ſanguinis impediri, ac proinde multis etiã pus colligi. Demũ duo nocumenta afferre videtur talis chirurgia, ſecto quidẽ dolorẽ, ſecăti verò ignominiã. Id aũt ipsũ in omnibus fieri præceptũ eſt. Hæc itaq; ſanè neceſſaria ſunt in officina medica inſtrumenta,

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 355 sur 413

menta, & in quibus artificiosum esse addiscentem oportet. Forcipibus enim, & staphylagris quiuis vti potest. Simplex enim ipsorum vsus esse videtur.

CAPVT V.

De tuberculis & vlceribus, ac de vlcerum viis quatuor.

DE tuberculis autem & vlceribus quæ maiorum sunt morborum. Tubercula equidem deprehendere, & dissoluere posse, maximè artificiosum est, atque collectiones ipsorum prohibere. At consequens (est, ea in conspicuum, & quàm breuissimum locum contrahere, & compagem ipsam æqualem per totum tuberculum facere (si enim inæquale sit, ne rumpatur, & vlcus ægrè curabile fiat; periculum est) exæquare oportet, ac peræque omninò maturare, neque prius id diuidere, neque sua sponte rumpi sinere. Quæ verò æquabiliter maturant in aliis operibus prodita sunt. At vlcera vias quatuor habere videntur. Vnam quidem in profundum. Hæc autem sunt fistulosa, & quæcunque hypula existunt, & intus ex cauata; Altera est in fastigium vt quæ carne excrescunt. Tertia verò in latum, hæc autem sunt quæ serpentia dicuntur. Quarta via est; ipsa verò sola secundum naturam motus esse videtur. Hæ sunt itaque carnis calamitates; omnes autem eius quod conducit cõmunes, & earum quidem in aliis signa demonstrata sunt; & qua vtendum sit cura. Quibus autem id quod coaluit, dissoluatur; & quod impletum est, aut cauum redditum; aut quod in latum viam facit, eorum signa aliis in libris conuenienter dicta sunt.

CAPVT VI.

De facultate & vsu cataplasmatum; militiam chirurgis vtilem esse; ac de telorum extractione.

DE cataplasmatis autem sic *se res habet*. Quum linteorum quæ imponuntur in morbo accuratus vsus esse videtur, etiam vlceri adapta quod imponitur linteum. Verùm cataplasmate ad vlceris ambitum vtitor. Nam hic cataplasmatis vsus & artificiosus est, & plurimum iuuare potest. Videtur enim vlceri opitulari facultas eorum quæ circumponuntur; linteum verò continere. Partes autem vlceris exteriores cataplasma iuuat. Eorum igitur vsum talem esse cõuenit. Ad tempora autem quod attinet singulis hisce vtendum est, & quemadmodum eorum quæ scripta sunt, facultates addiscere oporteat, hæc à nobis iam prætermissa sunt; quia longius in ea prouecta sunt, quàm Medicinæ exigit diligentia, & eius sunt, qui magnos iam in arte progressus fecit. His consequens est chirurgia vulnerum in militia acceptorum, circa telorum extractionem. In vrbanis conuersationibus modicus horum vsus existit. Rarò enim per omne tempus ciuiles & hostiles expeditiones fiunt. Ista verò sæpissimè, ac frequentissimè in externa militia contingunt. Eum igitur qui chirurgiam facturus est, militiam sequi, & peregrinos exercitus sectari docet. Ita enim ad eum vsum exercitationis fuerit. Quod verò esse videtur in his magis artificiosum, referatur. Etenim signa exquirere, ac inuenire telorum in *corpore* existentium, maxima artis & chirurgiæ huc pertinentis pars existit. Hoc enim si fuerit, non relinquatur vulneratus, ignorantia neglectus, quum non idoneè chirurgia curetur. Is autem solus signorum peritus ritè id suscipiat. Verùm de his omnibus in aliis libris scriptum est.

γαγα, ϗ ὡδὶ ἃ δεῖ τεχνικὸν εἶ) τ̃ μανθάνοντα, τοῦτ' ὄστ. ὀδοντάγρησι γὰρ καὶ σταφυλάγρησι χρῆσθαι τ̃ τυχόντα ὄστ. ἁπλῶ γὰρ ἡ χρῆσις αὐτῶν εἶ) δοκεῖ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Περὶ φυμάτων τε ϗ ἑλκέων, ϗ ὡδὶ τεττάρων τ̃ν ἑλκέων ὁδῶν.

ΠΕρὶ δὲ φυμάτων, ϗ ἑλκέων ὁκόσα μείζονων ὄστ νοσημάτων· τὰ μὲν φύματα, τὰ χρονιώτατον ὑπειληφέναι, ϗ δυσαλθαῖ ὀφαλύξ· ϗ τὰς συστάσις αὐτ̃ν κωλύει. ἐγχεόμενον δὲ τουτέων τὸ ἐλλυχνίειον εἰς τ̃ ὑπόφαυλον τόπον, ὡς εἰς βεβαιότατον. ϗ τὼ σύστασιν ὁμαλὰς ἀπὸ πυθμένος ποιέεσθαι τ̃ φύματος. (αὐτὸ μάλως γὰρ ἔχοντος αὐτ̃, ῥαγίως τε, ϗ δυσεξαπάτητον ὂ ἕλκος, κίνδυνός ὄστ γὰρ ἐσθαι) ὀξυμαλίζειν τε χρὴ πέσσοντα πυομοσίως. ϗ μήτε διαῤῥῆξαι πρότερον, μήτε αὐτόματον ἐᾶν ῥαγίως. τὰ δὲ ἐκπεφλαγμένα ὁμαλὰς, ὡς ἑτέροις εἴρηται. τὰ δὲ ἕλκεα δοκεῖ πορείας ἔχειν τέσσαρας· μίαν μὲν εἰς βάθος. ταῦτα δ' ὄστ τὰ συνεπῳδὰ, ϗ ὅσα ὑπουλά ὄστ, ϗ ἔνδοθεν κεκοιλασμένα· ἡ δ' ἑτέρη, εἰς ὕψος, τὰ ὑπερσαρκέοντα· τρίτη δὲ ὄστιν εἰς πλάτος· ταῦτα δὲ ὄστ τὰ καλούμενα ἕρπυσικά· τετάρτη ὁδὸν ὄστιν· αὕτη δὲ μόνη κατὰ φύσιν εἶ) δοκεῖ κίνησις. αὗται μὲν δὴ ξυμφοραὶ τοιαῦται σαρκὸς εἰσιν. πᾶσαι δὲ κοιναὶ τ̃ ξυμφέροντος· ϗ τὰ μὲν τούτων ἐν ἑτέροις σημεῖα δεδήλωται· ϗ ἡ χρησίον ὄστ ὑπομελέτη. δι' ὧν δὲ ὃ ξυμφύομενον ἀναλυθήσεται· ϗ ὃ πληροῦμενον, ἢ κοῖλον γιόμενον, ἢ τὼ εἰς πλάτος πορείαν ποιούμενον, τροφοσκόντως ὡδὶ τουτέων ἐν ἄλλοις εἴρηται σημεῖα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Περὶ δυνάμεως ϗ χρείας τ̃ καταπλασμάτων, ϗ τ̃ σφαλιῶ τοῖς χειρουργοῖς ὠφελησάν, ϗ ὡδὶ ὀξαιρέσιος τ̃ βελέων.

ΠΕρὶ δὲ καταπλασμάτων ὧδε. τ̃ν ὑποπεφλυμένων ὀθονίων, ὅκου ἂν ἡ χρῆσις κατὰ τὸ νοσήματος ἀκριβὴς εἶ) δοκέῃ, ϗ ταῦ ἕλκει ἁρμόζου ὃ ὑποπεφλυμένον ὀθόνιον. τῷ δὲ καταπλάσματι, τροφὸς τ̃ κύκλῳ τόπον τ̃ ἕλκεος χρῶ. χρῆσις γὰρ αὕτη καταπλάσματος ἐντεχνός τε, ϗ πλῆσαι ὠφελήσει δυναμένη. ἐδόκει γὰρ ταῦ μὲ ἕλκει βοηθεῖν ἡ τ̃ περιπεφλυμένων δυνάμις. ὃ δ' ὀθόνιον, φυλάσσειν. τὰ δ' ἔξω μὲ τ̃ ἕλκεος, ὃ κατάπλασμα ὠφελεῖ. τ̃ μὲ οὖν χρῆσιν αὐτέων, εἶ) δεῖ τοιαύτῳ. καιρὸν ἔχοντα, ὁκότε τούτοις ἑκάστοις χρηστέον ὄστ. ϗ τὰς δυνάμιας, ὡς χρὴ τ̃ γεγαμμένων καταμανθάνειν. πολλαχέη γὰρ τὰ τοιαῦτα ἐπεὶ πλέον τροφὴν τ̃ καὶ ἰσχνῶ ὑπομυγείας· ϗ πόῤῥω τ̃ τέχνης ἤδη τροφελκυδότος ὄστ. ἐχόμενον δ' τούτων ὄστ, ϗ κατ' σταλιῶ γινομένων τρωμάτων χειρουργίη, ὡδὶ τ̃ ἐξαίρεσιν τ̃ βελέων. ἐν τῇσι κατ' πόλιν διαφοριῇσι. βραχεῖα τίς ὄστιν τουτέων ἡ χρῆσις. ὀλιγάκις γὰρ ἐν πάντι τ̃ χρόνῳ γίνον) πολιτικαὶ σταλιαὶ ϗ πολεμικαί· ξυμβαίνῃ δὲ τὰ τοιαῦτα, πλησάκις ϗ ξυνεχέσταται περὶ τὰς ξενικὰς στρατιὰς γινεαν. τ̃ μὲ οὖν μὴ γόντα χειρουργὸν, στρατεύεαν δεῖ ϗ παρακολουθηκέναι στρατεύμασι ξενικοῖς. οὕτω γὰρ ἂν εἴη γεγυμνασμένος πρὸς τοῦτο τ̃ χρείαν. ὃ δ' εἶ) δοκεῖ περὶ τοῦτα τεχνικώτερον, εἰρῆσαν. τ̃ γὰρ ὅπλων ἐόντων, ϗ σημεῖα πεπορίσαν, τέχνης ὄστ πλῆσον μέρος, ϗ τροφὸς τοῦτα χρησυρίας. τούτου γὰρ ὑπερξαίρεσις, ὅτε ἂν παραλίποιτο τρωματίας ἀγνοηθείς, ὁπόταν χρεουργέηται μὴ τροφοσκόντως. μόνος δ' ἂν ὁ τ̃ν σημείων ἔμπειρος, εἰκότως ὑπιχροίη. ὡδὶ δὲ τουτέων ἀπάντων ἐν ἑτέροις γεγραμμένον ὄστιν.

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 356 sur 413

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΕΥΣΧΗΜΟΣΥΝΗΣ.
HIPPOCRATIS DE DECENTI HABITV LIBER.

ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΟΝ ΒΙΒΛΙΟΥ.

Διδάσκεται ὁ ἰητρὸς περὶ τῶν ἁπάντων τῶν περὶ τὸ νοσοῦντα τριπτέων, ὡς δι' ὁδοῦ τε καὶ σωφρονέως, καὶ ἀγρυπνητικὸς νομίζηται.

ARGVMENTVM LIBRI.

Medicus hìc inſtruitur de iis omnibus quæ illi apud ægros obſeruanda ſunt vt doctus, prudens, ſedulus, ac peruigil habeatur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ἡ τῆς σοφίης χρῆσις· αἱ τῶν ἰητρῶν ἀληθέων τε καὶ ψευδέων διαφοραὶ, καὶ οἱ χαρακτηρισμοί.

ΟΥΚ ἀλόγως, οἱ περιβαλλόμενοι τὴν σοφίην πρὸς πολλὰ εἶναι χρησίμην, τοιήνδε δὴ τινὰ ἐν τῷ βίῳ. αἱ γὰρ πολλαὶ, περιεργίην φαίνονται παρεχόμεναι. λέγω δὲ αὐτὰς, αἳ μηδὲν χρέος, τῶν πρὸς ἃ διαλέγονται. λήθειν δ' ἂν τούτων μέρεα ἐς ὄψιν· ἢ ὅτι οὐκ ὀρθὴν, οὐδὲ μίαν κακίην. ὃ μὲν γὰρ ὀλιγίζον, καὶ ἀπρηκτον, ζητέει ἐς κακίην, καὶ ἀφέλκεται· ὃ δ' ἐγρηγορὸς, καὶ πρός τι τὴν διάνοιαν ἐντεταμένος, ἐφέλκυσαντό τε τῶν πρὸς καλλονὴν βίου τεινόντων ἑαυτῷ, τούτεων ἂς μηδὲν ἐς χρέος πιθανούσας διαλέξεις. χαριεστέρη γὰρ, καὶ πρὸς ἕτερον μὴ τι ἐς τέχνην πεποιημένον. τέχνην δὲ πρὸς εὐσχημοσύνην καὶ δόξαν. πᾶσαν γὰρ αἱ μὴ μετ' αἰσχροκερδείης, καὶ ἀσχημοσύνης, κἀκείνησι μέθοδός τις ἐοῦσα τεχνικὴ ἐργάζεται. ἀλλ' εἰ γε μὴ πρὸς αἰτίην, δημόσιαι. νέοι τε γὰρ αὐτέοισιν ἐμπίπτουσιν. ἀκμάζοντες δὲ δι' εὐδοκίην, ἰδιώτας πλέονας βλέποντες. πρεσβῦται δὲ, διὰ πικρίην, νομοθετέουσι πλέονας αἱρέσιν ἐκ τῶν πόλεων. καὶ γὰρ ἀγορὴν ἐργαζόμενοι οὗτοι, μὴ βασανίσιος ἀπατέοντες· καὶ ἐν πόλεσιν ἀνακυκλέοντες οἱ αὐτοί. ἴδοι δὲ τις καὶ ἐπ' ἐδητος, καὶ τῆσιν ἄλλῃσι περιγραφῇσι. κὴν γὰρ ἔωσιν ἐναφανέως κεκοσμημένοι, πολὺ μᾶλλον φυκτέοι, καὶ μισητέοι τοῖσι γεγυμνασμένοισιν εἶναι. τῶν δὲ ἐναντίων, χρηστοὺς σκοπέειν, οἷς οὐ διδακτὴ κατασκευὴ, οὐδὲ περιεργίη. ἔτι τε γὰρ περιβολῆς, καὶ τῆς ἐν τούτῳ εὐσχημοσύνης, καὶ ἀφελίης, οὐ πρὸς περιεργίην πεφυκυίης, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς εὐδοξίην, τό τε σεμνὸν, καὶ ὃ ἐν νῷ πρὸς ἑωυτοὺς ἔχειν ἄδαι, πρός τε τὴν πορείην· οἵ τε ἐκάστῳ ἐπιτηδεύμασι πιστοὶ, ἀδιάφθοροι, ἀπερίεργοι· πικροὶ πρὸς τὰς συναντήσιας· εὔτεροι πρὸς τὰς ἀποκρίσιας· χαλεποὶ πρὸς τὰς ἀντιπαρωσίας· πρὸς τὰς ὁμοιότητας εὔστοχοι, καὶ ὁμιλητικοὶ· εὔκριτοι πρὸς ἅπασας·

CAPVT PRIMVM.

Sapientiæ vtilitas; Medicorum verorum ac falſorum differentia, ac notæ.

NON præter rationem *ſpeculantur*, qui ſapientiam ad multa vtilem eſſe ſtatuunt; eam videlicet, quæ in vita *verſatur*. Nam multæ ad ſuperuacaneum laborem factæ apparent, eæ, inquam, quæ nullum promunt vſum eorum de quibus diſſerunt. Harum tamen partes ad illas aſſumi poſſint, Vel quia neque ceſſatio eſt, neque malitia: Quod enim otiatur, nihilque agit malitiam quærit, & ad eam abſtrahitur. Quod autem vigilat, & ad aliquid mentem intendit etiam attrahit quiddam eorum quæ ad vitæ ſuæ honeſtatem pertinent, iſtorum etiam diſputationes quæ nullum in vſum cadunt. Gratioſior enim *ſapientia eſt*, & ad quid aliud ſanè; & ad artem conſtitutam; artem autem ad dignitatem & gloriam *comparandam*. Omnes enim *artes* haud cum indecoro quæſtu, ac turpitudine *ſunt*, illiſque methodus quædam eſt artificialis, quæ operatur; Imò niſi innoxiè *inculpate*, proſcribitur. Adoleſcentes enim in ipſos artifices irruunt, in vigorem autem prouecti, ipſos præ verecundia videntes idiotas ducunt. Senes verò per amarulentiam decretum in eos ſtatuunt, è ciuitatibus expulſionem. Hi etenim ſunt qui forum frequentant, qui cum ſordido artificio decipiunt, qui in vrbibus circulant. Quiſque autem nouerit tum ex veſtitu, tum aliis circonſcriptionibus. Quamuis enim ſplendidè ornati fuerint, multò magis fugiendi, & odio habendi ſpectantibus ſunt. Oppoſitum verò proſcopo ſectari perutile eſt quibus neque comparatus eſt ornatus, neque ſuperflua carnoſitas. Ex veſtitu enim cognoſces, & decenti in ipſo ornatu & ſimplicitate non ad ſuperuacaneam curam comparato, Sed potius ad honeſtam exiſtimationem & mente ſua eſſe, & animo apud ſe conſtare, & ad inceſſum. Atque in quocunque habitu & cultu tales ſunt, minimè diffluentes; non curioſi; graues ad occurſus; ad reſpõſiones appoſiti; ad altercationes haud faciles; ad ſui ſimiles ſolertes, familiares, affabile

fabiles; in omnes temperati, ad emotiones taciturni, ab obticentias arguti & constantes, ad occasionem captandam opportuni, ad victum frugales, & pauco contenti, ad temporis expectationem patientes; ad patientiam faciles, ad orationem efficaces, omne demonstratũ explicantes; facundia vtẽtes, gratia affecti, gloria quæ inde manat roborati, & in veritate ad quod demonstratum est absoluti.

A πρὸς τὰς ἀναστάσιας σιγητικοί. πρὸς τὰς ἀποσιγήσιας εὐθυμημαλικοί, καὶ καρτερικοί. πρὸς τὴν καιρὸν δόξεσι καὶ λημματικοί. πρὸς τὰς ἔφας, δυσχρηστοι, καὶ αὐτάρκεες. ὑπομονητικοὶ πρὸς καιρὸν, πρὸς ὑπομονὴν, πρὸς λόγους αὐχυροί. πρὸς ὃ ὑποδεδεὸν ἐκφέροντες. δυσπιθῆ χρώμενοι. χάριτι ἀγαπῆμενοι· δίξῃ τῇ ἐκ τουτέων διωμειζόμενοι· ἐς ἀληθείην, πρὸς ὃ ὑποδεδὲν ἀποτελμαλίζόμενοι.

CAPVT II.

De Naturæ cum sapientia copulatæ præstantia, & Medicum esse non verbo, sed opere.

B PRincipalissimum itaque horum omnium quæ dicta sunt, *est* Natura. Nam si hæc eis affuerit qui in artibus versantur, per omnia quæ supra dicta sunt progrediuntur. Vtilitas namque quæ tum in sapientia, tum in arte accedit, doceri nequit, ad principium capiendum edoceri potest. Natura autem defluit & confunditur cum sapientia ad ea ediscenda quæ ab ipsa natura efficiuntur. Multi enim in vtrisque rationibus superati, neutiquam vtrisque rebus ad demonstrationem vsi sunt. Quum quis igitur ipsorum quæ in oratione ponuntur ad veritatem expendat, nequaquam iis procedent C quæ naturæ sunt. Isti itaque similem illis viam tenuisse deprehenduntur. Quare denudati omnem improbitatem, atque ignominiam induunt. Præclara namque est quæ ab edocto opere *manat* oratio: quicquid enim artificiosè factum est, à ratione profectum est. Quicquid autem artificiosè dictum est, non autem factum, viam artis expertem arguit. Nam putare quidem, non autem facere ignorantię & inertiæ signum est. Opinio enim maximè in Medicina in crimen vertitur eam adhibentibus; his verò qui ea in se vsi sunt, perniciem affert. Etenim si sibi ipsis in sermonibus persuaserint, & opus ex disciplina se scire putauerint quemadmodum au- D rum adulterinum in igne iudicatum, tales seipsos esse demonstrant; quamquam talis prædictio nihil commouet ad prudentiam eos, qui sunt eiusdem generis, quod autem rectus sit finis, cognitio manifestum facit. At tempus etiam artem facilem, ac peruiam facit, aut in consimilem viam incidentibus processus manifestos facit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Περὶ ὑποχῆς τῆς φύσεως τῆς τῇ σοφίᾳ συμπεπλεγμένης, καὶ τὸ ἰητρὸν μὴ τῷ λόγῳ, ἀλλὰ τῷ ἔργῳ.

Β Ἡγεμονικώτατον μὲν οὖν τουτέων ἁπάντων τῷ προφρημένων, ἡ φύσις. ᾗ γὰρ οἱ ἐν τέχνῃσιν, ἐνταῦθα προσιόντες αὐξάνονται τοῖσι τοῦτο, ὅσα πάντων τουτέων προσαπορθοῦνται τῷ προφρημένων. ἀδίδακτον γὰρ τὸ χρέος ἔν τε σοφίῃ, καὶ ἐν τῇ τέχνῃ προσδεδομένῃ, διδακτὸν εἰς τὸ δεχμὸ λαβεῖν. ἡ δὲ φύσις καταῤῥύῃ, καὶ κέχυται. τῇ δὲ σοφίῃ, ἐς ὃ εἰδῆσαι τὰ ἀπ' αὐτέης τῆς φύσιος ποιήματα. καὶ γὰρ ἐν ἀμφοτέροισι λόγοισι πολλοὶ κεκτημένοι, οὐδαμῇ σφεῖν ἀμφοτέροισιν ἐχρήσαντο τοῖσι προφάσμασιν ἐς δεῖξιν. ἐπεὶ οὖν ὅς αὐτέων ἐξεπαίζῃ τε C πρὸς ἀληθείην τῷ ἐν ῥήσι διημημένων, οὐδαμῇ τὰ πρὸς φύσιν αὐτέοισι χωρήσῃ. δοκέουσι γοῦν οὗτοι τὸ προπλησίον ὁδὸν ἐκείνοισι πεπορθμῆσθαι. δῆλον ἀποτμηθούμενοι, τὸν πᾶσαν ἀμφιέννυσθαι κακίην καὶ ἀτιμίην. καλὸν γὰρ ἐν τῷ διδαχθέντος ἔργου, λόγος. πρῶτον γὰρ τὸ ποιηθὲν τεχνικῶς, ἐκ λόγου αἰωρέεται. τὸ δὲ ῥηθὲν τεχνικῶς, μὴ ποιηθὲν δὲ, μεθόδου ἀτέχνου δηλωτὴν ἐγκρίνει. τὸ γὰρ οἴεσθαι μὲν, μὴ πρήσσειν δὲ, ἀμαθίης καὶ ἀτεχνίης σημεῖόν ἐστιν. οἴησις γὰρ μάλιστα ἐν ἰητρικῇ, αἰτίη μὲν τοῖσι κεχρημένοισιν, ὄλεθρον δὲ τοῖσι χρεομένοισιν ὑπιφέρει. καὶ γὰρ ἑωυτοὺς ἐν λόγοισι πείσαντες, οἰήσωσιν εἰδέναι ἔργον τὸ ἐκ μαθήσιος, καθάπερ χρυσὸς φαῦλος ἐν πυρὶ κριθεὶς τοιούτοις αὖθις ἀπέδηξε. καίτοι γε τοιαύτη ἡ προῤῥησις ἀπρηγόρητον εἰς σφεῖσιν ὁμολογέσιν· ὡς ἔστιν ὅτῳ τὸ πρᾶγμα, ἐδήλωσε γνῶσις. τῷ δ' ὁ χρόνος, καὶ τῷ τέχνῳ διέδεα κατέσχησεν, ἡ τοῖσιν ἐς τὸν προπλησίον οἷμον ἐμπίπτουσιν τὰ ἀφορμὰς δήλους ἐποίησε.

CAPVT III.

Quæ sapientiæ & Medicinæ communia, societatis vtriusque causa.

QVapropter singula prædicta suscipere oportet, & sapiẽtiam transferre ad medicinam, & E medicinam ad sapiẽtiam. Medicus enim Philosophus, est Deo æqualis, neque enim multa est inter ipsas differentia. Nam omnia quæ ad sapientiam requiruntur, insunt in medicina; argenti contẽptus, reuerentia, verecũdia, habitus submissus, autoritas, iudicium, quies, occursus, mundities, doctrina, cognitio ad vitam vtilium ac necessariarũ purgationũ, mercatio, superstitionis vacuitas, præstantia diuina, habent enim quæcunq; habent ad coercendã intemperantiã, insciti am, auaritiam, concupiscentiam, rapinásq;, ac impudentiam. Hæc enim est cognitio accedentiũ, & vsus eorum, quæ ad amicitiã F pertinẽt, & quomodo ad liberos, ac quascunq; res se gerere oporteat. Quatenus igitur cũ hac societatem habet, sapientia quædã est; nã & plurima ex his etiã medicus habet. Etenim sciẽtia de diis vel maximè animo ipsius implexa est, etenim in aliis affectionib., & in symptomatis accidẽtibus, Medicina

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Τῇ σοφίᾳ τε καὶ τῇ ἰητρικῇ κοινὰ, τὰ τῶν ἀμφοτέραιν κοινώνια αἴτια.

Διὸ δεῖ ἀναλαμβάνοντα τουτέων τῷ προφρημένων ἕκαστα, μεταγεν τὸν σοφίην ἐς τ' ἰητρικὴν, καὶ τὸν ἰητρικὸν, ἐς τὸν σοφίην. ἰητὸς γὰρ φιλόσοφος, ἰσόθεος. πολλὴ γὰρ διαφορὴ ὅτι τὰ ἕτερα. καὶ ἔνι τὰ πρὸς σοφίην, ἐν ἰητρικῇ πάντα. ἀφιλαργυρίη. αἰδέσπ. ἐρυθρίησις. καθαρολή. δόξα. κρίσις. ἡσυχίη. ἀπονήτησις. καθαριότης. γνωμολογίη. εὐθήσις τῷ πρὸς βίον χρηστῶν, καὶ ἀναγκαίων καθαρσίων. ἀπεμπόλησις. ἀδῆσαι μονίη. ὑποχὴ θεία. ἔρωσι γὰρ ἃ ἔχουσι πρὸς ἀκολασίην, πρὸς βαναυσίην, πρὸς ἀπλησίην, πρὸς ὀπυθυμίην, πρὸς ἀφαίρεσιν, πρὸς αἰσχρολογίην ἐνιδεῖν. αὕτη γὰρ γνῶσις τῷ προσόντων, καὶ χρῆσις τῷ πρὸς φιλίην, καὶ ὡς ὁκοίως τε πρὸς τέκνα, πρὸς χρήματα. ταύτη μὲν οὖν ὑποκοινωνὸς σοφίη ἐς. ὅτι καὶ τῶν τὰ πλεῖστα ὁ ἰητὸς ἔχει. καὶ γὰρ μάλιστα ἡ περὶ θεῶν εἴδησις ἐν νόῳ αὐτῇ ἐμπλέκεται. ἐν γὰρ τοῖσι ἄλλοισι πάθεσι, καὶ ἐν συμπτώμασιν, διείσκεται τὰ πολλὰ

Operum Hippocratis Coi, et Galeni Pergameni, medicorum omnium principum, tomus ... - page 358 sur 413

τοὺς θεοὺς σφόδρα εὐλαβέως ἔχειν ἢ ἰητρικήν. οἱ δὲ ἰητροὶ τοῖσι θεοῖσι παρεχωρήκασιν. οὐ γὰρ ἔνι πολλὴ περιουσία ἐν αὐτῇσι· τὸ δυνατὸν γὰρ αὐτῇσι καὶ ἐπιπολάζει. ταῦτα μὲν μετὰ χρέονται, πολλὰ δὲ καὶ κεκράτηται αὐτέοισι δι' ἑωυτέων. τὰ δὲ καταπλεονεκτεῖ νῦν ἡ ἰητρικὴ ἐπιδεῖξαι πρόκειται. τίς γὰρ ἐστὸς τῆς ἐν σοφίῃ, ὧδε. καὶ γὰρ αὐτέοισιν ἐκείνοισιν, ὅπῃ δὴ ὀρθῶς οἴονται, ὁμολογέουσιν ὧδε. τὰ μὲν σώματα πάντα γλυφόμενα· ἃ δὴ πάσης αὐτῆς πεπάρθαι, μεταχαραττόμενα, ἢ μεταποιούμενα· ἃ δ' οὐ μὴ χλευρώνης ἰώμενα, ἃ δὲ, βοηθούμενα, θεραπεύόμενα, ἢ διαγιγνόμενα. τὰ δὲ κεφαλαιωδέστατον, ἔστω εἰς τὸ τοιουτέων εἴδησιν. ὄντων οὖν πιστέων, τῷ τοιαῦτα ἀπάντων χρὴ τὴν ἰητρικὴν, ἔχειν ἅπαντα δυσχείρωτα· τὸ γὰρ αὐτοῦ, δυσπρόσιτον τοῖσιν ὑγιαίνουσι, καὶ τοῖσι νοσέουσι. τηρεῖν δὲ χρὴ ἑωυτὸν ὅπως μάλιστα, μὴ πολλὰ φαίνοντα τῶν τοῦ σώματος μερέων, μὴ δὲ πολλὰ λεχθησόμενον τοῖσιν ἰδιώτῃσιν, ἀλλὰ τὰ ἀναγκαῖα. νομίζω γὰρ τοῦτο βίῃ εἶναι ἐς τοιαύτησιν θεραπείης. ποιεῖν δὲ χρὴ μηδὲν περιέργως αὐτέων, μηδὲ κατὰ φαντασίης.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὅτι δεῖ τὴν ἰητρὸν τὰ πάντα ὄργανα κατεσκευασμένα ἔχειν, καὶ τὰ πρὸς τὴν ὁδὸν ἁρκέοντα.

ΕΣκέφθω δὲ ταῦτα πάντα ὅκως ἤ σοι προκατηρτισμένα εἰς τὴν ὑποδείλιον, ὡς δέοι. εἰ δὲ μὴ, ὅπῃ τοῦ χρέους, ἀποδεὴς ἀεὶ δή. μελετᾶν δὲ χρὴ ἐν ἰητρικῇ ταῦτα, μετὰ πάσης καταχυσολῆς. πρὸς ψηλαφίσιος, καὶ ἐγχρίσιος, καὶ ἐγκαταμυλήσιος, πρὸς τὴν ὑπορυθμίσιν τῶν χρέων. πρὸς ὑλισμάτων, πρὸς παλιλλωσίων, πρὸς ὑποδέσμων, πρὸς τὴν ἐκ καθαστάσιος, πρὸς φαρμάκων, ἐς τραύματα, ἐς ὀφθαλμικά. καὶ τουτέων πρὸς τὰ ἕλκεα· ἵν' ἢ σοι προκατηρτισμένα, ὄργανά τε καὶ μηχαναὶ, καὶ σίδηρος ὁ ἑξῆς. ἡ γὰρ ἐν τουτέοισιν ἀπορίη, ἀμηχανίη καὶ βλάβη ἐστὶν. ἔστω δέ σοι ἑτέρη παρέζοδος ἡ λιτοτέρη πρὸς τὰς ὑποδημίας, ἢ ἁπλᾶ χρέων. ἢ δὴ δυχερεστάτη, ἁπλᾶ μεθόδων. οὐ γὰρ οἷόν τε διέρχεσθαι πάντα τὴν ἰητρικήν. ἔστω δέ σοι ὑπομνήματα φαρμακά τε, καὶ δυνάμιες ἁπλαῖ, καὶ ἀναγεγραμμέναι, εἴπερ ἄρα ἐστὶν ἐν νόῳ· καὶ τὰ πρὸς νούσων ἰήσιος, καὶ οἱ τοιουτέων ἔφοροι, ὅσα χῶς, καὶ ὅν ἔφορον πρὸς ἑκάστων ἔχουσιν. αὕτη γὰρ ἀρχὴ ἐν ἰητρικῇ, καὶ μέσα, καὶ τέλος. προκατεσκευάσθω δέ σοι, καὶ μαλαγμάτων γένεα πρὸς τὰς ἑκάστων χρήσιας. ποτήματα τέμνειν δυνάμενα, ὧν αἰκγραφῆς ἐσκευασμένα πρὸς τὰ γένεα. προποιείσθω δὲ καὶ τὰ πρὸς φαρμακείῃ ἐς τὰς καθάρσιας εἰλημμένα ἀπὸ τόπων τῶν καθηκόντων, ἐσκευασμένα εἰς ὃν δὴ τόπον πρὸς τὰ γένεα, ἢ τὰ μεγέθεα, ἐς παλαίωσιν μεμελετημένα, τὰ δὲ πρόσφατα ὑπὸ τὴν χρείην, καὶ τἆλλα τῷ λόγῳ. ἐπὶ δὲ ἐσίης πρὸς τὴν νοσέοντα, τουτέων σοι ἀπηρτισμένων, ἵνα μὴ ἀπορῇς, ὑποθέτας ἔχων ἕκαστα πρὸς τὸ ποιησόμενον. ἴσθι δὲ γινώσκων, ὃ χρὴ ποιεῖν, πρὶν ἐσελθεῖν. πολλὰ γὰρ δεῖ συλλογισμοῦ, ἀλλὰ βοηθείης δεῖται τῶν προγμάτων. προσφέρεσθαι οὖν χρὴ τὸ εὐβησόμενον ἐκ τῆς ἐμπειρίης. ἔνδοξον γὰρ, καὶ δύμαθές. ἐν δὲ ἐπόδῳ μεμνῆσθαι, καὶ καθέδρης· καὶ καταχυσολῆς· πρὸς τολῆς· ἀναπαυσίσεως· βραχυλογίης· ἀπραγμοσύνησις· προσεδρίης· ὅπως μελείης· ἀντιλέξιος πρὸς τὰ ἀπόντα· πρὸς τοὺς ὄχλους τοὺς ὑπερθορυβέοντας· εὐσταθίης τῆς ἐν ἑαυτῷ· πρὸς τοὺς θορύβους ὑπακούσιος· πρὸς τὰς ἐπουρησίας, ἑτοιμασίης·

A erga Deos valde reuerenter ſe habere comperitur. Medici verò deis concedunt. Non enim eſt potẽtia in ipſa redundans; nã & hi multa quidẽ aggrediuntur, multa verò etiã per ſeipſa ipſis ſuperantur. Quę verò nunc poſſidet Medicina, hinc exhibebit. Quæ enim via ipſius ſit in ſapientia, hactenus dictum eſt; nam & illis ipſis hoc modo ſe res habet. Quæ verò putant, & cõfitentur, ac profitentur, ſic habẽt. Quæ corporib. adſunt, & adueniũt, quæ ſanè per omnẽ ipſam artem procedunt, dũ illa transformãtur, aut tranſmutãtur. Quæ itẽ per chirurgiã ſanãt. Et quæ auxiliis & medelis aut victu curantur. Sũma verò B horũ omniũ tendat ad horum cognitionem. Quum igitur relata omnia tali modo ſe habeãt, cõuenit vt Medicus comitatẽ quandã ſibi adiũctã habeat, auſteritas enim & ſaṇis, & ægris difficilẽ acceſsũ præbet. Maximè adſeruare ipsũ ſeipſum cõuenit, vt ne multas corporis partes oſtẽdat, neq; cum imperitis multa fabuletur, ſed neceſſaria; hoc.n. violẽtia eſſe cõſueuit ad curationis prouocationẽ. Facere autẽ nihil debet valde curioſè, neque ex imaginatione.

CAPVT IV.

Medicum omnis generis inſtrumenta parata habere oportet, & quæ ſufficiant in peregrinatione.

C

